Digitized by Google

324

ANNALES

VETERUM REGNORUM ET POPULORUM IMPRIMIS ROMANORUM

CONFECTI

A

CAROLO TIMOTHEO ZUMPTIO

TERTIUM EDITI

AB

AUGUSTO WILHELMO ZUMPTIO.

BEROLINI
APUD FERD. DÜMMLERUM BIBLIOPOLAM
(HARRWITZ ET GOSSMANN)
MDCCCLXII.

1. 5.324.

ANNALES

VETERUM REGNORUM ET POPULORUM
IMPRIMIS ROMANORUM

CONFECTI

A

CAROLO TIMOTHEO ZUMPTIO

TERTIUM EDITI

AB

AUGUSTO WILHELMO ZUMPTIO.

BIBLIOTECA NAZIONALE FIRENZE

BEROLINI
APUD FERD. DÜMMLERUM BIBLIOPOLAM
(HARRWITZ ET GOSSMANN)
MDCCCLXII.

Google

PRAEFATIO.

Etsi hunc librum ita comparatum esse intelligo, ut facile, quod auctoris in eo scribendo consilium fuerit, appareat, tamen, ne quid mearum partium omittam, pauca, quae ad eandem rem pertineant, videntur esse praemittenda. Et consilium quidem horum *Annalium* sive *Chronicorum* componendorum ex eo mihi natum est, quod scriptores antiquos studiose evolvens et dispersam rerum gestarum memoriam colligens, talem librum saepe desiderabam, in quo tempora, quando quidque gestum esset, accurate notata reperirentur, et ipsarum rerum ordo ita explicatus esset, ut sicubi quid copiosius enarratum legissem, haberem quo certo loco referrem. Eiusmodi praesidia ad historiam discendam maiores nostri multa habuerunt, sed illos libros videbam partim aliarum rerum quaestionibus interpositis ad ingentem magnitudinem excrevisse, partim aut eas temporum rationes sequi, quas hodie nemo probare posset, aut omnino parum accurate conscriptos esse. Compendiorum vero, quae hodie a multis, etiam doctissimis viris, scripta feruntur, alium quendam usum esse intelligebam, quorum auctores cum in summa brevitate perpetuae narrationis hoc potissimum sibi agendum censuissent, ut quod ingenium, qui mores cuiusque aetatis hominibus fuissent, ostenderent, ab hac temporum accuratione, quam quaerebam, remoti erant. Neque sane hoc illis vitio verterim, quoniam diversa utriusque rei consilia sunt, quae una ratione non facile assequare. Sed tamen, cum et ipse studiis adolescentium consulere vellem, quibus auctor semper fuissem, ut simulac me

Digitized by Google

diocrem Graecae Latinaeque linguae scientiam percepissent, veterem historiam perpetua optimorum auctorum lectione discerent, hunc librum componere aggressus sum, quo duce privatorum studiorum uterentur. Nam ad publicae institutionis usum, scholasticae quidem certe, vel dimidia pars huius copiae suffecisset, cum alia multa, quae magistrorum disputationibus relinquenda putabam, adiicere noluissem.

Hic non commemorabo, quantum laborem exhauserim, veterum auctorum lectionem repetens et ex ipsis historiae fontibus, quaecunque usui viderentur, colligens: nam ille labor et ipsa rerum suavitate compensabatur, et abunde me eius fructum percepisse existimabo, si quid communi utilitati profuerim: profitebor potius, operam meam magnopere recentiorum scriptorum diligentia allevatam esse, cum commentariis editorum, tum aliis libris, imprimis Dodwelli annalibus Thucydideis et Xenophonteis, Clintoni fastis Hellenicis, Pighii annalibus Romanis, Borghesii fragmentis Capitolinis, Bachii historia iuris Romani, Iac. Gothofredi chronologia legum Theodosiani codicis, Tillemontii historia imperatorum, aliis, quibus ita usus sum, ut iudicium tamen meum mihi sequendum putarem. Fastos consulares quam potui emendatissimos adieci: nisi quod suffectorum nominibus fere peperci, et pro tribunis militum consulari potestate locos Livianos, ubi leguntur, laudavi. Eandem copiam notationum chronologicarum nescio an debuerim fortasse etiam expetere in Atheniensium archontibus ἐπωνύμοις, sed praeterquam quod eorum series saepe interrumpitur nec de nominibus eorum satis ubique constat, huius rei utilitatem ad paucos videbam pertinere, qui cum diligentiore studio eam chronologiae partem cognoscere vellent, cum ad alios libros, tum ad Corsini Clintonique fastos confugiendum sibi esse intelligerent. Sed diutius incertus eram, quod ad totius libri rationem pertinebat, utrum singulis annis et rebus memoratis auctorum locos subiicerem, unde copiosior earum rerum memoria peteretur, an satis haberem, ipsas res, quanta fide possem maxima, ostendere. Videbam enim atque adeo sperabam multos fore, qui ipsa auctorum verba legere mallent, eamque rem mihi quoque honori fore existimabam apud eos, qui scriptorum et diligentiam et doctrinam numero laudato-

rum locorum iudicare solerent: sed habebat illa res hanc molestiam, quod et magnus numerus auctorum in rebus tritissimis excitandus, et plerique scriptores usque ad finem laudandi fuissent. Itaque rem sic institui, ut, indice singulari praemisso, qui rerum auctores ad cuiusque gentis historiam aut universam aut certa periodo cognoscendam adhibendi essent, docerem, alios scriptorum locos in ipso libro non laudarem nisi paucos, et eos ex quibus aut tota narratio penderet, aut qui paulo remotiores ab usu vulgari essent.

Script. Berolini a. d. v Idus Ian. 1819,
recogn. iv Id. Febr. 1838.

C. T. Zumptius.

In nova huius libri editione curanda quid sequendum esset, non difficile erat statuere. Primum enim emendanda erat rerum enarratio temporumque notatio: quo in genere virorum doctorum studia cum plurimum prodessent, hanc tamen cautionem afferebant, ne quicquid novum proferri videremus, id continuo tamquam certum commendaremus. Sunt enim antiquae historiae partes multae, quae cum aut nullis aut parum certis litterarum monumentis proditae sint, antequam ad aliquam lucem traducantur, plurimarum coniecturarum atque opinionum incertas quasi tenebras peragrare oporteat. In quibus si qui nos vel ea, quae olim tradebantur, tueri vel ea, quae nunc quamvis magna cum asseveratione veritatis proponuntur, non accipere videant, aliam huius libri rationem esse cogitent, aliam eorum, qui inveniendo atque excogitando proficere velint. Alterum erat, ut hos annales augeremus. Fit enim, quo alacrius haec studia urgeantur, ut eo plura, quae extra dubitationem sint, in communem omnium cognitionem pervenire debeant. Imprimisque in proprio horum annalium consilio faciendum erat, ut temporum, quibus quidque gestum esset, accuratam notationem expeteremus. Quare multos annos addidimus, multos etiam dies, quique annales Romanos examinabunt, plurima, quae ad magistratuum, provin-

ciarum, imperatorum tempora definienda pertineant, commemorata esse reperient. Nec poteramus non multo plura eiusmodi afferre, sed retinebat cupiditatem nostram illud, ne viris doctis tantum scribere, non eorum, qui discere vellent, commodo consulere videremur, perpetuamve rerum narrationem eleganter instituendam nimis multis minutiis inserendis pessumdaremus. De fontibus autem et emendationis et amplificationis nostrae dicere nihil attinet. Sunt enim iis, qui in his studiis versantur, noti nec iis, quibus ignoti sunt, breviter possunt exhiberi. Nullum nos quidem recentiorem harum rerum auctorem contempsimus, aliquot etiam eam unam ob causam, ut hanc editionem recte curaremus, adhibuimus. Praecipuus tamen ille fons erat, ut, cum et in discendo et in docendo perpetuo hoc libro usi essemus, ex iis, quae quoque loco annotassemus, quicquid opus esse videretur, reciperemus. Qua ratione cum nata sit haec editio, ut eadem prosit doctorumque pariter ac discentium studia adiuvet, vehementer cupimus.

Scripsi Berol. Cal. Mart. 1862.

A. W. Zumptius.

Digitized by Google

DE

AUCTORIBUS HISTORIAE VETERIS
BREVIS INSTITUTIO.

Cum de auctoribus historiae veteris, quos in componendo hoc libro secuti sumus, et quos sequi debet, quicunque hanc litterarum partem cum fructu discere vult, paucis explicare aggrediar, vix opus videtur monere, solos Graecorum Romanorumque scriptores in hunc censum venire: nam Asiaticarum aliarumque gentium barbararum aut nullae fuerunt litterae, aut si quae forte fuerunt, iam pridem perierunt. Iudaeorum tamen libros sacros religio servavit, ex quibus non modo ipsius gentis Iudaicae historiam repetimus, verum etiam in rebus vicinarum gentium (imprimis Assyriorum et Babyloniorum) cognoscendis adiuvamur. Sed cum etiam ex ingenti Graecorum et Romanorum scriptorum numero longe plurimos vetustatis iniuria oppresserit, neque fere extent hodie nisi pretiosissima quaeque fragmenta, ex communi litterarum naufragio servata, facile intelligitur, haec omnia ad partes vocari oportere, ut absolutam quantum fieri possit rerum olim gestarum cognitionem assequamur, neque ullum scriptorem esse tam ignobilem, ex quo non aliquid ad historiam proficias. Veruntamen hoc loco, quoniam ne in ipsis quidem annalibus nisi rerum summas persecuti sumus, eos scriptores memorasse satis habebimus, ex quorum perpetua lectione veteris historiae quasi corpus colligatur, omittemus et perditorum mentionem et eorum, a quibus singularium quarundam rerum lux aliqua petatur.

Omnium populorum historiam ab incerto rerum gestarum initio usque ad C. Iulium Caesarem scripsit *Diodorus* Graecus, sed magni operis praeter quinque libros priores, in quibus de fabulosa historia ante bellum Troianum copiose, vel ut alii dicere malint, loquaciter fabulatur, et ceterorum multa excerpta, ea tantum pars integra superest (lib. 11—20), in qua res in orbe terrarum gestas a Xerxis in Graeciam expeditione usque ad Antigonum victum, i. e. ab anno a. Chr. 480 usq. ad a. 301 ita descripsit, ut non separatim singulorum populorum historias enarraret, sed quidquid in Asia, Graecia, Sicilia, Italia eodem tempore gereretur, simul in conspectum daret: qua ratione cum se optime de historia universali mereri putaret, si verum dicere volumus, nihil aliud est assecutus, quam ut naturalem rerum ordinem

dissolveret et legentium laborem augeret. Praeterea huius scriptoris tale est ingenium, ut cum omnia se docere profiteatur, nihil *accurate* doceat, neque in eligendis auctoribus suis eam ubique diligentiam adhibuerit, quam is adhibere debebat, qui non quod ipse vidisset describeret, sed quod alii tradidissent colligeret. Itaque non fere eius auctoritate nitimur, nisi ubi alii rerum gestarum locupletiores auctores desunt.

Ex Romanis scriptoribus simile consilium alia ratione executus est *Iustinus*, sive Trogus Pompeius, quem ille contraxit, qui historiam a primis initiis repetens per nobiliores populos omnes usque ad imperium Romanum constitutum ita persecutus est, ut libris primis sex res Asianorum veterumque Graecorum describeret, a septimo usque ad alterum et quadragesimum librum historiam regni Macedonici eorumque regnorum, quae post Alexandri Magni mortem ex illo regno orta sunt, explicaret, tum tertio et quadragesimo antiquam historiam Romanam enarraret, ultimo denique libro res barbarorum occidentalium adiungeret. Quodsi integros Trogi libros haberemus, facile huic quasi fundamento historiae ac geographiae veteris inniti possemus, sed epitomatoris nimia brevitas et dissoluta ratio excerpendi facit, ut huius librorum non sane magnus in accuratiore historia usus sit.

Orosius, extremae aetatis scriptor, et ipse quodammodo historiam universalem composuit, qui cum sibi proposuisset enarrandis omnium temporum fatis ostendere, semper miseriarum plenum orbem terrarum fuisse, et iniuste facere paganos, qui illarum Originem Christianis religionibus tribuerent, huius consilii sui memor quidquid ubique calamitatum peccata hominum meruerant collegit, et eas maiores esse demonstrat, quam quae suis temporibus (cum barbari Germani in Hispania pro imperio Romano inter se depugnabant, a. post Chr. 418) acciderent. Itaque apparet, revera summam rerum olim gestarum hoc opere contineri eoque accuratiorem, quo propius ad ipsius auctoris aetatem accedamus. (Pauli Orosii, presbyteri Hispani, adversus paganos historiarum libri septem, recensuit et (parum) illustravit *Sigeb. Havercampus*, Lugd. Bat. 1738. 4.)

Relinquere non possum hunc locum de auctoribus historiae universalis explicandi, quin veterum *chronographorum* mentionem faciam, qui eam fere et ipsi a mundo condito repetentes brevissimis compendiis ita comprehenderunt, ut successiones regum et res maxime memorabiles suis quasque temporibus notarent magis, quam describerent. Eorum princeps, ex iis qui aetatem tulerunt, est *Eusebius*, episcopus Caesariensis, cuius canonem *Hieronymus* et Latine vertit et usque ad annum 379 post Chr. nat. continuavit (in *Ios. Scaligeri* Thesauro temporum, Amst. 1658, Graecum enim exemplar interiit), neque postea, ubi plenior historia obmutescere coeperat, defuerunt horum studiorum aemuli, quorum alii Eusebium sive Hieronymum usque ad sua tempora deduxerunt, ut *Idatius* usque ad a. 468, *Marcellinus Comes* a Theodosio imp. ad a. 558, *Victor Tunnunensis* ab a. 444—566 et sic porro: alii rem ab initio repetiverunt, ut *Georgius Syncellus* ab orbe condito usque ad Diocletianum imp. (quem continuavit Theophanes Isaacius), *Prosper (Tyro* sive *Aquitanus)* usque ad annum 455 (continuatus a *Mario* ad a. 581), *Ioannes Malalas* usque ad Iustinianum imperatorem, *Isidorus* usque ad a. 626,

Digitized by Google

denique *auctores Chronici Paschalis* sive *Alexandrini*, quorum alter ab initio rerum usque ad a. 354, alter ab eo tempore ad a. post Chr. nat. 630 historiam deduxit. Veruntamen hi scriptores, nisi forte aridissimis priscorum Assyriorum et Aegyptiorum regum indicibus magnopere delectamur, tum demum maximo usui esse incipiunt, cum ad ipsorum aetatem et finem veteris historiae nobis propositum venimus. Alium locum inter praesidia cognoscendae historiae *Strabo* sibi vindicat, quamquam ex diverso genere scriptorum est. Nam is cum Augusti aetate situs terrarum et urbium describeret, in ea re ita versatus est, ut simul plurima, quae ad historiam civitatum et regnorum et excellentium virorum spectarent, adiiceret, quocirca ne iis quidem, qui solas res gestas cognoscere cupiant, omittendus est.

Praemissa igitur scriptorum ad universam historiam veterem pertinentium notitia, ad eos veniamus, a quibus singularum gentium aetatumque cognitionem petimus. Iam primum *Asiae gentium*, imprimis Aegyptiorum, Lydorum, Medorum Persarumque, historia *Herodoti* fide nititur, qui dum bella inter Graecos et Persas gesta describit, rem altius repetens initia regni Persarum et historiam populorum illis subiectorum, quoad sui iuris erant, persequitur (Lydorum libr. 1, a cap. 6—94, Medorum eod. libr. cap. 95—130, Aegyptiorum per totum librum secundum): lenis et placidus narrator, quaecunque aut comperisset aut ipse vidisset benigne quasi impertiens lectoribus suis, et procul remotus a suspicione corruptae veritatis. Cetera de imperio Persarum ex *Diodoro* petuntur: de vita et rebus gestis Artaxerxis II s. Mnemonis singularis libellus *Plutarchi* extat: expeditionem Cyri minoris, Lydiae satrapae, contra hunc regem, fratrem suum, e locupletissimi testis *Xenophontis* libris septem *Anabaseos* cognoscimus, multa etiam ex Graecarum rerum scriptoribus colliguntur, non data opera, sed quotiescunque res ita tulerat, res Persarum attingentibus. Nam quod idem *Xenophon* singulare opus de Cyri (maioris) vita composuit, eo constat scriptorem non historiae fidem secutum esse, sed praeceptis suis auctoritatem voluisse conciliare: ex *Ctesiae* quidem libris *rerum Persarum* nihil servatum est, praeter pauca excerpta apud Photium, non contemnenda illa quidem, sed incertae fidei, cum, ceteris perditis, auctoris luce careant.

Graecorum res gestas ipsi scriptores Graeci memoriae tradiderunt, quorum nemo tamen, qui quidem hodie supersunt, universam gentis historiam conscripsit: plurimum spatii complectitur *Plutarchus*, qui vitas excellentium virorum et Graecorum et Romanorum, secundum similitudines quasdam comparatas, descripsit, Graecorum quidem quattuor et viginti, a Theseo et Lycurgo usque ad Philopoemenem, quem ipse Graecorum ultimum appellat.

Prima historiae periodus usque ad reditum Heraclidarum, gentis initia et quasi pueritiam continens, poëtarum fabulis ita exornata est, ut frustra laboret, qui rerum veritatem ab ingenio auctorum accurate discernere velit. Sed si quis propterea quaecunque de rebus gestis ac migrationibus priscorum heroum tradita sunt, tamquam ficta procul ab historia removenda censeat, magnopere fallatur, et historiam, quam velit a fabulis purgare, firmissimis fundamentis privet. Neque enim ista sunt poëtarum figmenta, sed initia historiae, cum Graeca gens hoc ante ceteras, quas novimus, omnes

praecipuum habuerit, quod populi et civitates originem suam perpetna quadam traditionum serie et constanti hominum persuasione ex ultima antiquitate repetebant, qui fons nnmqnam exhaustus et epicis et tragicis poëtis insignem copiam argumentorum praebuit, qnae explicarent et ingenio exornarent. Hanc igitur historiae partem cum ex ipsis *poëtis*, imprimis *Homero*, tum vero ex *Apollodori bibliotheca mythica* ceterisqne *mythographis* (etiam Diodori libro quarto) colligimus, permulta etiam *Pausanias* suppeditat, qni cnm altero post Christum natnm saeculo (a. 174) Graeciae descriptionem decem libris componeret, id imprimis egit, nt remotissimae antiquitatis vestigia recognosceret memoriamqne renovaret. *Plutarchi*, qnem snpra nominavimus, ex hac periodo vita est Thesei.

Altera periodus, deserta iam a poëtis nec tamen historiarum scriptoribns frequens, si recte intelligimus, in maiore etiam obscnritate versatnr. Nam cum valde cnpiamus de rebns publicis per Graeciam institutis deqne variis earnm formis doceri, maxima penuria auctorum laboramns: nnns *Herodotus* etiam hanc historiae partem, nec tamen fere nisi Lacedaemoniorum et Atheniensium et Corinthiorum res, frequenter a pecnliari argumento suo digrediens, illustrat. (Huc pertinet *totus ferme liber quintus;* praeterea, nt notabiliores locos landem, vide de Lacedaem. 1, 65 sq., 6, 52 sq., de Athen. 1, 59 sq., de Corinthiis 3, 49 sq.) Ceterorum scriptornm imprimis adhibendi sunt *Plutarchus* in vitis *Lycurgi* et *Solonis*, *Pausanias* cum aliis locis, tum in Messenicis sive libro 4, nbi hella inter Lacedaemonios et Messenios gesta ita enarrat, ut facile appareat eum nihil nisi Rhiani, poëtae, carmen epicum contrahere, *Thucydides* lib. 1, c. 126 de Cylonis piacnlo, lib. 6, c. 54—59 de Atheniensibns Pisistratidarnm dominatu liberatis.

Sed *tertia periodus*, qnantnm quidem trihus monnmentis clarissimorum ingeniorum fieri potuit, in maxima luce posita est. Nam *Herodotus* bella Persica cum a primo iuitio repetisset, usque ad dnplicem Graecornm victoriam, terrestrem apud Plataeas, navalem ad Mycalen promontorinm, et Sestum a Xanthippo, Athen. duce, expugnatam (a. 479) accnratissime enarrat. *Thucydides*, gravissimus testis ac diligens rerum investigator, qnamquam solum hellum Peloponnesiacum se descripturum profitetur, tamen ita rem dedita opera videtur instituisse, ut altins repetendo (per totum paene lihrum primum) suam historiam cum Herodoto committeret. Inde exorsus cnm bellum illud, magna varietate terra mariqne per 28 annos gestum, usqne ad 21. annum et Atheniensinm victoriam navalem prope Abydnm (sive ad promontorium Cynossema) Ol. 92, 2, a. Chr. 411 diligenter persecutus esset, nec morte occnpatns perficere rem potuisset, excepit illum *Xenophon*, neqnaquam pari ingenio, sed tamen is scriptor, cui similem si postea haberemns, praeclare nobiscnm agi existimaremus. Et hercnle parem Thucydidi rerum auctorem non facile invenias, qui procul remotns a contentione partium, sed eandem tamen maxime expertus, sui obliviscatur et omnes ingenii vires ad contemplandam ac describendam communem calamitatem intendat, tamqnam iudex inexorabilis, neque in utram partem ipse inclinet, voce vultnve significans. Tam gravem historici personam sustinere Xenophon nec potuit nec videtur voluisse, sed omninm virtutum amans historiam ad insti-

tutionem vitae, quamvis id ipse non profiteretur, ultro transtulit: neque non potuit clam iis partibus favere, ubi iustitiam, temperantiam, modestiam, quas ipse maxime virtutes probavit, coli videret. Itaque cum *Diodorus*, in hac historiae parte (lib. 13. 14. 15) alios auctores, imprimis, ut videtur, Ephorum secutus, nonnunquam ab eo dissentiat, apud nonnullos in suspicionem violatae veritatis venit, quae accusatio certe non eo valere debet, ut fidem ab candidissimo scriptore abiudicemus, sed accuratius in causas dissensionis inquiramus: alioquin ipse Thucydides, quod nemo faciet, damnandus est, cuius idem ille Diodorus saepe auctoritatem deserat. *Xenophon* igitur historiam Graecorum (septem libris) per 48 annos usque ad pugnam Mantineensem Ol. 104, 2, ante Chr. 362, deduxit, eoque maius sui desiderium reliquit, quod deinde auctoritate scriptorum, ea quae ipsi viderint memoriae prodentium, prorsus caremus. Utinam *Theopompi* 58 libri *Philippicon* extarent, quanto accuratius de fraudulenti Macedonum regis consiliis et irritis Graecorum servandae libertatis conatibus iudicaremus! Sed nos quod huius periodi reliquum est, ex *Diodori* (lib. 16) male dispersa et nimium brevi narratione petimus, cui de Philippo tamquam veram testimoniorum fidem *Demosthenis* et *Aeschinis* orationes de falsa legatione et eiusdem Demosthenis *orationes Philippicas* adiungimus. Ceterum a vitarum scriptoribus non exigua subsidia peti possunt, *Plutarcho*, cuius ex hac periodo sunt vitae Aristidis, Themistoclis, Cimonis, Periclis, Niciae, Alcibiadis, Lysandri, Pelopidae, Agesilai, Demosthenis, et *Cornelio Nepote*, qui totus fere in eadem periodo, praecipue in eius parte posteriore versatur. (Cf. vitas Epaminondae, Pelopidae, Lysandri, Agesilai, Cononis, Iphicratis, Chabriae, Timothei.)

Proelio apud *Chaeroneam* (a. Chr. 338) cum Athenienses et Thebani victi essent, imperium ad *Macedones* translatum est, et is vere finis libertatis Graecorum existimatur. Nam etsi Philippus et Alexander ceterique Macedonum reges socios haberi se, non dominos volebant, et longe alia tunc erat Graecarum civitatum condicio ac si quem populum hodie alieno imperio subiectum dicimus, tamen animus magnum aliquid audendi in hoc precario libertatis usu extinguebatur, ubi ad regum voluntatem et manus et opes semper erat respiciendum. Itaque veterum scriptorum exemplum secuti sumus, quorum diligentia repente in aliam partem converteretur, neque ceteram historiam liberarum in Graecia civitatum a regno Macedonico separavimus. Iam vero *Alexandri Magni* res gestae, cum olim ab ingenti numero scriptorum (amplius 130) enarratae essent, quorum tamen pauci posterorum fidem meruerunt, ut Ptolemaeus Lagi, Aristobulus, plures aut propter levitatem aut propter corruptum dicendi genus notati sunt, hodie ex duobus, qui hoc singulare sibi argumentum sumpserunt, cognoscuntur, *Arriano* Graeco et *Q. Curtio* Romano, quorum prior quin multo praestet alteri rerum accuratione, nemo est qui dubitet. Nam *Curtius* cum hanc materiam sibi expetisset, ut ingenium atque eloquentiam ostenderet, imprimis quae ad admirabilitatem fortunae pertinent, Clitarchum secutus, explicat: *Arrianus* (altero post Chr. natum saeculo), cum iustam historiam componere vellet, et Xenophontis Anabasin ad imitandum sibi proposuisset, certissimum rerum bellicarum ducem *Ptolemaeum*, Lagi filium, elegit, et eleganti, sed simplici orationis genere

bella praecipue persecutus est. Idem Nearchi, praefecti regii, commentariis usus singularem libellum de Indica expeditione Alexandri composuit, bonae frugis plenum. Praeterea *Plutarchus Alexandri* vitam sua ratione descripsit, i. e. ut hominum mores atque res privatas accuratius explicaret, quam bella aut instituta publica. Sed *Diodori* liber 17, in eodem argumento versans, pessimus est, ac perspicue ostendit, quantulum fidei huiusmodi scriptoribus tribuendum sit, nisi de auctoritate librorum, quos excripserint, satis constet. In hac quidem operis parte Diodorum *Clitarcho*, ingenioso scriptori, sed historico parum fideli, totum sese tradidisse compertum est.

Ex quo intelligitur, quam lubricum campum ingrediamur, cum ad *successores Alexandri Magni* (διαδόχους Graeci appellant) et eorum perpetuas atque internecivas contentiones venimus, quippe quas ab uno auctore *Diodoro* repeti necesse sit, nisi ubi *Plutarchus* in vitis *Demosthenis* et *Phocionis*, *Eumenis*, *Demetrii*, *Pyrrhi* aliquantum lucis affundit: neque tamen taceri debet, Diodorum in hac quidem operis parte (libr. 18. 19. 20), cum *Hieronymi Cardiani* historiis usus sit, longe melius quam in rebus Alexandri describendis versatum videri. *Arriani* librorum de rebus post Alexandrum nihil restat, praeter pauca excerpta apud *Photium* Cod. 92, quae minime levem illorum iacturam esse satis ostendunt: contra *Iustini* epitome nihil est in hac parte perturbatius, nihil mendacius.

Interea *Macedonia* et *Graecia ipsa*, quarum possessio regibus bellum gerentibus tamquam ultimum praemium propositum erat, magnam fortunae varietatem expertae erant: et accesserant *Gallici tumultus* (de quibus auctor est *Pausanias* in Phocicis s. lib. X, cap. 19—23, et in Atticis s. lib. I, c. 4), qui Macedoniam affligerent. Tandem cum Antigonus Gonatas, Gallis depulsis, Macedoniae regnum assecutus, a gravissimo adversario *Pyrrho* (de cuius rebus vide *Plutarchi* librum) liberatus esset, utraque terra meliore statu rerum frui coepit, dum Macedones legitimos reges suos habent, Graecorum libertas, institutis Achaeorum et Aetolorum conciliis, efflorescit. Quod igitur reliquum est historiae Graecorum et Macedonum usque ad interitum libertatis, partim a rerum Romanarum auctoribus, imprimis *Livio*, qui quotiescunque facultas datur, de statu Graeciae memorare non omittit, partim a duobus Graecis scriptoribus, *Plutarcho* (in vitis *Arati* et *Philopoemenis*, *Agidis* et *Cleomenis*) et *Polybio* repetitur. Polybii quidem historiarum libri, de quibus paulo post dicendum erit, praeter quinque libros priores, non integri ad nostram aetatem venerunt, veruntamen tot tamque insignia fragmenta de rebus Graecorum servata sunt, ut suo quodam iure inter praecipuos huius aetatis auctores referri debeat.

Aliorum vero *regnorum* post pugnam apud Ipsum (301 a. Chr.) a Macedonibus *in Asia et Aegypto conditorum historia* prorsus nullos habet idoneos auctores, neque sane videtur magnopere mereri, quoniam populi, quos nescias Graecos an barbaros appelles, omni robore animorum carebant, res militaris penes seditiosos et imbelles mercenarios erat, regiae domus Antiochiae et Alexandriae luxuria diffluebant omnique genere scelerum ac flagitiorum contaminabantur. Pleraque ad historiam horum regnorum ex *Romanarum rerum scriptoribus* sumuntur, quoniam huius populi auctoritas inde

ab anno 200 in Asia summa esse coepit. Nonnulla suppeditant *Iustinus* et *Diodorus in excerptis* posteriornm librornm. Seleucidarum historiae brevem conspectum dedit *Appianus* iu Syriacis, negligeus scriptor, qui et ipse historiam populi Romani nova ratione secundum regioues, in quibus hella de imperio gesta sunt, composuerit. Certiora tradidit *Polybius*, pro instituto suo etiam Asiaticas et Aegyptiacas res ea aetate, qnam sibi describendam proposuerat (i. e. ab auuo 218—146), persecutus, sed cum maxima pars eius librorum perierit, nimis saepe ab eo deserimur, uec fere nisi rerum Magni Autiochi paulo accuratior coguitio ah eo peti potest. (Lib. 5, cap. 40—71, et eiusd. lih. 79—87, et in fragm. reliquorum librorum.) *Iudaeorum*, a regibus Syriae deficientium, historiam memoriae prodiderunt *libri Maccabaeorum*, eandem a primo gentis initio usqne ad annum post Chr. uat. 66 amplo opere Indaicae archaeologiae scripsit *Iosephus*, infidus anctor historiae antiquae (qnam scilicet in usum Graecorum lectorum calamistris inusserit), sed ntilis qno propius ad suam patrumqne memoriam accedit. Sed, si ab libris discedas, multa ac certa de successionibus regnm ex nummis inscriptiouibnsque Syrorum et Aegyptiorum cognoscnntur: quae si cum dispersis aliorum scriptorum locis componantur, non integrum quidem, sed tamen coustans huius historiae corpus conficias.

Restant *Italia inferior* et *Sicilia*, refertae Graecorum colouiis. Qua in re, si nsquam, historiae iniquitas accusanda videtur, quae qnasi unice delectata calamitatibus generis humani, tum demum uberior esse soleat, ubi de regnorum et rerum publicarum eversionibus agitur, sed doceri cupientem, qna ratioue et pacis artes coluerint civitates et rem publicam sapienter rexerint, fere semper destituat. Nam quam panca de Italicis civitatihus comperta habeamus, ostendit qui variorum scriptorum testimonia de iis collegit, Heyuius iu Opnscul. Academ. Tom. II. De Siciliae vetere historia et coloniarum originibus hreviter, sed luculenter, ut solet, exposnit *Thucydides* libro 6 iuit. Sed eaedem civitates olim magnorum scriptornm, imprimis *Philisti* et *Timaei*, ingenium et diligentiam exercuerant, quibus auctoribus nsus est *Diodorus* iu rebns Siciliae sive potius Syracnsauorum iude a Gelone usque ad Agathoclem tyrannum scribendis (in libris qui integri servati sunt, 11—20). Cetera partim ex eiusdem scriptoris fragmentis, partim ex Romauarum rerum auctoribus colliguntur: *Dionis* et *Timoleontis* vitas et houestissima libertatis Syracusanorum restituendae studia euarraverunt singnlaribns libris *Plutarchus* et *Cornelius Nepos*.

Carthaginiensinm vero, maguae et memorabilis civitatis, uulla prorsus historia est, quippe quorum res nnllns scriptorum, quos quidem uunc legamus, data opera scripserit, neque mentio fiat nisi per occasiones hellorum aut a Sicnlis, aut a Romanis gestorum. Itaque quoniam easdem res bis ponere nolnimus, singularem hnic populo in annalibus nostris locum trihuendum esse non existimavimus.

Sed *populus Romanus*, uti rehns gestis longe ceteris omnibus antecelluit, et imperio suo totum orhem terrarum amplexus unico exemplo per sescentos ferme annos tenuit, ita plurimorum scriptorum et Romanorum et Graecorum

diligentiam ad historiam suam litteris consignandam excitavit. Eius *summam* breviter scripserunt *Eutropius* et *Aurelius Victor*, diversa ratione. Nam alter res Romanas usque ad Ioviani imperatoris mortem (a. post Chr. 364) tribus libris perpetua ac simplici narratione usus scripsit: *Victor* (vel Victores, nam plures fuisse auctores constat) praeter singularem libellum de origine Rom. gentis, vitis illustrium virorum (liberae rei publicae principum) et Caesarum brevissime describendis paulo minus temporis comprehendit, in Constantii regno, (anno ferme 359 p. Chr.) desinens. Sed extat alia epitome de vita et moribus Caesarum sub eodem nomine *Victoris* et simili ratione conscripta, qua historia usque ad Theodosii mortem (a. 395) deducitur. Horum scriptorum auctoritas cum in vetustioribus temporibus, ubi locupletiores testes extant, nulla sit, tamen quo propius ad ipsorum aetatem venimus, imprimis *Eutropii*, valde augetur. De *Orosii* opere, praecipue ad historiam Romanam pertinente, vide supra pag. VIII. Aliquanto uberiorem, quippe minus spatium temporis continentem, epitomen rerum Romanarum usque ad Augusti mortem scripsit *Florus*, orationis elegantia et luminibus notabilis, sed poëtae quam historico similior, et qui saepe rerum gestarum buccinatorem magis quam enarratorem agat, dignus tamen qui legatur. Hi ex Romanis scriptoribus. Graece *Ioannes Zonaras*, saeculi 12. scriptor, historiam Romanam ab urbe condita usque ad Alexium Comneuum (a. 1118) composuit, quem constat in priore operis parte praecipue Dionem Cassium secutum esse, vel excripsisse, multaque memoratu digna solum servasse. Quapropter dolendum est lacunam 70 circiter annorum a Corintho excisa usque ad Pompeium in hoc opere esse, quam ipse Zonaras se propter penuriam auctorum explere non potuisse queritur. Ceterum post Theodosii mortem cum imperium Romanum divisum esset, solius imperii orientalis historiam persequitur.

His igitur auctoribus utimur ad historiam Romanam aut universam aut maiorem certe eius partem quasi compendiaria discendam. Eiusdem amplissimum et vere ingens corpus composuit *T. Livius*, res populi Romani 142 fere libris a primordio usque ad Drusi Neronis in Germania interitum per annos 745 tam diligenter tamque diserte persecutus, ut si integro eius opere uti nobis liceret, in examinandis quidem rebus alios testes conquirendos nobis esse arbitraremur, sed ad copiam rerum baud sane alio illorum temporum scriptore egeremus. Verumenimvero huius scriptoris quarta ferme pars superest, libri 10 primi, annorum 461 historiam continentes, et 15 alii, ab 21 usque ad 45, quibus res per annos 52 (ab a. 218 usque ad a. 167 a. Chr.) gestas scripsit. Ceterarum extant brevissima *summaria*, quorum auctoritatem secutus *Ioannes Freinshemius* ex variis scriptoribus supplementorum libros confecit, laboriosum opus et a venustate Livii remotum, sed quod propter eruditionem auctoris et rerum copiam plerisque omnibus de historia Romana recentiorum commentariis praeferendum putes. Graecorum scriptorum *Dio Cassius* et ipse plenum de historia Romana opus usque ad alterum consulatum suum a. 229 post Chr., u. c. 982, libris octoginta conscripsit, sed quoniam prior eius pars praeter pauca excerpta periit, eorum qui hodie extant librorum mentionem alio loco faciemus.

Itaque *primam et alteram periodum* historiae Romanae usque ad concordiam ordinum restitutam (a. a. Chr. 366, u. c. 388) ex *Livii* libris sex primis petimus, cui usque ad annum a. Chr. 443, u. c. 311, adiungimus *Dionysium Halicarnassensem*, Graecum scriptorem, cuius 11 libri priores supersunt, cum viginti de rebus Romanis usque ad primum bellum Punicum, unde Polybius incipit, conscripsisset. Initia gentis regumque historiam *Livius*, uti decebat in tanta prisci temporis obscuritate, breviter ac verecunde narravit, *Dionysius* suis captus opinionibus, quasi omnia sciret et explorata haberet, in eadem rerum inanitate arroganter se iactavit. In *altera periodo* et certaminibus patrum ac plebis describendis *Livius* similitudine certaminum inter optimates ac populares, quibus ipsius aetas concussa erat, abreptus, ad eandem rationem priscas illas seditiones exegit, sed in ea re semet ipse cohibuisse videtur, ne amplius quam exornaret, quod in vetustioribus annalibus invenisset: Graecum vero scriptorem hodie ridere liceat, qui innutritus scholasticis rhetorum exercitiis totum illud argumentum ad ostentationem eloquentiae converterit. Vereor ne hoc iudicium meum de scriptore vulgo laudibus cumulato multis acerbum videatur, neque nego multa ad antiquitates Romanas cognoscendas utilia ex eo repeti, sed idem intelligo actum esse de omni historia, si ex eiusmodi scriptoribus solis esset discenda. *Plutarchi* ex utraque periodo sunt vitae *Romuli*, *Numae*, *Poplicolae*, *Coriolani*, *Camilli*, quas inter reliquas minime commendaverim, propterea quod illius aetatis res Plutarchi sive ingenio sive scribendi generi non sane videntur convenisse.

Tertiam periodum centum annorum fecimus, quibus populus Romanus concordia civium corroboratus cunctam Italiam, quae proprie dicitur, in potestatem suam redegit. Cuius maiorem partem usque ad annum a. Chr. 293 ex *Livii* libris 7. 8. 9. 10 cognoscimus, quod superest et imprimis bellum cum Pyrrho rege gestum ex illis periochis, quarum supra mentio facta est, et ex *Plutarchi* libro de vita *Pyrrhi* colligitur.

Quartam periodum annorum 120 usque ad Carthaginem Corinthumque excisas non immerito florem quendam populi Romani fuisse dicimus, quo tempore, dum re publica domi optime temperata utitur (de qua re conferendus Polybii liber sextus), orbis terrarum imperium assecutus est dignusque erat qui assequeretur. Eius aetatis locupletissimum auctorem et vere testem veteres habuerunt *Polybium* Megalopolitanum, usu rei militaris edoctum, et cum domi suae inter principes haberetur, iussu senatus Romam evocatum ibique detentum, qui 40 libris historiam orbis terrarum per illud temporis spatium ita perscripsit, ut potissimum populi Romani semper rationem sibi habendam existimaret: nam cum ipsius historiae initium a bello Punico secundo facturus esset, quo id maiore cum fructu lectorum faceret, quasi praeparationis loco duobus prioribus libris *bellum primum Punicum*, et *Illyricum* (de quo item extat *Appiani* singularis libellus) et *Gallicum* enarravit. Hunc *Livius* ita ante oculos habuit, ut eius auctoritatem in rebus bellicis presso pede sequeretur, ceteras res ex annalium copiis adderet, omnia eximia orationis elegantia ornaret. Sed, proh dolor, nec *Polybii* librorum nisi 5 priores integri servati sunt (usque ad pugnam Cannensem), sequentium nisi excerpta, insignia quidem, sed fragmenta tamen extant, nec *Livii* historiae ab

Digitized by Google

initio belli secundi Punici longius excurrunt, quam ad Paulli de Macedonia triumphum, a. 167. Veruntamen, quod gaudeamus, res ita comparata est, ut quae Livium antecedunt, ex *Polybii* quamvis succincta, accurata tamen narratione discere possimus, ubi Livium habemus, nonnulla ex comparatione Graeci scriptoris melius intelligamus. Sed post Macedoniam subiectam rursus ad deteriores compellimur, imprimis *Appianum*, ex cuius libris sexto et octavo (nam septimo de bello Hannibalico non opus est), qui integri supersunt, bella in Hispania gesta et Carthaginiensium ultima fata satis recte discimus. *Plutarchi* ex eadem periodo sunt vitae *Fabii*, *Marcelli*, *Flaminini*, *Paulli*, *Catonis maioris*, ex quibus quamquam non sane magnopere rerum copiam in tanta Livii narrandi amplitudine augeas, animi tamen delectationem non mediocrem capias.

Subactis deletisque iis civitatibus, quae certamen de principatu sustinere possent, populus Romanus in *quinta* quasi *aetate* sua, dum externae res florebant et angebantur, perniciosissimum malum civilium armorum et nasci et crudeliter usque ad interitum libertatis grassari vidit. Sed in magna Romanorum auctorum copia nullus tamen superest, qui totam hanc periodum accurate enarret. Brevioribus historiae auctoribus accedit per hanc aetatem *Velleius*, libro secundo, (nam prior paene totus interiit,) dignus in hac operis parte, cui materiam aliunde petitam superstruamus, nam quo propius ad finem sibi propositum (annum 30 post Chr.) adventat, eo magis adulationi domus principalis servit. Iam primum belli Numantini ceterorumque in Hispania gestorum auctor extat *Appianus*, libro sexto. Idem Gracchanas seditiones initio quinque librorum *de bellis civilibus* enarravit, neque tamen tam copiose, quam vellemus, atque ipse deinde in Caesaris cum Pompeio, Antonii et Octaviani cum Bruto bellis describendis fecit (nam eo opere turbarum civilium historiam usque ad Sex. Pompeium in Asia occisum a. 35 persecutus est): itaque *Plutarchus* ad partes vocandus, in vitis *utriusque Gracchi*. Iugurthinum bellum luculenter scripsit *Sallustius*. Deinceps iterum coniunguntur *Plutarchus* et *Appianus*, cum ille *Marii*, *Sullae*, *Luculli* vitas, hic, praeter bellum sociale et civile Marianum, etiam *Mithridaticum* singulari libello memoriae prodiderit.

Sed ab anno 66 a. Chr., 686 u. c. in maiore luce versari incipimus, cum per *Dionem Cassium*, cuius libris, qui integri ad nostram aetatem venerunt, 36—54, quidquid per 57 annos (ab a. 66 usque ad 10 a. Chr.) domi militiaeque gestum est, copiosissime enarratur, tum vero rerum civilium ordinem et causas haud paulo iucundius (fortasse etiam melius, cum Dionis Cassii animus a Cicerone ceterisque libertatis propugnatoribus paulo alienior fuisse videatur) ex *Ciceronis* clarissimi ingenii monumentis cognoscimus, cuius *epistolis* et *orationibus* perpetua quaedam eius temporis, postquam ipse inter principes civitatis numerari coeptus est (praetor 66, cos. 63, mort. 43), historia continetur: eam vero rem, de qua consul togatus maxime et gloriari solebat et merebatur, vindicatam et detectam *Catilinae* coniurationem, ex *Sallustii*, veracissimi scriptoris, luculenta narratione novimus. Iam vero *Caesar*, quae bella in Gallia et contra Pompeium gessit, ipse scripsit, et ita scripsit, ut quam gloriam inter imperatores rebus gerendis meruit, eandem

gestis describendis inter historicos meruisse videatur: tanta est perspicuitas, tanta stili velocitas, tantus candor narrationis, dum ne ea quidem, quae forte minus bene gessit, lectorem celat. Porro *liber de bello Alexandrino*, a quocunque scriptus est, eandem ingeniosi rerumque periti auctoris notam praefert, sed librum *de bello Africano* et fragmentum *de Hispaniensi* nemo legerit, nisi qui etiam ex deterioribus auctoribus rerum gestarum testimonia conquirere velit. (Extant enim de iisdem rebus, ut supra memoravi, *Dio Cassius* et *Appianus.*) *Plutarchi* ex huius periodi parte posteriore suut vitae *Sertorii, M. Crassi, Cn. Pompeii, Ciceronis, Caesaris, Catonis minoris,* tum *Bruti* et *Antonii*, sane perquam utiles ad mores illorum hominum pernoscendos. Alius generis sunt vitae, quas *Suetonius* et *Caesaris* et *Augusti* et sequentium imperatorum composuit, qui cum et ipse eorum vitam privatam pari atque adeo maiore studio quam res publice gestas exposueret, non tantopere id egit, quod Plutarchus, ut animus hominum perspiceretur, sed ut lectorem singularia multa ad illorum vitam pertinentia doceret, quae aliunde non fere cognoscerentur. Ex quo intelligitur, plurimum hunc scriptorem, sicubi aliorum auctorum opera accesserint, ad accuratam rerum Romanarum cognitionem prodesse.

Post pugnam apud Actium populus Romanus sive potius orbis terrarum *unius hominis arbitrio* regi coeptus est, qui postquam callide summas potestates, olim temporibus et magistratibus divisas, in se uno coniunxit, eas quasi per manus successori suo tradidit. Id quamvis hereditario iure fieret, vetus tamen species rei publicae mansit, cumque populi contiones in senatum translatae essent, ab huius auctoritate omne ius imperii aut proficiscebatur, aut videbatur certe proficisci. Itaque imperatores, qui tyranni videri nollent, memores delegatam sibi esse summam potestatem, omnia per senatum egerunt, sed eum partim militum terrore, partim suorum beneficiorum gratia (quippe quem non populi suffragia, sed dominorum voluntas legeret) ita devinctum et constrictum tenebant, ut illud quod vulgo vocatur *consilium publicum*, magnitudinis animi et libertatis documenta paene nulla, innumerabilia foedae adulationis ediderit. Sed ut in viam redeamus, *sextam* hanc *periodum* Marci Antonini morte terminavimus, propterea quod sedecim imperatores, qui per hosce 210 annos rei publicae praefuerunt, praeter paucos, quos beluas dicere malis, quam homines, legitimae illius, de qua supra memoravi, potestatis speciem retinuerunt, et senatus auctoritatem, nisi quod ad militum imperium pertineret, integram servarunt: contra sequentium plerique inter turbas militares ad summam dignitatem evecti, unam rei publicae legem in sua voluntate positam existimarunt, et senatui Romano, a qua urbe procul ipsi abesse solebant, nullas in re publica esse partes voluerunt. Rerum gestarum auctorem locupletem per totam hanc aetatem tuto sequeremur *Dionem Cassium*, si integrum eius opus hodie superesset. Sed post librum 54 (a. Chr. 10) insequentes libri sex, quibus 70 annorum historia continetur, mutili et multis locis male contracti leguntur (imprimis in annis 747—757 u. c., 7 a. Chr. — 4 post Chr.), post 60 vero librum (ab anno 60 post Chr.) usque ad finem nihil superest nisi *epitome Xiphilini*, quem constat, servata, quantum fieri posset, Dionis oratione, sed recisis quaecunque ipsi non ne-

cessaria viderentur, spissa volumina in angustum compendium redegisse. Veruntamen vel sic comparato duce hoc utendum erit, praesertim cum enarratores invenerit, *Fabricium* et *Reimarum*, qui ceterorum scriptorum testimoniis collectis suae annotationis longitudine illius brevitatem compensare studuerint.

Latinorum scriptorum praeter *Velleium*, Tiberii adulatorem (de quo vide in superiore periodo), hic memorandus est *Suetonius*, duodecim Caesarum usque ad Domitianum vitarum scriptor, de quo item supra, cum de Caesaris vita dicebamus, mentionem fecimus. Paulo minus temporis spatium 82 annorum, ab excessu Augusti usque ad exitum Domitiani, a. 96, *Tacitus* sibi argumentum sumpsit, in quo elaboraret, duobus operibus, altero usque ad caedem Neronis, ultimi imperatoris ex Iulia et Claudia gente, a. 68, altero a cos. imp. Galba iterum et T. Vinio, a. 69, usque ad illud initium felicioris saeculi, cum Nerva ad principatum pervenit. Atque tale est huius scriptoris ingenium, a quo potissimum cum ceteras res, tum principum artes, quibus libertatem publicam oppresserint, et fortium virorum irritos conatus depellendae servitutis discere cupiamus, cum et veritatis studio et acerrimo indicio et dicendi arte inter paucos excellat. Sed etiam huius librorum magna pars intercidit, supersunt libri priores, quibus *Tiberii* regnum (ab a. 14—37) describitur, ne hi quidem integri, quoniam ea particula, quae res a. 30 et 31 gestas continebat, gravissimi argumenti, et quem haud dubitamus cum Lipsio ipsum florem operis dicere, periit. Insequentium librorum iactura involvit *Gaii Caesaris* brevem tyrannidem et *Claudii* principatus priores annos sex; quod superest Claudii annorum et *Neronis* imperium, libris 11—16 enarratur, neque tamen, cum libri 16 initium tantummodo extet, materia absolvitur, sed in anno 66, u. c. 819, abrumpitur. Alterius operis quattuor libri priores et quinti pars hodie extant, quibus *unus* annus multorum sanguine nobilitatus, 69 post Chr. et proximi 70 dimidium ferme continetur, ex quo facile intelligitur, quanta scriptoris in his rebus enarrandis diligentia fuerit, quam assequi nec potuit, nec voluit, qui *Galbae* et *Othonis* vitas singularibus libellis descripsit *Plutarchus*. Iacturam ceterorum librorum, quibus Vespasiani, Titi et Domitiani principatus persecutus erat, *vita Cn. Agricolae*, cuius ductu Britannia domita est, ab eodem Tacito composita, quamvis digna auctore suo, compensare tamen nequit.

Sequitur aetas continuis quinque optimorum principum regnis felicissima, Nervae, Traiani, Hadriani, utriusque Antonini, sed malo quodam fato accidit, ut ingeniosi auctores, renata sub Traiano scribendi libertate usi, aut vetustorum temporum memoriam renovare, aut recentium infamiam litteris notare vellent, nec ullos invenirent honestissimorum studiorum idoneos aemulos. Itaque res a Traiano laudabiliter gestae digno carent praeconio, nisi quod *minor Plinius* epistolarum libris, praesertim decimo, et panegyrico, quam studiose ille princeps rei publicae curam gesserit, satis ostendit. Et ni fuissent sub Diocletiano imperatore aliquot scriptores, qui *Hadriani, Antonini Pii, L. Veri* et *M. Antonini* vitas ad modum Suetonii, sed longe minore et rerum peritia et dicendi arte scriberent, ubique ad compendia redacti essemus. Hi libri vitarum, quos dixi, reperiuntur in congerie *scriptorum*

historiae Augustae (optima edit. Hackiana, Lngd. Bat. 1671 II. 8. cum ernditissimis et insigni laude dignissimis annotationibns *Casauboni* et *Salmasii*), qui qnot fuerint numero et quas quisque vitas scripserit, cum codices mss. mirum quantum dissentiant, nondum liquet. Numerantur vulgo sex, *Aelius Spartianus, Aelius Lampridius, Iulius Capitolinus, Vulcatius Gallicanus, Trebellius Pollio, Flavius Vopiscus*, ab eisque scriptae snnt vitae imperatorum ab Hadriano usque ad Carum eiusque filios Carinum et Numerianum, exceptis tantummodo Philippo et Decio. Sed critici sunt magni nominis, qui eundem fuisse Spartianum atqne Lampridium opinentur, immo Salmasius etiam Vulcatii Gallicani nomen delet, qni singularis libelli de vita *Avidii Cassii* anctor fertur, et ab uno scriptore *Spartiano Lampridio* omnes eas vitas, qnae ad hanc periodnm pertinent, profectas esse indicat.

Septimam periodum 215 annornm fecimus, a Commodo usque ad Theodosii mortem, anno p. Chr. nat. 395, in qna periodo mirum est qnot et quantae vicissitudines fortunae fuerint. Militiae Romanae honos cnm barbaris communicatus, mox omnino proditns; senatus auctoritas extincta, militum suffragia dominari; imperatores partim beluinae feritatis ac libidinis, partim illnstrissimae virtutis; Christiana religio ab aliis oppressa et igni ferroqne exagitata, mox pnblice accepta et contempto vetere deorum cultn celebrata; barbarorum per omnem terrarum orbem vastationes, rursns eorundem caedes ac ruinae. Sed nihil aeque mirari qnempiam subeat, qnam unde haec tanta fuerit per hasce turbas in omnium animis imperii Romani reverentia, cum quamvis multi singulis in locis existerent summae dignitatis affectatores, hoc tamen omnibus persnasum esset, unum esse imperium, qnod divelli nec posset, nec ulla ratione liceret.

Inter anctores rerum gestarum primo loco nominari oportet *Dionem Cassium*, qui historiam Romanam usque ad a. 229 et imperinm *Alexandri Severi* deduxit, cum alibi non contemnendus, tum in hac operis parte testis locnpletissimus, qua qnid ipse viderit et vero etiam egerit, descripsit. Sed eius, ut supra dictnm est, epitomen tantummodo legimus, ntilem illam quidem, sed nihil ad verum Dionem. Itaque saepius, quam alioquin opus esset, respiciendnm est ad *Herodianum*, qni et ipse Graece octo libris historiam 59 annorum, ab initio huins periodi nostrae, i. e. a fine imp. Marci, nsque ad initium tertii Gordiani ita scripsit, nt lectorum honestae delectationi magis quam accnratiori historicorum studio consuluisse videretur, neque tamen rerum fidem negligeret. Iam vero Latinorum scriptorum (praeter Eutropinm et Victores) soli *scriptores historiae Augustae* praesto snnt, de qnibus singulis si hoc loco exponere vellemus, iusto longior disputatio esset instituenda. Sed hoc addere debeo, quod diu versandis hisce libris intellexisse mihi videor, magnopere falli Salmasium, qni opinetur, omninm imperatorum vitas usqne ad Alexandrnm Severum ab uno scriptore *Aelio Spartiano Lampridio* profectas esse. Nam si qnis ullam vim in hniusmodi rebus indicio legentis tribnere velit, profecto inveniet, tantum esse discrimen inter vitas, quae sub nomine Lampridii feruntur (imprimis Commodi, Heliogabali, Alexandri Severi), et inter eas, quae Spartiano tribuuntur, nt einsdem auctoris ntraeque esse neqneant. Nimirum *Spartianus* mediocris est scriptor, *Lampridius*

Digitized by Google

pessimus: de *Iulio Capitolino* in hac parte non recuso, quominus vitae Pertinacis, Albini, Macrini ab eo abiudicentur et Spartiano apponantur, cuius scribendi generi maxime conveniunt. Ceteri scriptores sunt, de quibus vulgo convenit, *Iulius Capitolinus*, qui duorum Maximinorum (patris et filii), trium Gordianorum et Maximi et Balbini vitas iussu Constantini Augusti consarcinavit, *Trebellius Pollio*, qui Valeriani, Gallieni, triginta tyrannorum, divi Claudii res gestas litteris prodidit, denique *Fl. Vopiscus*, ceteris accuratior, cuius vitae sunt Aureliani, Taciti, Probi, Cari, ceterorum eius temporis tyrannorum.

Hic *Diocletiani* tempora ingressos, Latinae litterae nos derelinquunt, nec suppetunt Graeci scriptores. Superest quidem *Zosimus*, qui cum causas labentis et pereuntis imperii Romani explicare et a Theodosii morte iustae historiae initium facere voluisset, nimis alte rem repetens totam historiam Romanam enarravit, ita ut quo propius ad suam aetatem veniret (i. e. saeculum p. Chr. nat. quintum) eo copiosior fieret. Itaque *primo* libro omnium imperatorum usque ad Diocletianum vitas moresque breviter designat, *altero* temporis multo minus spatium, 75 annorum, a Diocletiano usque ad Iulianum Caesarem declaratum a. 355 describit, *tertio* Iuliani et Ioviani tempora, *quarto* tandem ad Theodosii mortem et initium puerorum Arcadii et Honorii quasi penetrat. Sed malo quodam casu (nisi forte id consulto a librariis Christianis factum dicimus) ita accidit, ut finis libri I et initium libri II, quo loco Diocletiani imperium descriptum erat, perierit; itaque in hac gravissima historiae parte prorsus ad Entropii et utriusque Victoris et Zonarae compendia confugiendum est. Huc imprimis adiungendus est *Eusebius*, episcopus Caesariensis, princeps historiae ecclesiasticae (usque ad a. 324), non quo eius fides in describendis imperatorum moribus magnopere commendari possit, sed quod ipsius religionis Christianae secunda et adversa fortuna vel maxime ad cognitionem horum temporum pertinet. Paucula quaedam ad Maximianum Herculium et *Constantium*, collegas Diocletiani, pertinentia, ex *Claudii Mamertini* et *Eumenii*, Gallicorum rhetorum, panegyricis hauseris, qui leguntur in congerie *veterum panegyricorum*. (Optima editio Wolfg. Iaegeri, Norimb. 1779, II. 8.)

Verum ubi ad *Constantinum* et sequentes imperatores veneris, non tam penuria auctorum (quorum numerum auget *Eumenius*, panegyricorum optimus), quam eorum dissensu moveare. Nam *Zosimus*, quem modo diximus haec tempora satis copiose descripsisse, prudens quidem scriptor iure habetur, sed ita ethnicis religionibus deditus est, ut ob hanc causam non immerito in suspicionem venerit, an de Constantino et Theodosio, praecipuis Christianae fidei patronis, detraxerit, certe quod laudabile in iis fuerit, obscuraverit. Quam voluntatem hic nimis a Constantino aversam ad historiam scribendam attulerat, eandem magis, quam par erat, propensam *Eusebius* habuit, qui praeter historiam ecclesiasticam singulare opus *de vita* sive de laudibus *Constantini* conscripsit, neque illi, qui eius historiam usque ad annum 439 deduxerunt, *Socrates*, *Sozomenus*, *Theodoretus*, satis incorruptum iudicium in acerrimo partium studio (imprimis de Iuliano) praestiterunt. Quo magis est gaudendum, in parte saltem huius periodi, ab anno 354—378

auctorem unum omnium veritatis studiosissimum et vere antiquis illis simillimum superesse *Ammianum Marcellinum.* Is Taciti historias continuavit et a Nervae principatu usque ad Valentis interitum rerum gestarum libros 31 scripsit, ea quidem ratione (quod nimium saepe mihi dicendum esse video), ut quo procederet longius tempore, eo narraret accuratius, praesertim quae ipse, miles sub Iuliano, vidisset. Huius igitur scriptoris cum 13 libri priores perierint, supersunt 18 posteriores, praeter ea quae professus erat, variae eruditionis pleni. Sed ad postremam huius periodi partem et *Theodosii* imperium minor est Latinorum scriptorum copia: huc referendae sunt *Symmachi* epistolae, imprimis lib. 10, quarum plerasque praefectus urbi de rebus urbanis ad imperatorem misit, *Ambrosii*, episc. Mediolanensis, item epistolae et oratio de obitu Valentiniani, *Latini Pacati* panegyricus a. 391 dictus, multae praeterea leges in *Theodosiano codice*, praeclare a Iac. Gothofredo explicatae.

Venimus ad *ultimam* et infelicissimam *aetatem* imperii Romani occidentalis. Nam cum Theodosio mortuo duo filii pueri rerum omnium imperiti et imbecillo ingenio praediti successissent, et divisio imperii contra quam ille futurum speraverat, aemulatione aulicorum facta esset perpetua, cuncta mala, quae olim prudentia et fortitudine imperatorum utcunque depulsa erant, subito proruperunt: barbari et foederati, qui dudum quanto superiores essent Romanis intellexerant, et novi hostes, praedas et agros quaerentes, in provincias occidentales, quas opulentiores esse putabant quam Thraciam, saepius antea depopulatam, invaserunt, et singulis in potestatem redactis, tandem etiam Italiam, extincto nomine imperatorio, sibi parere coegerunt. Auctores harum rerum pauci sunt (quae ipsa nobis causa fuit, cur hanc periodum accuratissime explicandam existimaremus), nam ex universae historiae Romanae scriptoribus, cum Eutropius et Victores in superiore periodo desierint, ne Zonaram quidem hic ad partes vocare possumus, quippe qui post institutam divisionem solum imp. orientalis historiam persequatur, nec *Orosio* duce amplius quam usque ad annum 418 utimur. Iam vero *Zosimus*, qui hoc sibi argumentum intereuntis imperii peculiare sumpserat, in *Alarici* expeditionibus Italicis constitit, circa annum 410 (lege eius librum quintum et sexti fragmentum), incertum, utrum ipse propositum perficere nequiverit, an temporis vetustas cetera deleverit. Itaque maximam et ultimam opem a *Chronicorum* scriptoribus petimus, quorum supra pag. VIII diligenter fecimus mentionem. Neque tamen desunt aliquot scriptores, quorum auxilio nuda quasi illorum ossa vestias. Imprimis huc pertinent *Iornandes* Gothus, qui suae gentis variam fortunam a primo initio usque ad regem Vitigem et extinctum regnum Gothorum brevi, sed utili libello exposuit, cui similis est *Gregorius* Turonensis, saeculi sexti scriptor, historiae Francorum fabulosus auctor. Graecorum (ut *Prisci* fragmentum de legatione ad Attilam a. 488 omittam, quod inter excerpta legationum legitur) *Procopius*, cum illud bellum describere constituisset, quo Iustinianus imperator saeculo sexto Africam Belisarii virtute recuperavit, barbarorum progressus altius repetivit, et *bella cum Vandalis* per hanc quoque periodum a Romanis gesta persecutus est. Denique *poëtarum par*, quo pereuntes litterae Romanae illustratae sunt,

dum suae aetatis principibus placere volunt, multa ad coguitiouem rerum utilia servarunt, *Claudianus* et *Apollinaris Sidonius*. Ille quae ab anno 395 usque ad annum 404 publice gerebantur, pleraque carminibus, imprimis iis, quae ad laudem Stilichonis composuit, celebravit; alter, Sidonius, vir nobilis, et panegyricis, quos imperatoribus Avito, socero suo, Maioriano, Anthemio publice recitavit, et, postquam episcopus Arveruorum factus est, epistolis de statu Galliae scriptis, nonnulla de postremis hisce temporibus posterorum memoriae tradidit.

Digitized by Google

ANNALES
VETERUM REGNORUM ET POPULORUM
IMPRIMIS ROMANORUM.

Digitized by Google

HISTORIAE ANTIQUAE CONSPECTUS.

Historia antiqua, inde a prima rerum gestarum memoria repetita, usque ad deletum nomen imperatoris et imperii Romani (occidentalis) extenditur, i. e. ad annum post Chr. nat. 476.

Initia regnorum et civitatum fere omnium obscura sunt, sed ex quo certior historiae lux orta est, praeter nationes rudes atque incultas, *tria* maxime gentium genera et *imperia* distinguuntur, Persarum, Graecorum, Romanorum.

Persarum imperium Asiam (i. e. occidentalem, quae sola in hunc recensum venit) et Aegyptum, populos antea sui iuris, comprehendit. *Graecorum* imperium, quod vocatur, liberas Graeciae civitates et regnum Macedonum, post Persas devictos in Asia dominantium, sed paulo post in varias partes discerptum, continet. *Romanorum* denique imperium paulatim super ipsam Graeciam et Macedoniam et maiorem partem earum terrarum, quae olim Persis, post Macedonibus subiectae erant, extendebatur: quibus cum adiecta esset Africa et Europae pars occidentalis, totus orbis terrarum, qui dicitur, Romanis parebat.

Prima igitur pars historiae antiquae continetur imperio Persarum, ita ut primum historia gentium illi subiectarum, quoad sui iuris erant, enarretur, tum totius imperii fata exponantur. Parebant autem regi Persarum gentes (quarum quidem res gestae singulariter memoriae prodi possint ac debeant) hae: *Aegyptii*, *Phoenices*, *Iudaei*, *Lydi* cum ceteris gentibus Asiae minoris, *Assyrii*, *Babylonii*, *Medi*, ipsi *Persae*. Neque vero quisquam putet, iustam quandam historiam harum gentium et imperii Persici, sub quo postea latuerunt, describi posse, cum praeter Iudaeorum libros sacros ceterarum gentium fragmenta tantum historiae, a Graecis Latinisque scriptoribus servata, habeamus, ex quibus qui historiam componere studeant, plus suo ingenio, quam rerum fidei tribuant necesse est. Itaque pro nostra ratione, cum certam rerum gestarum memoriam consignare nobis proposuerimus, laceram ac disiectam hanc historiae antiquae partem videri necesse est, cuius rei culpa non est in nobis, sed in ipsa gentium memoria.

a. Chr. Olymp.

A. IMPERIUM PERSARUM.

I. POPULI QUOAD SUI IURIS ERANT.

1. Aegyptii.

Periodus prima incerta, dynastias I—XVI complectens.

Menes subactis regulis ac civitatibus conditaque Memphi auctor fit regni Aegyptiaci circa a. (4000)

Post quem usque ad eum, qui Ramses sive Sesostris appellatur, 330 reges fuisse dicuntur.

IV regum dynastia, quae Memphitarum vocatur, pyramidibus extruendis gloriam quaerit. Inter eos Cheops et Chephren impietate, Mycerinus iustitiae laude insignes. *(Hos Herodotus et Diodorus dynastiae XIX postponunt.)*

XII dynastia Diospolitarum regno, quod antea in plures partes divisum fuerat, coniuncto Thebis regnat. Ex iis Sesurtesen I bella in Asia gerit et obeliscum Heliopoli aedificat, Amenemha III lacum, qui Moeris dicitur, ad excipiendum Nilum abundantem effodit labyrinthumque exornat circa a. (2500)

Paulo post gens Semitica (*Hyksos*) ex Asia irrumpit, compluria saecula dominatur (430 annos Manetho numerat), sed indigenarum mores ac sacra conservat.

Periodus altera restituti regni historiam complectens, in qua regum nomina certa, tempora incerta sunt.

XVII dynastiae auctor *Aames* (Amasis sive Amosis) Thebis oriundus, expulsis peregrinis Aegyptum liberat, sed Abarim (Pelusium), praecipuam illorum sedem, capere non potest.

XVIII dynastiae reges Thebas templis, obeliscis, statuis (quo tempore etiam Memnonis statua, quae dicitur, extructa esse fertur) exornant et capta Abari in Asia bella gerunt. Excellunt inter eos Tuthmosis III et Amenophis III.

XIX dynastiae praestantissimus rex est *Ramses II*, cognomine Miamun *(idem qui ab Herodoto Sesostris, sed a Tac. Ann. II, 60 Rhamses appellatur)*, longinquas expeditiones in Aethiopiam et in Asiam usque ad Indos Scythasque suscipit, Aegyptum in 36 nomos divisam componit monumentisque ingentibus exornat circa a. 1350

Successor eius Menephta varia bella gerit, sed seditionibus domesticis distinetur: quo tempore etiam Iudaei Aegyptum videntur reliquisse circa a. 1300

XX dynastiam illustrat Ramses III (qui ab Herodoto Rhampsinitus vocatur): item magna bella in Asia gerit, magna aedificia extruit circa a. 1250

Sub successoribus eius potentia regni cadit.

XXII dynastiam (Bubastitarum) condit Sesonchis. Succedunt Osorchon, Tacelothis, bellis Asiaticis occupati.

XXIV dynastia est Saitarum, inter quos commemorandus Sethos II, qui Sanacharibum, Assyriorum regem, repellit 711

Irrumpunt Aethiopes, regibus Sabacone, Sebicho, Taharka, qui ab Herodoto communi Sabaconis nomine videntur comprehendi (XXV dynast.). Quinquaginta annos Aegypto potiun-

Digitized by Google

	a. Chr.	Olymp.
tur, dum et veteres reges multas regiones retinent et in aliis nova XXVI dynastia existit. Omnia turbarum plena, duodecim reges in variis regni partibus.		
Inter eos est *Psammetichus*, qui a collegis eiectus, mox eorum copiis ad Momemphim auxilio Graecorum mercenariorum victis solus regnum obtinet (Sais regni sedes)	654	31 3
Qui cum Aegyptum peregrinis gentibus aperiat Graecisque mercenariis militibus utatur, quibus castra et agros prope Bubastim assignat, magna pars ordinis militaris Aegyptiorum in Acthiopiam migrat.		
Bellum in Asia gerens Azotum, Syriae urbem, post obsidionem 29 annorum capit.		
Mortuo eo postquam 54 annos in universum regnavit, succedit filius *Necho*	617	40 4
Rei navali studet, Africam per Phoenices explorandam curat.		
Iudaeos ad Magdolum vincit, Hierosolyma capit	608	43 1
Mox ipse ab Nebucadnezare ad Circesium pellitur. Vita post regnum 16 annorum functus	601	44 4
Psammis, eius filius, adversus Aethiopes pugnans perit	595	46 2
Apries (sive Hophra) adversus Nebucadnezarem bellum gerit; a Cyrenaeis devictus, ab Aegyptiis deseritur et occiditur	570	52 3
Sub *Amasi*, qui post eum rex constituitur, Aegyptus multitudine hominum atque urbium floret.		
Cyprum tributariam facit, sed a Persis appropinquantibus Aegypto metuit.		
Psammenitus post regnum paucorum mensium a Cambyse Persa vincitur et occiditur	525	63 3
Ab hoc tempore Persarum reges in Aegypto dominantur (dynast. XXVII).		
Aegyptii iugum Persicum invitissimi ferunt, sed a praesidio Persarum, Memphi collocato, in officio tenentur.		
Neque tamen non etiam suos reges, Persis tributarios, (dynast. XXVIII — XXX) in locis mari (ἐν ἕλεσι) et Africae adiacentibus habent, qui omnibus captatis occasionibus, praesertim inter bella cum Graecis gesta, a rege Persarum deficiunt. Eorum, qui apud Graecos historiae scriptores commemorantur, nomina haec sunt:		
Inarus (Ἰνάρως) Afer ab Artax. I. deficit, adiuvantibus Atheniensibus	460	80 1
Eo victo et cruci affixo superest tamen *Amyrtaeus* in maritimis regionibus	455	81 2
Thannyras, Inari fil., et *Pausiris*, Amyrtasi fil., reges Persis parent		
Nephereus Lacedaemonios adiuvat contra Artaxerx. II.	397	95 4
Acoris Enagoram adiuvat	384	99 1
Nectanebus Aegyptum defendit ab ingruente Persarum exercitu	372	102 1
Tachos Chabriam Athen. et Agesilaum reg. Laced. classi et militibus mercenariis praeficit	360	105 1
Nectanebus (857—340) ab Ocho rege Pers. victus, in Acthiopiam aufugit. Aegyptii in potestatem redacti graviterque puniti serviunt usque ad Alexandrum.	340	110 1

2. Phoenices.

Phoenices a rubro mari immigrasse dicuntur. Principatum eorum tenent urbes Byblus et Berytus.

a. Chr. Olymp.

Praeesse incipiunt Sidonii circa a. 1500

Coloniae mittuntur Cyprum, Cretam, Rhodum, in alias insulas maris Aegaei.

Tyrus Sidoniorum colonis aucta florere incipit circa a. 1100

Mercaturam maritimam et artes exercent, colonias mittunt in Hispaniam (Gadir, Tartessus, Carteia, Malaca, Hispalis), Africam (Utica, Hadrumetum, Hippo, Leptis, Icosium, Tingis), Siciliam, Sardiniam aliasque insulas maris interni.

Abibaal Tyri regium nomen sumit circa a. 1050

Hiram, eius filius, Davidis et Salomonis amicus, Tyrum exornat circa a. 1000

Pygmalion et *Elissa* (sive *Dido*) tutore Sicbaeo regnant, sed haec fratrem tyrannum fugiens *Carthaginem* in Africa condit (a. 814 a. Chr. secundum Timaeum) circa a. 850

Tyrii cum ceteri Phoenices subiiciuntur, adversus copias Assyriorum et Salmanassarem facile se defendunt 715

Sed ab Aprie Aegyptio classe vincuntur,

Et a Nebucadnezare Babylonio per 13 annos oppugnati, ab a. 595, foedere facto se dedunt 582

Appropinquantibus Persis ultro se submittunt Phoenices 540

Tyriis per seditiones domesticas debilitatis Sidonii principatum recuperant, Tripolis conditur eoque sedes synedrii Phoenicum transfertur.

3. Iudaei.

Abraham, gentis Hebraeorum auctor et princeps, Euphratem traiicit. Eius filius *Isaac.*

Iacob cum 12 filiis in Aegypto (Gosen) sedes collocat.

Ibi cum Hebraei per annos 430 rem pecuariam fecissent, ab Aegyptiorum regibus vexati emigrant duce *Moyse* circa a. 1300

Iosua duce capta Ierichunte reportatisque duabus victoriis de 31 regulis, terram Canaan occupant.

Consederant trans Iordanem tribus Ruben et Gad et dimidia pars tribus Manasse. Cis Iordanem sedes capiunt (a septentr. ad meridiem) Asser, Naphthali, Sebulon, Isaschar, dimid. Manasse, Ephraim, Dan, Beniamin, Iuda. Simeonitarum territoria dispersa erant. Levitae rei sacrae faciendae destinati inter reliquos habitabant.

Divisi in tribus duodecim (praeter Levitas) sine certo regimine vivunt circ. 300 annos. Si quando bellorum pericula extitissent, *suffetes* (iudices) maiore cum auctoritate rei publicae praeerant.

(Athniel. Ehud. Debora. Gideon. Iephtha. Simson. Eli et Samuel, sacerdotes.)

Saul rex factus Iudaeos servitute vicinorum liberat circa a. 1070

David. Zion, arcem Iebusitarum, expugnat. Syriae magnam partem et Idumaeam regno adiungit circa a. 1050

Salomo, sapientiae ac magnificentiae nomine clarus 1020

Regnum post Salomonis mortem *dividitur* 980

Regnum Iuda.	*Regnum Israel.*
Reges 20 per 400 fere annos traduntur fuisse: Rehabeam. Abiam. Assa. Iosaphat. Ioram. Ahasia. Athalia. Ioas. Amazia.	Samariae 20 reges per 250 annos regnasse traduntur: Ierobeam. Nadab. Baesa. Ela. Simri. Omri. (qui *Samariam* condit) Ahab. Ahasia. Ioram. Iehu. Ioachas. Ioas.

Regnum Iuda.	*Regnum Israel.*	a. Chr.	Olymp.
Usia. Iotham. Ahas. Assyrii dominantur. Hiskias a Sanacharibo vexatur.	Ierobeam II. Sacharia. Schallum. Menahem, Pekaiah, Pekah, Assyriorum regi Tiglath Pilesar subiecti. *Hosea*, Samaria expugnata, a Salmanassare captus una cum magna populi parte in exilium ducitur	722	
Manasse. Amon. *Iosias* ab Nechone Aegyptio victus. Ioachas, Ioiakim ab Aegyptiis Babyloniisque decertantibus premuntur, et Ioiakim a Nebucadnezare cum parte populi in exilium mittitur.			
(Exilium Babylonicum 70 annorum)	. . . .	606	
Ioiachin et *Zedekia* similem sortem habent.			
Ierusalem incenditur	. . . .	588	
Cyrus antiquas sedes genti restituit	. . . .	536	
Templum Hierosolymitanum restituitur	. . . .	514	

4. Gentes Asiae minoris, nominatim LYDI.

Teucer aut indigena, quippe qui Scamandri et Idae f. dicatur, aut ex insula Creta profectus in Mysia sedes posuisse fertur (ab Aesepo amne usque ad os Caici), gentique Teucrorum nomen dedisse.

Dardanus ex Thracia colonos adducit et regis Teucri gener factus alterum nomen toti genti imponit.

Erichthonius post eum regnat.

Tros, Troiae urbis conditor, unde tertium genti nomen Troianorum, bellum gerit cum Tantalo, rege Sipyli.

Ilus, Trois fil. (unde Ilium vocatur), Tantali filium Pelopem ex Asia eiicit, quae perpetuarum inter utramque gentem inimicitiarum causa fit.

Laomedon Pergama, urbis arcem, condit: ab Argonautis, imprimis ab Hercule, bello petitus, ipse cum filiis, praeter Priamum, natu minimum, occiditur.

Priamo regnante Troia a Graecis expugnatur ac diruitur (1184)

Phrygiae reges antiquissimi *Midas* — Gordius — usque ad Midam V, cuius filius Adrastus fuisse dicitur, quo mortuo 620
Croesus Phrygiam regno Lydiae addidit.

Lydi antea Maeones dicti, a Lydo Atyis filio nominantur. Eorum reges antiquissimi ex Atyadarum familia sunt usque ad an. circ. 1220

Succedunt Heraclidae, quorum primus Agron, abnepos Herculis, ultimus (alter et vices.) Candaules, Myrsi filius, occisus a. 719 16 4

	a. Chr.	Olymp.
Gyges ex fam. Mermnadarum, Candaulis primum amicus, post interfector regnum occupat.		
Compositis Lydiae rebus civitatibus Graecis in ora Asiae arma infert, Colophonem expugnat.		
Post regnum 38 annorum moritur	678	
Ardys (678—629) patris consilia persequitur, Prienen capit.		
Sed Cimmeriorum gens, a Scythis ex Europa pulsa, in Lydiam impressionem facit, Sardes urbem capit et incendit	635	
Sadyattes (629—617) bellum cum Milesiis gerit: quod acritor gestum		
Alyattes eius fil. duodecimo anno deceptus a Thrasybulo tyranno componit	611	42 2
Cimmerios ex Asia eiecit, Smyrnam cepit.		
Cum Cyaxare Medo bellum gerit, finitum illud quidem solis defectu, quem Thales Milesius praedixerat (30. Sept.)	610	42 3
Ei *Croesus* filius iam ante regni socius, ut videtur, succedit	560	55 1
Graecas in Asiae ora civitates omnes sibi vectigales facit, populosque usque ad Halyn fluvium, praeter Lycios et Cilices, imperio subiectos tenet.		
Persarum opibus invidens et Astyagem ulturus, cum Cyro bellum gerit, sed in Pteria et ad Sardes devictus vivus capitur. Regni finis	546	58 3

5. Assyrii.

	a. Chr.	Olymp.
Ninus, rex fabulosus, regnum urbemque Ninum condidisse, primus alienis gentibus subiectis late in Asia dominatus esse fertur circa a.	1250	
Asiae imperium per 520 annos usque ad defectionem Medorum tenuisse Assyrios tradit Herod. I, 95.		
Semiramis, Nini uxor aeque fabulosa, post eum regnavit.		
Ninyas, eius filius, a populi conspectu remotus, quem morem reliqui fere post eum reges secuti traduntur.		
Regnat genus Dercetadarum, quod ab dea Derceto nominatur. Reges bellis atque aedificiorum magnificentia insignes in monumentis commemorantur. Eorum postremus		
Phul, quo regnante Babylonii eodemque fere tempore Medi deficiunt	747	8 1
Ipse evertitur a Sargone, qui idem Tiglath Pilesar sive Salmanassar videtur cognominari circa a.	747	
Sanacharibus (Sanherib) qui in Aegyptum usque penetrat (Herod. II, 141), inde et Hierosolymis repulsus domumque reversus a filiis suis occiditur circa a.	713 693	
Assarhaddon ei succedit ac regnum fortiter continet, moritur	675	
Post eius mortem regnum paulatim minuitur.		
Ultimus rex Assyr. Sarak, qui idem videtur fuisse cum eo, quem *Sardanapallum* vulgo vocant, Nino a Medis et Chaldaeis capta, semet ipse comburit	606	43 3

6. Babylonii.

	a. Chr.	Olymp.
Babyloniorum reges diu Assyriis subditi fuisse dicuntur.		
Nabonassar, a cuius regno aera Nabonassarea incipit, Febr. 26	747	8 1
Nabopolassar, Chaldaeus, potentioris regni auctor	625	
Nebucadnezar, eius filius et iam antea regni socius, late dominatur. Iudaeos Babylonem migrare cogit, urbem auget, regnat per 43 annos usq. ad ann.	604 561	

	a. Chr.	Olymp.
Regni potentia post illius mortem cito minuitur. Evilmerodach per biennium. Neriglissar, Nebucadnezaris gener, *Nitocridis*, ut videtur, maritus, per quadriennium.		
Nabonidus (Labynetus ap. Herod. Nitocridis filius) ultimus regum Babyl. a Cyro victus, Babylon capitur	538	60 3

7. Medi.

Medorum sex tribus Assyriis serviunt.		
Ab Assyriis deficiunt, liberique ac sui iuris agunt.		
Deïocen regem creant, qui Ecbatana munit circa a.	710	
Succedit illi *Phraortes*, qui Persis atque aliis deinceps populis subiectis imperium Medorum condit, ab a.	688	
Herodot. I, 130 cum Medos per 128 annos imperium Asiae tenuisse tradat, tot annos tribus regibus Phraorti, Cyaxari, Astyagi tribuerit necesse est. Itaque Phraorti ascribendi sunt 53 anni, qui in editis exemplaribus Deioci tribuuntur, Deioci contra 22.		
Ninum urbem obsidens vincitur ac perit	635	
Cyaxares ei succedit bellicosior etiam patre. Cui Ninum obsidenti supervenit Scytharum exercitus Cimmerios persequens, et per 28 annos in Asia dominatur usque ad a.	607	
Cum Alyatte rege Lydorum bellum gerit, sed pactis filii nuptiis cum Aryenni, Alyattis filia, componit	610	
Scythis expulsis cum Babyloniis coniunctus Ninum evertit	606	
Post regnum 40 annorum mortuo succedit *Astyages*	595	
Is a Cyro nepote victus vivus capitur, Medorum principatus ad Persas transfertur	559	55 1

II. PERSAE IMPERIUM ASIAE EXERCENTES.

Persae olim Medis parent, a Phraorte subiecti, qui Achaemenem iis praefecit.		
Cambyses, princeps gentis, ex Achaemenidarum familia et tribu Pasargadarum, Mandanen, Astyagis regis filiam, in matrimonium duxisse fertur.		
Eius filius *CYRUS* imperium Medorum frangit	559	55 1
Lydorum regem Croesum devincit ac Sardes capit	546	58 3
Graecorum urbes maritimas Harpagus satrapa expugnat. (Teii Abdera in Thracia condunt, Phocaeorum pars in Corsicam navigat.)		
Ceteram Asiam superiorem (Bactra) Cyrus ipse subigit.		
Babylonem expugnat	538	60 3
Cyrus in bello cum Massagetis perit, post regnum 29 annorum	529	62 4
CAMBYSES Aegyptum adiungit imperio	525	63 3
Ceterae expeditiones irritae. Moritur ex vulnere Acbatanae Syriae oppido	522	64 3
Magus Medus, qui se simulat Smerdim, Cyri filium minorem, per reliquos 7 menses eius anni regnat. Coniurant septem Persarum principes (Otanes, Gobryas, Intaphernes, Aspathines, Megabyzus, Hydarnes, Dareus, Hystaspis fil.), interfectoque mago		

	a. Chr.	Olymp.
DARE(I)US, *Hystaspis* fil., rex sorte creatur e septem principibus, regnum in 20 praefecturas (satrapias) dividit, tributa (14,560 tal.) ordinat.	521	
Babylonem rebellem per 20 menses obsessam expugnat, murisque privat	518	
Frustra expeditionem adversus Scythas suscipit	507	68 1
Dum ipse rex Sardibus commoratur, Megabazus, cum exercitu in Europa relictus, Thraces et Hellespontum subiicit, Paeones suis sedibus ablatos in Asiam traducit	506	68 3
Dareo Susa reverso Artaphernes, regis frater, Lydiae satrapa, et Otanes, classi praefectus, Byzantium, Lemnum, alia, in potestatem redigunt	505	
Exules Naxios Artaphernes, consilium Aristagorae Milesii secutus, frustra expeditione suscepta restituere conatur	501	
Aristagoras et sibi metuens et Histiaei consilio parens restituta civibus libertate a Persis deficit, mox ceterae fere omnes civitates Graecae, exactis tyrannis, rebellant	500	70 1
Atheniensium et Eretriensium classe adiuti Iones Sardes capiunt et incendunt	499	70 2
Etiam Cyprii et Cares desciscunt. Cyprus recepta anno post	498	70 3
Sed mox Clazomenis et Cumis aliisque urbibus expugnatis Persae *Miletum*, Ioniae caput, obsident, et classe Graecorum per proditionem apud Ladam ins. victa, capiunt	494	71 3
Samiorum pars emigrat et Zanclen (Messanam) occupat, ceteri Aeaci tyranno subiiciuntur.		
Inseq. a. dum Ioniae res componuntur, Persica classis Chium et Lesbum insulas et Chersonesum in potestatem redigit. Miltiades inde Athenas redit. Byzantii et Chalcedonii relictis urbibus Mesembriam ad Pontum Euxinum condunt	493	
Mardonius, Darei gener, cum copiis ingentibus Europam petit, sed, Brygis aegre victis et naufragio ad montem Atho facto, revertitur	492	72 1
Suffecti in eius locum *Datis* et *Artaphernes* Artaph. fil. classe tenent Euboeam insulam, Eretriam capiunt, sed ad *Marathonem* ab Atheniensibus fusi fugatique Asiam repetunt	490	72 3
Aegyptii deficiunt	486	
Dareus moritur, ineunte anno	485	73 3
XERXES (485—465) Aegyptios denuo subigit iisque Achaemenem fratrem praeficit	484	
Bellum adversus Graecos parans Sardibus hiemat	481	74 4
Vere exercitum ingentem hominum 1,700,000, comitante classe navium longarum 1207, Hellespontum traducit, Atho monte perfosso, per Thraciam, Macedoniam, Thessaliam proficiscitur, ad *Thermopylas* exiguum Graecorum exercitum delet: iisdem diebus pugna fit ad Artemisium promontorium. Sed proelio navali ad *Salaminem* insulam Persae devincuntur	480	75 1
Rege in Asiam reverso, Mardonius ad *Plataeas* cum Lacedaemoniis et Atheniensibus confligit, sed vincitur et ipse occiditur	479	75 2
Eodem die classis Graecorum, ab Ionibus arcita, ad *Mycalen* promont. Persarum naves exercitumque vincit, pauci fugientes Xerxem regem Sardibus commorantem assequuntur	479	
Qua opportunitate data Iones iterum a Persis desciscunt, et a ceteris Graecis defenduntur.		

	a. Chr.	Olymp.
Persae, duplici proelio ad Eurymedontem fluvium fusi imperium Graecarum in Asia civitatum amittunt	469	77 3
Xerxes, libidinibus deditus, ab Artabano interimitur. Is cum 7 mensibus rerum potitus esset, sequitur *ARTAXERXES Xerxis* filius cogn. *Longimanus* (464—425)	465 464	78 4
Aegyptii iterum *Inaro* duce rebellant, ab Atheniensibus magnopere adiuti, Persarumque praesidium Memphi obsident, sed vincuntur aliquot annis post a Megabazo et in potestatem rediguntur	462 457	79 3 80 4
Amyrtaeus tamen Aegyptum inferiorem iusulasque (Elbo) tenet.		
Artaxerxes inhonestam pacem, qua mari cedit, cum Graecis fecisse traditur (Pax Cimonis)	449	82 4
Rege mortuo sequuntur *Xerxes II* per duos menses, tum	425	
Sogdianus, nothus Artaxerxis filius, et ipse deiectus ab *OCHO* fratre, qui *DAREUS II* aut *Nothus* vocatur (424 ex. aut 423—406)	423	89 1
Rebellant pleriqne satrapae, etiam Medi, sed subiguntur, excepta quadam Aegypti parte.		
Inter bella Atheniensium et Lacedaemoniorum satrapae regii in Asia minore pristinam potentiam recuperant, dum modo hos, modo illos pecunia adiuvant. (Cyrus minor)	407	93 2
ARTAXERXES II cognom. *Mnemon*	406	93 3
Cyrus arma capit contra regem, ipsius fratrem, sed occiditur, proelio in campis Babyloniae (apud Cunaxa) commisso	401	94 4
Graeci mercenarii (10,000) victores in patriam revertuntur	400	95 1
Contra *Pharnabazum* et *Tissaphernem*, regios satrapas, bellum pro libertate Graecorum Lacedaemonii gerunt, ducibus Thimbrone, mox Dercyllida.		
Ipse *Agesilaus*, rex Lacedaem., in Asiam traiicit	396	96 1
Fugantur Persae in proelio ad Pactolum fluvium, ob eamque rem Tissaphernes regis iussu necatur	395	96 2
Legati Persici Graeciam peragrant ad bellum contra Lacedaemonios movendum: Agesilaus revocatur	394	96 3
Conon Atheniensis, classi Persicae praefectus, Pisandrum Lacedaem. devincit	394	96 3
Pace *Antalcidea* facta Persae imperium orae maritimae recipiunt	387	98 2
Euagoram, regem Cyprium, victum in potestatem redigunt	376	101 1
Sed irrita expeditio cadit, quam adiunctis mercenariis Graecis et Iphicrate duce in Aegyptum adversus Nectanebum suscipiunt	372	102 1
Moritur Artaxerxes post regnum 46 annorum	359	105 2
Succedit *Ochus*, cognominatus *ARTAXERXES III*, crudelis.		
Phoenices, ab Aegyptiorum rege Nectanebo adiuti, rebellant, sed Sidonii, ab ipsorum rege Tenne et Mentore duce mercenariorum proditi, urbe incensa semet interimunt	351	107 2
Ochus cum bis frustra bellum intulisset, collecto ingenti exercitu et auxiliis Argivorum Thebanorumque Aegyptios domat, Nectanebo in Aethiopiam fugiente	340	110 1
Mentor, Asiae praefectus, et Bagoas eunuchus plurimum regis gratia valent.		
Artaxerxes (Ochus) durus erga suos, a Bagoa veneno necatur	338	
Arses, illius f., rex factus, sed mox ab eodem Bagoa tollitur	336	
DAREUS cognom. *Codomanus*, unus relictus ex gente regia, per Bagoam rex factus, eundem sibi insidiantem interfici iubet.		

Digitized by Google

	a. Chr.	Olymp.
Philippus, Macedonum rex, a. 338 ad *Chaeroneam* victor, Corinthi ducem belli contra Persas se profitetur	337	110 4
Attalo et Parmenione in Asiam praemissis, ipse (Philippus) domi necatur	336	111 1
Belli gerendi consilium suscipit *Alexander*, eius filius, in Asiam traiicit, satrapas Persas, Memnonis Rhodii consilium non secutos, ad *Granicum* amnem vincit	334	111 3
Ipse *Dareus* Codom. ad urbem *Issum* in Ciliciae et Syriae confiniis vincitur ab Alexandro	333	111 4
Alexander, Tyro expugnata et Aegypto facile potitus, Tigri transmisso, Dareum ad *Gaugamela* iterum in fugam vertit	331	112 2
Ipsam Persidem victores Macedones ingrediuntur, *Dareus* Bactra petens trans portas Caspias a suis *occiditur*	330	112 3

B. IMPERIUM GRAECORUM.

Quod imperium Graecorum appellamus, et ipsius Graeciae civitates liberas comprehendit, et eos populos barbaros, quibus Graeci reges imperitabant. Nam Macedonum reges et qui postea ex ea gente magnam Asiae et Africae partem tenebant, Graeci aut erant, aut haberi certe volebant, quo factum est, ut populi illis subiecti Graecorum sermoni ac moribus assuefierent, suos dediscerent, vel potius novum quoddam hominum genus fierent, qui nec barbari nec Graeci appellari possent.

I. RES IPSIUS GRAECIAE.

	a Chr n.
Periodus prima incerta, fabulis heroicis exornata, usque ad Heraclidarum reditum, a. a. Chr. 1104.	
Maximam Graeciae partem primis temporibus *Pelasgi* dicuntur tenuisse.	
Eorum urbes *Argos* et *Sicyon*.	
Reges Argivi Inachidae, inde ab *Inacho*, Oceani et Tethyos filio, qui in vicesima hominum aetate ante bellum Troianum ponitur	(1910)
Eius filius Phoroneus	(1850)
Aequales vel etiam antiquiores reges Sicyonii, Aegialeus et eius posteri.	
Ogyges, cuius aetate aquarum inundatio fuisse fertur, in Attica et Boeotia	(1796)
Pelasgorum coloniae, et prima quidem Oenotro et Peucetio ducibus, in Italiam emigrasse traduntur.	
Cares et *Leleges* insulas aliasque Graeciae partes tenebant. Ultimus e posteris Lelegis in Laconia regnantibus commemoratur Tyndareos, quem pater Oebalus ex Gorgophone, Persei filia, genuerat, et Hercules ab Hippocoonte fratre pulsum in regnum restituit	(1235)
Tyndarei e Leda filii sunt *Castor* et *Pollux*, filiae Timandra (Echemi uxor), *Clytaemnestra*, *Helena*. Frater Tyndarei Icarius, cuius filia *Penelope*, uxor Ulyssis.	
Caucones Eleam, quae post fuit, tenent. Aones et Hyantes et Tem-	

Digitized by Google

a. Chr. n.

mices Boeotiam, quae postea appellata est, incolunt. *Dryopes* ad Oetam montem habitant.

Lapithes et *Centaurus*, Apollinis filii, in Thessalia regnant, Lapithes circa Peneum amnem, Centaurus ad montem Pelion. Lapithae filii Phorbas et Periphas, Periphantis f. Antion, huius *Ixion*, huius e Dia *Pirithous*, in cuius nuptiis cum Hippodamia Centauri trucidantur.

Myrmidonibus in insula Aegina imperat *Aeacus*, Iovis et Aeginae f. Cuius filii *Peleus* et *Telamon*, occiso fratre Phoco, ab irato Aeaco eiecti.

Peleus Phthiam fugit ad Eurytionem, Actoris filium, eiusque filiam cum tertia parte regni accipit. Postea Thetis ei uxor contigit, ex qua natus *Achilles*.

Telamon Salaminem ad Cychreum se confert, rebusque cum Hercule gestis inclarescit. Filios habet e Perihoea *Aiacem*, ex Hesione, Laomedontis f., *Teucrum*.

ATTICAE terrae reges traduntur fuisse *Actaeus*, *Cecrops*, gener Actaei, incruenti deorum cultus auctor, Cecropiae conditor, quem alii Saiten ex Aegypto tradiderunt immigrasse (1559)
dein, cum Cecrops filium non reliquisset (filias autem Hersen, Aglauron, Pandroson), *Cranaus* indigena, *Amphictyon*, Erechtheus sive *Erichthonius*, Neptuni et Terrae aut Minervae filius, curruum inventor. *Pandion I*, Erichth. f. (pater Procnes et Philomelae). *Erechtheus* (et Butes), Pandionis f., sub cuius regno frumenta in Atticam invecta (a Tlepolemo) traduntur, Eumolpus cum Thracibus Eleusinem venit. Filiae eius Procris, Creusa, Chthonia, Orithyia, filii Cecrops, Pandoros (quem nonnulli Euboeam occupasse dicunt), Metion (cuius filius Eupalamus, nepos Daedalus), Orneus, cuius Peteos filius, nepos Menestheus. *Creusam Xuthus*, Hellenis f., ducit, et filios habet *Ionem* et *Achaeum*. Hi patre avoque materno mortuis eiiciuntur, sed Ion postea ex Peloponneso auxilio vocatus adversus Eleusinios redit. *Cecrops II* regnat, post quem filius *Pandion II*. Hic eiectus a Metionidis Megaram se contulit, ductaque regis Pylantis filia procreavit ex ea Aegeum, (hunc autem alii subiectum dicunt,) Pallantem, Nisum, Lycum.

Aegeus regnum Atticum recuperat et cum fratribus communicat.

Theseus, Aegei fil. ex Aethra, Pitthei regis Troezenii filia, Pallantidarum factione victa, Atticos in unam urbem coniungit et Panathenaea communia instituit, Athenienses tributo Cretico liberat, Amazones vincit (1240)

Theseo absente (mox interempto a Lycomede rege Scyri insulae) *Menestheus* rex fit (1207)
qui Atheniensibus ad Troiam praeest, quae urbs 23. Menesthei anno capitur (1184)

Demophon, Thesei f., regnat, et eius posteri Oxyntes, Aphidas, Thymoetes.

Melanthus unus ex Nelidis e Messenia pulsus ab Heraclidis, regnum Thymoetae ablatum meret (1100)

Cuius filius *Codrus*, ultimus Athen. rex, perit in bello cum Doriensibus (1068)

COLONIAE quaedam ex Asia et Aegypto in Graeciam venisse, artium nonnullarum cognitionem attulisse, regna et civitates condidisse traduntur.

Digitized by Google

a. Chr. n.

1. *Cadmus*, Agenoris filius, Phoenicis et Cilicis et Europae frater, in terram, quae postea Boeotia vocata est, venisse, cum 5 Spartis terra natis Cadmeam arcem extruxisse, populoque nomen dedisse Cadmeis traditur sec. Eus. 247 a. a. Troi. capt. (1431)
   Cadmi et Harmoniae filiae *Autonoë* (cuius coniux Aristaeus, f. Actaeon), *Ino* (coni. Athamas), Semele (mater Dionysi e Iove), Agaue (coni. Echion, f. Pentheus).
   Polydorus Cadmi fil. regnat, e Nycteide Labdacum filium habet, qui patrem in regno sequitur.
   Quo occiso una cum Pentheo pro *Laio* impubere Lycus, Nyctei frater, tutor regnat.
   Sed a Zetho et Amphione, Iove et Antiopa Nyctei filia natis, victus perit. Fratres urhem Thehas infra Cadmeam condidisse feruntur. Quihus mortuis
   Laïus regnat. Ex Iocasta filium habet *Oedipum*, qui expositus et apud Polybum eductus, postea originis ignarus patrem in via Delphica occidit, Thebisqne regnavit Iocastae matrimonio iunctus.
   Incesto patefacto et Oedipode mortuo, filii *Eteocles* et *Polynices* cum de regno in certamen incidissent, orto bello alter alterum occiderunt (1210)
   Pro Laodamante Eteoclis f. Creon tutor regnat, donec Argivi bello renovato *Thersandrum* Polynicis filium reducunt (1200)
   Cum Thersander in Mysia a Telepho occisus esset, Cadmeis imperat *Peneleos*. Quo occiso ad Troiam ab Eurypylo, Telephi f.,
   Tisamenus, Thersandri f. et post eum f. *Autesion* regnant.
   Damasichthon, Penelei nepos, rex creatus: post quem f. Ptolemaeus et nep. Xanthus regnant.
   Xanthus, ultimus Thebarum rex, a Melantho rege Ath. occiditur (1100)

2. *Danaus* Aegyptius e Chemmi Argos venisse cum 50 filiabus et regnum a Gelanore volente accepisse fertur, sec. Euseb. anno ante Troiam captam 291 (1475)
   Snccedunt ei *Lynceus*, gener per Hypermnestram, et huius f. *Abas.*
   Ahantis filii gemini *Acrisius* et *Proetus* cum bello certassent, Proetus eiectus ad Iobaten Lyciae regem fugit, eius filiam Sthenehoeam uxorem duxit, reversus Tirynthem urhem tenet.
   Acrisii nepos ex filia Danae *Perseus*, cum avum Acrisium invitus Larissae in Thessalia disci iactu interfecisset, mutatione facta cum Megapenthe, Proeti filio, illi Argos concedit, ipse Tirynthem tenet, Mideam Myceuasque condit.
   Persei filiorum alter *Alcaeus* Tirynthe, alter *Sthenelus* Mycenis regnant, tertius *Electryon* Mideae.
   Cum Alcaeus prior mortuus esset, Sthenelus fratris filium *Amphitryonem* regno expellit, Mycenas et Tirynthem ipse tenet, Mideam uxoris Nicippes fratrihus Atreo et Thyestae tradit.
   Amphitryoni Thehis ex Alcmena, Electryonis f., nascitur *Hercules* (1260) qui fato coactus *Eurystheo*, Stheneli filio, paret.
   Sed Eurystheus tandem ab *Hyllo*, Hercnlis filio, avitum regnum repetente occiditur (1206)
   Hyllus autem ipse occiditur ab Echemo, rege Tegeatarum, socio Pelopidarum, quo facto Heraclidae, indnciis factis, pacti dicnntur intra 100 annos sese reditn in Peloponnesum destituros (1204)
   Interea Argis post Megapenthem regnat Anaxagoras. Is partem

a. Chr. n.

Aeoleusium cum Neleo e Thessalia profectorum in civitatem, eorumque duces Biantem et Melampodem, filios Amythaonis, in regni consortionem recepit.

Biantis ex Pero, Nelei f., *Talaus* filius, Talai *Adrastus*, Partheuopaeus, Mecisteus, Eriphyle (uxor Amphiarai, qui fuit pronepos Melampodis, vid. Hom. Odyss. 15, 242).

Adrastus filias Argiam Polynici, Deipyleu Tydeo, Oenei filio, nuptum dat. Cum filius Aegialeus in bello Theb. altero occubuisset,

Diomedes, Tydei filius, ducta in matrimonium Aegialea, Aegialei filia, Argivis in bello Troiano praeest.

3. *Pelops* ex Asia (Sipylo) Pisam venit ad Oenomaum, cuius filiam Hippodamiam curru (fraude Myrtili) victam in matrimonium ducit et regnare coepit in Peloponueso, quae ab eo dicta est (1320)

Eius filiorum *Pittheus* Troezene regnat, *Atreus* et *Thyestes* primum Mideae, deinde in Eurysthei regnum Mycenarum affinitatis iure (cum Nicippe, eorum soror, Eurysthei mater esset) succedunt.

Atrei ex Aërope (Catrei f. Minois nepte) filii (nonnulli nepotes dicunt fuisse et Plisthenis filios) *Agamemnon* et *Menelaus* maiorem Peloponnesi partem tenent, quandoquidem Menelaus Spartae regnat, Tyndarei regis filia Helena ducta.

Agamemnon, Troia capta reversus, dolo *Aegisthi* patruelis, Thyestae filii, et Clytaemnestrae coniugis interficitur (1183)

Sed eum ulciscitur *Orestes* apud Strophium Phocensem, amitae maritum, eductus, octavo anno post (1176)

et Hermione, Menelai et Helenae f., ducta ad paternum regnum Mycenarum adiungit Laconicum et Argivum, diuque feliciter regnat usque ad a. (1126)

Eius filius et successor *Tisamenus* ab Heraclidis pulsus (1104)

HELLENUM gens, e Thessalia profecta, late dispergitur, et in omni Graecia, excepta Arcadia, cum veterihus incolis ita coniungitur, ut Hellenum et nomen et lingua paulatim superet, nec ulla fere civitas sit, quae non auctores conditoresque suos ad cognationem aut certe affinitatem huius gentis referat.

Nam *Deucalion*, f. Promethêi, post diluvium e Parnasso monte in Thessaliam adiacentem descendisse ibique sedes posuisse fertur.

Eius et Pyrrhae, Epimethei ex Pandora filiae, filii dicuntur *Hellen*, a quo nomen genti inventum aiunt, et *Amphictyon*.

Hellenis filii *Aeolus*, *Dorus*, Xuthus, et huius *Ion* et *Achaeus*, singularum gentium auctores vel ipsa nomina.

1. *AEOLI* filii septem, filiae quinque commemorantur, per quos Aeolico generi pleraeque Graeciae septentrionalis nonnullaeque Peloponnesi civitates applicantur.

a) *Cretheus* Iolcon in Thessalia condidit, cuius et Tyrus filii sunt Aeson, Amythaon, Pheres. *Aesonis* filius *Iason*. *Amythaonis* filii *Bias* et *Melampus* cum Neleo fratre in Peloponnesum proficiscuntur et partem regni Argivi tenent. *Pheres* condidit Pheras, Thessaliae urbem, filiumque habet *Admetum*, cuius uxor Alcestis, f. Peliae.

b) *Sisyphus* Ephyram (Corinthum) condidit, cuius filius Glaucus, nepos *Bellerophontes*, qui a Proeto, rege Argivo, ad Iobaten,

a. Chr. n.

Lyciae regem, missus, Pegaso alato equo usus, Chimaeram et Solymos perdidit, et ducta Laodamia, Iobatae f., rex Lyciae factus est, ac nepotem e filio Hippolocho habet *Glaucum*, inter socios Troianorum clarum. Alius Sisyphi f. Ornytion, cuius filiorum alter *Phocus* auctor civitatis Phocensium dicitur, alter Thoas Corinthi regnat. Thoantis f. Damophon, nepos Propodas, pronepotes Doridas et Hyanthidas, ab Heraclidis regno privati. Tertia et quarta stirps in Boeotiam migravit, ubi *Haliartus* et *Coronus*, filii Thersandri, nepotes Sisyphi, urbes cognomines condidisse traduntur; *Almus* autem, et ipse Sisyphi filius, per filias populi Phlegyarum et Minyarum auctor fit.

c) *Athamas* in Boeotiam, quae post vocata est, migravit, sedes accepit ab Andreo, rege Orchomenio, habuitque e Nephele liberos *Phryxum* et *Hellen*, qui cum insidias novercae Inus, Cadmi f., fugissent, Phrixus in ariete aureo vectus usque in Colchidem penetravit. Athamas e Boeotia eiectus Athamaniam in Thessalia condidit.

d) *Salmoneus* Elin in Peloponneso condidit. Eius filia est *Tyro*, quae apud Cretheum e Neptuno peperit *Peliam* et *Neleum*, quorum Pelias in Thessalia manet Iolci regnans, filiumque habet Acastum, a Peleo victum; *Neleus* in Peloponnesum migravit et Pylum Messeniacam condidit. Duodecim eius filii, quos e Chloride, Amphionis f., tulerat, in bello ab Hercule occiduntur, praeter minimum natu *Nestorem*, sapientem, qui Pyliis praeest in bello Troiano.

e) *Deïon* in Phthiotide regnat. Eius filiorum unus *Cephalus*, occisa Procride, Erechthei f., uxore exul Cephalleniam insulam incoluit, alius Actor filium habet Eurytionem, qui *Peleum*, Aeaci filium, cum ad ipsum venisset ex Aegina cum Myrmidonibus, recepit et successorem habuit.

f) *Magnes*, ad quem Magnesii in Thessalia genus referunt. Eius filii Polydectes et Dictys Seriphon condunt, a quibus Danaë cum filio Perseo recepta.

g) *Perieres* in Messeniam profectus, Aphareum genuit, cuius filii Idas et Lynceus a Castore et Polluce interfecti. Idae filia Cleopatra, uxor Meleagri. Aphareus Neleum ad ipsum fugientem e Thessalia receperat.

Aeoli filiae traduntur Canace, Alcyone (Ceycis regis Trachinii uxor), Pisidice, Calyce, Perimede. Per Calycen ad Aeolum genus refert Aetolorum gens. Nam Aëthlii et Calyces filius est *Endymiōn*, qui Elidem incoluit, filiosque habuit *Epeum* et Aetolum, filiamque Eurycydam. Epeus curru victor regnum Elidis habuit, populoque nomen dedit Epeorum. Ei successit Eurycydae et Neptuni f. Eleus, cuius filius *Augeas*, boum gregibus ditissimus.

Aetolus, alter Endymionis filius, terram circa Achelonm amnem insedit, filiosque genuit Pleuronem et Calydonem (eadem urbium nomina).

Pleuronis f. Agenor, Agenoris Porthaon, Porthaonis *Oeneus*, *Agrius*, Alcathous, Melas.

Oeneus, rex Calydonius, ex Althaea, Thestii filia, procreavit *Meleagrum* et *Deïaniram*, e Periboea *Tydeum*. Venatio apri Calydonii, bellum Curetum.

Tydeus propter caedem factam Argos fugit, et ex Deïpyle, Adrasti regis filia, procreavit *Diomedem*, qui avum Oeneum ab iniuriis

a. Chr. n.

Agrii filiorum liberat, eosque omnes praeter Onchestum et Thersiten occidit, regnum Andraemoni, qui Oenei filiam Gorgen uxorem duxerat, tradit. Andraemonis f. *Thoas* Aetolis in bello Troiano praeest.

2. *DORICA* gens aliquamdiu incertis sedibus vagatur in Thessalia (Herod. 1, 56), quo tempore Tectamus, Dori f., Doriensium et Achaeorum coloniam Cretam duxisse traditur (ap. Diod. 4, 60. 5, 80), eiusque filius Asterion Europam duxisse.

Herculis beneficio terram antea a Dryopibus habitatam ad Oetam et Parnassum montes possedit, ubi quattuor urbes Erineus, Boium, Pindus, Cytinium.

Itaque Heraclidae e Peloponneso pulsi ad Dores sese receperunt, Herculisque posteri principes Dorum censentur.

3. Gentes *ACHAEORUM* et *IONUM* sic et inter se et cum reliquis Hellenicis populis copulantur, ut *Xuthus*, Hellenis filius, e Thessalia migrasse in Atticam (tetrapolin Oenoen, Marathonem, Probalinthum, Tricorythum) et Erechthei regis filiam Creusam duxisse, ex eaque *Ionem* et *Achaeum* procreasse dicatur.

Horum uterque ex Attica eiecti; *Ion* in Peloponneso terram tum Aegialum, mox Ioniam dictam, ducta Helice, regis Selinuntis filia, occupavit.

Achaeus in Thessaliam revertisse, sed eius filii *Archander* et *Architeles* in Peloponnesum et ipsi migrasse dicuntur, et Danai generi facti per Argolidem et Laconicam late habitasse, adeo ut Achaeorum in Peloponneso nomen invaluerit.

Ion autem e Peloponneso auxilio vocatus Atticorum in bello adversus Eleusinios dux factus, adeo ut nomen Ionum Atticis imponeretur sec. Eus. (1334)

Ab *AMPHICTYONE*, Hellenis sive fratre sive filio, commune quoddam concilium duodecim gentium Graecarum (Phocensium, Locrorum, Dolopum, Aenianum, Achaeorum Phthiotarum, Maleensium, Magnetum, Perrhaeborum, Thessalorum, Boeotorum, Dorum, Ionum) institutum traditur, ad quod bis in anno Pylis (Thermopylis) et Delphis legati (πυλαγόραι) conveniebant.

Amphictyonis filius *Itonus*, huius *Boeotus* traditur, ad quem auctorem Boeotorum natio genus nomenque refert.

Praeter haec gentium discrimina principumque familiarum casus et migrationes, communia quaedam notantur haec:

Minos, qui filius Iovis et Europae, Phoenicis filiae, fuisse dicitur, Gnossi in Creta regnat, armis potens, leges religionesque condens, mari imperans, circa (1300)

Fratres Minois Rhadamanthys et Sarpedon, Lyciae conditor.

Filii Androgeos, ab Atticis interemptus, Deucalion, Molus.

Deucalionis fil. Idomeneus, Moli Meriones Cretensibus in bello Troiano praesunt.

In ipsa Graecia Orchomenus, urbs Minyarum, floret (1250)

Cuius civitatis primi reges traduntur fuisse Andreus, Penei amnis filius, et eius aut Cephissi amnis f. Eteocles, qui Gratiarum cultum religiosum instituisse fertur.

Ad hos Sisyphi f. Almus (gentis Aeolicae) migravit, filiasque habuit Chrysogeniam et Chrysen. Chrysogeniae et Martis f. *Phlegyas* suc-

a. Chr. n.

cessor Eteocli, armis potens, populi Phlegyarum auctor, qui cum vicinos iniuriis vexassent, ab Apolline extincti sunt.

Chryses et Neptuni f. *Minyas*, qui genti nomen dedisse urbemque Orchomenon condidisse thesaurumque struxisse fertur.

Post Minyae eiusque filii mortem regnum devenit ad *Clymenum*, Presbonis f. Phryxi nepotem.

Clymeni f. *Erginus*, cui Thebani tributum pendunt, donec eos Hercules, interfecto Ergino vastataque Orchomeno, liberavit.

Ergini filii *Trophonius* et *Agamedes* templum Apollinis Delphici lapide quadrato extruxisse traduntur.

Orchomeniis in bello Troiano praesunt *Ascalaphus* et *Ialmenus*, Martis et Astyoches filii, quae neptis Azei, fratris Ergini, fuit.

Argonautarum (54) navigatio in Pontum usque ad Phasin fluvium, velleris aurei causa, uti poëtae tradiderunt, suscepta a Minyis, Iasone duce Erat. (1225)

(Inter eos Calais et Zetes, Boreae et Orithyiae filii, Castor et Pollux, Peleus et Telamon, Admetus, Lynceus, Meleager, Orpheus, Oileus, Hercules. Sed alii scriptores nominant alios, dum omnem florem Graecae iuventutis congregare volunt. Argus (qui Phrixi fil. ab Apollodoro dicitur) navem aedificarat, Tiphys a Lynceo adiutus gubernabat.)

Hercules, pronepos Persei, regno avito privatus, primum Thebis, (1260)
ubi natus fuit, deinde Mycenis, dum Eurystheo paret, et 12 la- (1240)
bores ab illo mandatos exequitur, tum Phenei in Arcadia, postremum Trachine sedem fortunarum habet, Graeciam fama rerum gestarum implet, immortalitatemque aerumnis meretur. (1208)

Ausonii monosticha de aerumnis Herculis.

Prima *Cleonaei* tolerata aerumna *leonis*.
Proxima *Lernaeam* ferro et face contudit *hydram*.
Mox *Erymantheum* vis tertia perculit *aprum*.
Aeripedis quarto tulit aurea cornua *cervi*.
Stymphalidas pepulit *volucres* discrimine quinto.
Threiciam sexto spoliavit *Amazona* balteo.
Septima in *Augeis stabulis* impensa laboris.
Octava expulso numeratur adorea *tauro*. (Cretensi.)
In *Diomedeis* victoria nona *quadrigis*.
Geryone extincto decimam dat Iberia palmam.
Undecimo *mala Hesperidum* destricta triumpho.
Cerberus extremi suprema est meta laboris.

Bellum septem principum Argivorum pro *Polynice*, Oedipi f. et Adrasti genero, contra Eteoclem et Thebanos infeliciter gestum (1210)

(Pereunt omnes praeter *Adrastum: Tydeus*, alter Adrasti gener, *Hippomedon*, Adrasti sororis et *Parthenopaeus* fratris filius, *Capaneus*, et *Amphiaraus* vates ab uxore Eriphyle, sorore Adrasti, proditus.)

Renovatur bellum ab occisorum filiis adultis (τοῖς ἐπιγόνοις), ducibusque *Alcmaeone* (Amphiarai f. matricida) et *Thersandro* (Polynicis f.) Thebae capiuntur, pars Cadmeorum urbe relicta in Thessaliam migrat (1200)

(Reliqui *Aegialeus*, Adrasti filius, *Diomedes* Tydei, *Sthenelus* Capanei, *Promachus* Parthenopaei, *Amphilochus*, frater Alcmaeonis.)

a. Chr. n.

Helenam, Menelai uxorem, Paris, Priami Troiani regis filius, rapnisse dicitur, eaque fuisse causa *belli Troiani*, ab omnibus (29) populis (praeter Acarnanes et Dorienses in monte Parnasso) auspiciis *Agamemnonis* gesti. (Hom. in catalogo 1186 naves numerat, quarum Boeoticae 120 viros, Philoctetis 60 tenebant, unde Thucydides medio numero ducto summam exercitus putat fuisse 102,000 hominum.)

Troia defenditur praeter Dardanos vicinos (quibus Aeneas et Antenoridae praesunt) a Thracibus, Ciconibus et Paeonibus Europaeis, Paphlagonibus, Mysis, Phrygibus, Maeonibus, Caribus, Lyciis, gentibus Asianis.

Post decem annos Troia capitur (equo ligneo Epei, aut proditione Antenoridarum) ac deletur, secundum Eratosthenis rationem 408 annis prope absolutis ante Olymp. I, 1, i. e. extr. vere (1184)

Victorum pauci (Nestor, Idomeneus, Philoctetes) felici reditu gaudebant. Ceciderant Protesilaus, Achilles, Aiax Telamonius; in reditu perit Aiax Oilei f. Locrensis, Agamemnon domi interficitur. Menelaus octavo, Ulixes decimo anno reverterunt.

Alii cum res domi turbatas invenissent, relicta patria, colonias condunt: *Diomedes*, Argivus, in Italiam transmisisse et Apuliae urbes nonnullas (Arpos, Canusium) condidisse fertur.

Teucer, Salamine expulsus, Cyprum insulam petivit, in eaque novam Salaminem condidit: regnant Teucridae usque ad Euagoram a. 374 a. Chr. Eodem *Agapenor* cum Arcadibus profectus Paphum urbem condidisse traditur.

Neoptolemus (sive Pyrrhus), Achillis f., e Thessalia in Epirum migrasse, ibique regiae familiae Aeacidarum regnique Molossorum auctor fuisse fertur.

Periodus secunda, incerta et ipsa, sed historiae incrementa continens, non exornata poëtarum heroicorum fabulis,

ab Heraclidarum reditu usque ad bella Persica —500 a. Chr.

Thessali, antea repressi ab Hellenibus, relicta Thesprotia, terram circa Peneum amnem sitam occupant, inde Thessaliam dictam; *Boeoti* sedibus suis eiecti in Minyas et Cadmeos incidunt et Boeotiam, ipsorum nomine appellatam, occupant (1124)

Iisdem Boeotis prementibus Pelasgi *Τυρσηνοί* in Atticam se recipiunt, inde rursus expulsi Lemnum, Imbrum, Samothracen insulas occupant (1099)

Minyae Lemno eiecti primum Laconicam petunt, deinde Cauconum et Paroreatarum terram occupant (Lepreum, Macistumque urbes).

Reditu Heraclidarum (τῇ καθόδῳ τῶν Ἡρακλειδῶν) Peloponnesi et totius fere Graeciae incolae mutantur (1104)

Nam quo tempore Tisamenus, Orestis filius, maiorem Peloponnesi partem regno obtinebat, Aristomachi tres filii, pronepotes Hylli (Herculis filii) cum *Doribus*, adiuncto Oxylo, Thoantis nepote, Aetolo, Naupacto traiiciunt in Peloponnesum (circa Rhion promont.), et eiectis Achaeis, ita inter se conveniunt, ut *Oxylus* cum Aetolis Elidem haberet, agrorum parte veteribus incolis eiusdem gentis relicta, *Cresphontes* Messeniam, expulsis Nestoris posteris, *Temenus* Argolidem, *Aristodemi* filii (Eurysthenes et Procles) Laconicam tenerent. Arcades, foedere facto, mutationis expertes sunt.

a. Chr. n.

Temeno occiso Cisus (*Κεῖσος*) Argis, Phalces Temeni f. Sicyone, Deïphontes, Tem. gener, Epidauri regnant (1074)
Tisamenus cum Achaeis Aegialum petit, postea Achaiam dictam.
Duódecim urbes Ionum (Pellene, Aegira, Aegae, Bura, Helice, Aegium, Rhypes, Patrae, Pharae, Olenus, Dyme, Tritaea. Herod. 1, 145) occupantur ab eius et Peuthili fratris filiis, Pausan. 7, 6.
Iones in Atticam se recipiunt, quo iam ex Messenia Melanthus cum Nelidis venerat et rex factus erat.
Dores Ephyram sive Corinthum obtinent, *Aletes*, unus ex Herculis posteris, regno potitur (1075)
Dores Megaram occupant, quae antea Ionum fuerat, sed a finibus Atticae recedunt, postquam Codrus, ultimus Atheniensium rex, caedi semetipse obtulerat (1068)

Graecae coloniae Asiae oram occupant (ab a. 1124 usq. circ. 1000).

1. *Aeolicae* gentis antiquissima, duce Penthilo, Orestis filio, ex Peloponnueso profecta, sed adiunctis aliis, praesertim Boeotis, per Thraciam in Lesbou et Tenedum insulas et Asiae oram transmissa, ubi 12 urbes conduntur, quarum caput est Cyme. (Reliquae sunt sec. Her. 1, 149 Lerissae, Neon tichos, Temnos, Cilla, Notium, Aegrioessa, Pitane, Aegaeae, Myrina, Grynea, denique Smyrna, quae postea Ionum facta est). Haec condita traditur ab Eratosth. (1124) (1034)
2. *Ionicae* gentis. Iones et Messenii, suis utrique sedibus eiecti, adiunctis Abantibus ex Euboea, Cadmeis et Minyis ex Boeotia, Phocensibus, aliis (v. Her. 1, 146) Athenis in Asiam traiiciunt. Codri filii, Androclus Ephesum, Neleus Miletum condunt (1044)
   alii alias urbes, item 12 numero, societate et communibus sacris (Neptuni Heliconii in Panionio) inter se coniunctas. (Myus, Priene, Colophon, Lebedos, Teos, Clazomenae, Phocaea, Erythrae, Chios et Samos insulae, assumpta postea Smyrna, quae Aeolensium fuerat.) Item insulas *Κυκλάδας* fere Iones Athenis profecti occupant, Naxum, Ceum, Siphnum, Seriphum al.
3. *Doricae* gentis, ducibus Heraclidis et Asclepiadis, ex Peloponneso profectae, Cariae oram occupant (ubi urbes Halicarnassus et Cnidus) et Rhodum et Cou insulas (urbes Rhodi sunt Lindus, Ialyssus, Camirus). (1000)
   Eiusdem gentis coloniae in Cretam insulam (urbesque Gnossum, Gortynam, Lyctum) proficiscuntur.

---

a. Chr. Olymp.

Atheniensium civitati a Codro rege mortuo archontes per vitam, neque tamen summae potestatis, quorum primus Medon, Codri filius, praesunt 1068
Corinthi Heraclidae regno privantur a Bacchide. Succedunt Bacchiadae, qui regnum per quinque aetates tenent. 956
Lacedaemoniorum res publica diu lacerata discordiis per *Lycurgum* componitur, Charilai regis tutorem 884
servatis binis regibus ex posteris Eurysthenis (Eurypontidae) et Proclis (Agidae vocantur), et instituto senatu 28 virorum.

	a. Chr.	Olymp.
Eodem fere tempore *Iphitus* Eleus ludos Olympicos instituit	884	
Victores horum ludorum litteris consignantur, ex quo Coroebus Elens cursu vicit	776	1 1
Inde Olympiades numerantur, quinto quoque anno media aestate concelebratae.		
Athenis archontes decennales instituuntur, primus archon Charops Aeschyli f.	752	7 1
Mare per duodeviginti annos obtinere incipiunt Milesii coloniisque condendis florent	750	7 3
Phidon, rex Argivus, qui primus mensuras invenisse et argentum signasse traditur, floret	748	8 1
Corinthi occiso Teleste rege annui prytanes instituuntur. Primus eorum Automenes	748	8 1
Lacedaemonii primum cum *Messeniis* bellum ingrediuntur	743	9 2
iisque tandem, Ithome capta, victis gravissimum tributum imponunt	724	14 1
Eius belli tempore *Theopompus* rex ephororum potestatem Spartae instituit.		
Parthenii Lacedaemone profecti Phalantho duce *Tarentum* condunt	708	18 1
Rebellant Messenii duce *Aristomene* (secundum bell. Messeniacum)	685	23 4
Messenii adiuvantur a Pisatis, Arcadibus, Argivis, Laced. ab Eleis et Corinthiis.		
Tyrtaeus Atheniensis canticis militaribus recitandisque elegis Lacedaemoniorum fractos animos ad bellum acrius gerendum excitasse dicitur	683	
Pisatae, duce Pantaleonte, desciscentes ab Eleis, ipsi Olympicis ludis praesunt (Strab.)	672	27 1
Argivi superiores Lacedaemoniis in pugna ad Hysias (Paus.)	669	27 4
Ira Messeniorum arx a Laced. capitur, cum Aristocrates, Orchomeni rex, socios fefellisset, ipse eam ob causam ultimus rex Arcadum	668	28 1
Gorgus, Aristomenis filius, et Manticles ex Iamidarum familia cum Messeniis in Italiam navigant ad Rheginos. Ipse Aristomenes Rhodum se confert ad Damagetum generum, regem Ialysi.		
Propter discordias domesticas Chersicrates ex Bacchiadarum genere Corintho coloniam deducit Corcyram	735	11 2
Archias, item ex Bacchiadis, condit Syracusas in Sicilia, postquam anno ante Chalcidenses Naxon, primam Graecorum in Sicilia coloniam deduxerunt	734	11 3
Proelium navale antiquissimum, inter Corinthios et Corcyraeos, classium apparatu florentes (Thucyd.)	665	28 4
Cypselus, materno genere Bacchiadarum familiam contingens, tyrannus fit Corinthi (per 30 annos leniter regnat)	655	31 2
Eius metu Demaratus Corinthius in Hetruriam abisse traditur, Tarquinii, Romani regis, pater.		
Corinthii et Corcyraei communiter condunt Epidamnum	625	38 4
Cypselo filius *Periander* succedit, suspiciosus et crudelis factus	625	38 4
consilio Thrasybuli Milesii. (Lycophron Periandri fil. contumax, a Corcyraeis interemptus.) Per. moritur post regnum 40 annorum	585	48 4
A Psammeticho qui ei successerat, Corinthii in libertatem sese vindicant, ita ut potestatis maior pars penes optimates sit	581	49 4

	a. Chr.	Olymp.
Sicyone *Orthagoras* et eius posteri tyrannidem tenent 100 fere annos (Arist.) ab	674	26 3
Ex iis *Myron* clarus thesauro structo, victoriaque reportata Olympiis	648	33 1
Cuius nepos *Clisthenes*, belli pacisque artibus clarus, Cirrham iussu concilii Amphictyon. capit, una cum Alcmaeone Atheniensi	590	47 3
Filiam Agaristen Megacli, Atheniensi, Alcmaeonis filio nuptum dat fort.	583	49 2
Clisthene mortuo tyrannis Sicyone tollitur	574	51 3
Athenis 9 *annui* archontes (ex Eupatridis) instituuntur	683	24 2
Draco civibus Athen. leges (*θεσμούς*) scribit nimis severas	624	39 1
Cylon principatu Ath. potiturus arcem occupat adiutus a socero Theagene, tyr. Megarensium, sed a populo et archonte Megacle obsessus ipse quidem effugit, ceteri vero coniurati pace facta emissi per fraudem occiduntur	612	42 1
Epimenides Cretensis ad illud scelus expiandum arcessitus traditur.		
Gens Alcmaeonidarum ob idem Athenis expulsa	597	45 4
Cum Athenienses de Salamine insula a Megarensibus recuperanda desperassent, *Solon* carminibus recitandis ita eos excitat, ut renovato bello voti compotes fierent	(600)	(45 1)
Cum populus discordia laboraret, *Soloni* archonti *ἐπωνύμῳ* potestas datur novarum legum conscribendarum, quibus status popularis inducitur, dum populo in 4 classes distributo, etiam infimae classis cives ad iudicium populi et contionem neque tamen ad honores capessendos admittuntur, et senatu 400 virorum instituto archontum potestas minuitur. Iudicium Areopagiticum servatum est.	594	46 3
Eodem fere tempore bellum primum sacrum (Crissaeum) per decem fere annos geritur. Capta Crissa ludi Pythii instituuntur tertio cuiusque olympiadis anno celebrandi	586	48 3
Pittacus Mytilenis aesymneta eligitur in 10 annos	589	47 4
Pisaei, quibus Pyrrhus imperat, in Peloponneso subacti ab Eleis	572	52 1
Athenis tribus factionibus in civitate exortis (*πεδιαίων, παράλων, ὑπερακρίων*) *Pisistratus* vi doloque tyrannus fit	560	55 1
Eiectus per Megaclem, Alcmaeonis fil., et Lycurgum, adversariarum partium duces, haud multo post pace facta cum Megacle reducitur, iterum eiectus Eretriam secedit et reditum parat	558 550	55 2/3 57 3
Hoc tempore Miltiades, Cypseli f., tyrannidem in chersonneso Thracica condidit. Succedunt ei Stesagoras et Miltiades, fratris filii.		
Apollinis templum Delphicum incendio deletum, quod restituitur ab Alcmaeonidis	548	58 1
Bella geruntur inter Lacedaemonios et Tegeatas, item inter Laced. et Argivos, Thyreae causa, circ.	546	58 3
Pisistratus urbem vi recipit, Megaclem totamque Alcmaeonidarum gentem expellit, armis dominationem firmat	540	60 1
Quo tempore *Thespis* Athenis floruisse traditur, tragoediarum inventor, cum iam quadraginta fere annis ante *Susarion* comoedias ibidem agere coepisset.		
Mortuo Pisistrato (17 annos dominatus est) *Hippias* et *Hip-*	528	63 1

	a. Chr.	Olymp.
parchus, eins filii, succedunt, qui litteris favisse atqne *Anacreontis* et *Simonidis* cousuetudiue delectati uarrantnr.		
Eodem fere tempore *Polycrates* tyrannus Samiorum floret, cuius tyrannidem *Pythagoras* philosophus fugit (Ol. 62,1) frustraque evertere expeditione snscepta Lacedaemonii conantur	525	63 4
Sed eum frauduleuter circumventum Oroetes, Lydiae satrapa, Maguesiae cruci affigit. Succedit ei Sylosou	522	64 3
Cleomenes Anaxaudridis f. ex Agidis rex Spartae est	519	65 2
qno duce bella cum Argivis reuovantur, quibus Laced. longe superiores existuut.		
Hipparchus occisus ab *Harmodio* et *Aristogitone*	514	66 3
Alcmaeonidae exules a Cleomene rege Lac. (iussu oraculi Delphici) adiuti Athenas redennt, *Hippias* eiectns Sigenm ad Scamandrum fluvinm cum suis petit	510	67 $\frac{2}{3}$
Clisthenes Megaclis fil. ex Alcmaeonidarum geute et *Isagoras*, Tisandri fil., de principatu contendunt.		
Clistheues, populi gratiam captans, 10 tribus (φυλάς) instituit ex quattuor, iisque uova heroum uomina impouit (Erechtheis, Aegeis, Pandiouis, Leoutis, Acamautis, Oeueis, Cecropis, Hippothoontis, Aeantis, Autiochis), senatum 500 virorum facit, ex singulis tribubns 50 quotanuis sorte designatis (πρυτάνεις, πρόεδροι, ἐπιστάτης), praeterea 10 strategos suffragiis civium creandos. Ostracismum iustituit, quo viri reip. perniciosi expellantur	509	67 4
Eiicitur ab Isagora et Lacedaemoniorum rege Cleomene simul cum 700 civibus Atheuiensibns	508	68 1
Mox seditione facta expelluntur Lacedaemonii et qui eorum partibus faverant; Clisthenes revocatur.		
Cleomenes rex Laced. iuiuriam ulturus Pelopounesiorum et Boeotorum Chalcidensiumque copias adversus Atheuieuses dncit, sed cum reliuqneretur a sociis Coriuthiis et ab ipso Demarato collega (Aristonis falso filio), exercitus dilabitur	504	69 1
Mox Atheuieuses Boeotos nlciscuutur, et Chalcideuses agrorum parte multant coloniis in Euboeam deductis.		
Aegiuetae, exorati a Thebanis, Atticam vastant: inde odium inter ipsos et Athenienses.		

Periodus tertia, historicorum monumentis illustrata, a bellis Persicis usque ad pngnam apud Chaeroneam — 338 a. Chr.

Hippias destitntus a Spartanis, qui reditum promiserant, auxilium petit ab Artapherue, Ioniae satrapa: coutra Athenienses et Eretrieuses classe adinvaut Aristagoram et Iones rebelles, Sardes iuceusae: quo auno Aeschylus tragoedias docere coepit	499	70 2
Miletus capitur sexto post defectiouem auuo (Phrynichus tragoed. *Μιλήτου ἅλωσιν* uou multo post docet)	494	71 3
Sophocles tragoedus uascitur 496 vel	495	71 2
Novo vere Persarum classis ceteros rebelles insulasque Chinm, Lesbnm, Tenedum ad deditiouem adigit, *Miltiades*, Cimonis filius, ex Hellesponto Atheuas redit	493	
Mardonius Persarum dux in Europa bellnm gerit, Macedoniam imperio regis adinngit	492	
Legatis a Dareo missis plerique insnlani et vero etiam Aeginetae se deditioni paratos ostendunt, ceteri Graeci non parent	491	

	a. Chr.	Olymp.
Demaratus, rex Spartae, fraude Cleomenis vitiosorum natalium causa regia dignitate privatus, et nova contumelia affectus, ad Persas fugit, mox *Cleomenes* mentis furore correptus semetipse obtruncat.		
Reges Lacedaemone fiunt *Leotychides*, agnatus Demarati, et *Leonidas*, frater et gener Cleomenis	491	72 2
Interea bellum inter Athenienses et Aeginetas magno ardore, sed eventu dubio geritur (Her. 6, 88.)		
Datis et Artaphernes, regii satrapae, collecto exercitu et classe 600 navium, Samo proficiscuntur, Naxum devastant, Eretriam in Euboea per proditionem capiunt, et Hippia duce in Atticam traiiciunt. Sed devincuntur in campo *Marathonio* ab Atheniensibus (cum mille Plataeens.) duce Miltiade, cuius victoriae sollemnia postea 6. Boëdromionis die aguntur (Interfuisse huic pugnae dicitur Aeschylus tragoedus).	490	72 3
Miltiades, cum Parum expugnare non potuerit, a Xanthippo accusatus pecunia damnatur ac moritur	489	72 4
Nascitur Herodotus, pater historiae Graecae	484	74 1
Themistocles et *Aristides* (arch. eponym. Ol. 72,4) aemuli. Aristides ostracismo in exilium mittitur (tribus post annis revocatus)	483	74 2
Themistocles (arch. epon. Ol. 74,3) inter continua bella cum Aeginetis dum civibus suis suadet, ut ex reditibus Lauriorum metallorum classem 200 navium efficiant, subsidia belli Persici praeparat.		
Ingruente fama belli Graecarum civitatum concilium in Isthmo habetur, legati mittuntur Argos, Corcyram, Cretam, et ad Gelonem tyr. Syracusium	481	74 4
Xerxes cum ingenti exercitu primo vere Sardibus movet, Macedoniam et Thessaliam facile subiicit, cum Graecorum exercitus terrester ducibus Eueneto Lac. et Themistocle Tempe omisisset. Frustra se *Leonidas* rex Laced. ad Thermopylas opponit, classis Graecorum 271 navium cum ad Artemisium promontorium incerto eventu pugnasset, recedit.	480	74 4 / 75 1
Boeoti ad Persarum fidem se applicant, Athenae ab incolis desertae incenduntur, sed maximam victoriam ad *Salaminem* insulam Graecorum classis 380 navium (quarum 180 fuerunt Athen.), *Eurybiade* et *Themistocle* ducibus, 20. Boëdrom reportat (*Euripides* nascitur).	480	75 1
Rege reverso, *Mardonius* cum parte exercitus in Thessalia hibernat, insequenti anno Athenae iterum capiuntur: tandem Graecorum exercitus collectus (hominum 107210) terrestri proelio cum Persis ad *Plataeas* confligit: Lacedaemonii *Pausania* Cleombroti f. (regis Plistarchi, fratris patruelis, tutore), Athenienses *Aristide* ducibus vincunt eximie	479	75 2
Eodem die (3. Boëdrom. celebratur) classis Graecorum ad Mycalen promovet. feliciter rem gerit, Persarum naves et exercitum delet, Ioniam liberat. Reversis Peloponnesiis duce Leotychide, *Xanthippus* praetor Ath. Sestum hieme obsidet et proximo vere capit	478	75 2
Urbis Athenarum muri reficiuntur, invitis Lacedaemoniis, paulo post Piraeus absolvitur ac muris ingentibus, auctore Themistocle, munitur. Eodem fere tempore, Aristide auctore, discrimen classium tollitur, et infimi quoque cives ad magistratus gerendos admittuntur.		

	a. Chr.	Olymp.
Classis Graecorum duce *Pausania* (et Atheniensibus *Aristide*, *Cimone*) Cyprum liberat, Byzantium expugnat	477	75 4
Cum Pausanias superbiret domumque revocatus esset, imperium maritimum Atheniensibus (Aristidi) demandatur ab sociis, imprimis Ionibus. Dorcis Lacedaemone missus non accipitur. Itaque Lacedaemonii et Peloponnesii bello navali desistunt	476	75 4
Deli commune aerarium ad bellum cum Persis gerendum instituitur ex tributis civitatum	470	77 3
Cimon, Miltiadis fil., Persas Thracia (Eïone) eiicit, deinceps insequentibus annis Scyrum insulam in potest. redigit (unde Thesei ossa Athenas reportat), Carystios in Euboea subigit, Naxios cum descivissent ad deditionem adigit	476 472	76 1 77 1
Pausanias proditionis convictus Spartae occiditur filium relinquens Plistoanactem	473	76 4
Themistocles testularum suffragio iam antea in exilium missus, Argis in Asiam aufugit	473	76 4
Cimon ad Eurymedontem fluvium (in Pamphylia) Persarum classem et exercitum duplici victoria delet	469	77 3
Sophocles primum tragoedia vincit. *Socrates* nascitur d. 3. Thargel.	468	77 4
Mycenae ab Argivis captae et dirutae	468	78 1
Thasii ab Ath. societate deficiunt, orta contentione de possessione orae Thraciae et metallorum	467	78 2
Spartani domesticis calamitatibus laborant, cum terrae motu tota paene urbs deleretur, Helotes ac Messenii rebellarent, quod bellum finitum est quadriennio post	466	78 3
Itaque Thasii, cum nullum a Lacedaemoniis auxilium esset, tertio anno obsessi, ab Atheniensibus et Cimone subiguntur	465	78 4
Imperium Ath. firmatur communi aerario ex Delo Athenas comportato		79 4
Athenienses Lacedaemoniis Ithomen obsidentibus auxilia mittunt, auctore Cimone, sed ea cum suspiciose tractarentur et remitterentur, odium natum est. Cimon in exilium mittitur per ostracismum. Exinde *Pericles* gratia populi florere coepit.	463	79 2
Foedera statim Athen. faciunt cum Argivis et Thessalis, mox cum Megarensibus, quos in longis muris Nisaeam usque extruendis adiuvant	462	79 3
Aegyptiis duce Inaro deficientibus ab Artaxerxe auxilio proficiscuntur Ath. tum Cypri cum classe versantes	461	79 3
Eodemque tempore novis bellis cum Corinthiis Epidauriisque et Aeginetis implicantur: pugna navali ad Aeginam vincunt.		
Cum in Aegina esset Ath. exercitus, Corinthii in Megaridem impressionem faciunt, sed vincuntur a *Myronide*, duce subitarii exercitus	460	79 4
Longi muri (τὰ μακρὰ τείχη) aedificari coepti (triennio absoluti)	459	80 1
Areopagi in rep. potestas ab Pericle Ephialtis opera vel oppressa vel magnopere imminuta circa		80 1
Lacedaemonii adversus Phocenses pro Doriensibus bellum gerunt; exercitui illorum redeunti ad Tanagram se opponunt Athenienses, sed vincuntur et cedere coguntur.	458	80 $\frac{2}{3}$
Damnum celeriter (post 62 dies) reparatur per *Myronidem*, qui Boeotos ad Oenophyta vincit et Thebanorum consilia pervertit ineunte a.	457	80 3
Cimon in patriam restituitur paulo post pugnam Tanagraeam.		
Aeginetae, cum auxilium esset nullum, Atheniensibus sese dedunt; inde apertum bellum cum Lacedaemoniis gerunt Ath.	456	80 4

	a. Chr.	Olymp.
Tolmides Peloponnesum circumnavigat, Gytheum incendit, Corinthios et Sicyonios affligit	456	81 1
Sed Aegyptiaca expeditio sex annos tolerata pessum it, dum Atheniensium exercitus per 18 menses in Prosopitide insula obsessus, tandem cum ingenti damno cedere reditumque omissis navibus per Cyrenen quaerere cogitur	455	81 1
Neque res in Thessalia susceptae Atheniensibus procedunt.	454	81 2
Pericles praetor quamquam classe Sicyonios affligit, tamen Oeniadas capere non potest	454	81 $\frac{2}{3}$
Cimone auctore Athen. quinquennales indutias cum Laced. faciunt	451	82 2
Eod. anno etiam Argivi cum Lacedaemoniis pacem 30 annorum componunt.		
Bellum cum Persis renovatur. *Cimon* insulam Cyprum petit, inde ad Amyrtaeum, Aegyptiorum regem, partem navium ablegat.	449	82 $\frac{3}{4}$
In obsidione Citii moritur, sed maxima victoria de Phoenicibus reportata *Ath. bello finem imponunt*, classis ex Aegypto revocatur	449	82 4
Delphi et Phocenses de possessione templi certant, adiuti illi quidem a Lacedaemoniis, hi ab Atheniensibus. Bellum sacrum	448	
Boeotia cedere coguntur Athenienses, victi ad Coroneam ab exulibus Boeotorum, Euboeensium cet.	446	83 2
Euboea deficit, item Megarenses, adiuti a Corinthiis et Epidauriis. *Pericles* huc illuc arma vertit et Peloponnesios, duce *Plistoanacte* rege Laced., Pausaniae filio, Atticam ingressos, data pecunia (uti fertur) avertit.	446	83 3
Idem Euboeam denuo in potestatem redigit	44$\frac{6}{5}$	
Fiunt induciae tricennales (*σπονδαὶ τριακοντούτεις*) cum Lacedaemoniis. Nisaeam, Achaiam, Pegas, Troezenem Peloponnesiis restituunt Ath. vere	445	83 3
Thucydides, Milesii fil., Periclis aemulus, ostracismo pulsus	444	
Coloni Thurium in Italiam (Sybarim) missi Athenis, inter quos Herodotus historiarum auctor, Protagoras philos., Lysias adolescens	444	83 4
Pindarus poëta decedit	441	84 3
Samios Persarum auxilio (Pissuthnis, satr. Sardium) deficientes	440	84 4
Pericles praetor superat, classem Phoeniciam fugat, urbem Samum nono mense capit murisque privat. Hoc in bello Sophocles praetoris munere functus esse dicitur	439	85 2
Atheniensium respublica floret. Urbs magnificis aedificiis ornatur (Phidias in carcere moritur Ol. 87 1), cives propter operam in contionibus et iudiciis positam mercedem accipiunt.		
Corcyraei bellum gerunt cum Corinthiis Epidamni causa, eosque pugna navali vincunt, Epidamnum capiunt	434	86 2
Inseq. biennio Corinthii ad bellum fortiter gerendum se parant. Legati ab utrisque mittuntur Athenas. Foedus Atheniensium et Corcyraeorum fit	433	86 4
Corcyraei adiuvantibus Atheniensibus proelio navali ad Sybota Corinthiorum naves in fugam vertunt	432	86 4
Potidaeatae a Corinthiis sollicitati et adiuti deficiunt ab Atheniensibus, vincuntur et obsidentur	432	87 1
Anni ordinandi ratio cyclo Metonis recepto incipit a. d. 16. Iul.	432	86 4.

	a. Chr.	Olymp.
Lacedaemonii bellum denuntiant Atheniensibus, ni Potidaeam omittant, et civitates subiectas libertate uti patiantur.		
Spretis pacis condicionibus, primo vere (nocte inter Elaphebolionis d. XXI et XXII) Thebani Plataeas occupant, sed eiiciuntur, Peloponnesiorum exercitus Atticam ingreditur et vastat. *Primus annus belli Peloponnesiaci* per 28 annos brevibus quibusdam intervallis gesti	431	87 ½
Iterum Peloponnesii in Atticam irrumpunt eamque per 40 dies populantur. Pestilentia Athenis grassatur. Atheniensium classis oram Peloponnesi urit ac vastat, Aeginetae insula excedere coguntur, quibus Lacedaemonii Thyream incolendam tribuunt	430	
Potidaea Atheniensibus deditur. *Plataeae* a Peloponnesiis ob-	429	87 3
sideri coeptae. Pericles moritur	429	87 4
Plato philosophus nascitur	429	87 4
Lesbii praeter Methymnaeos ab Atheniensibus deficiunt	428	87 4
Tertium Lacedaemonii Archidamo duce in Atticam irrumpunt, Plataeensium fortissimi per hostium munimenta et castra evadunt, ceteri deditione facta occiduntur, urbs funditus deletur	427	88 1
Quartam impressionem duce Cleomene in Atticam faciunt Peloponnesii, ut obsessis Mytilenaeis levamentum ferant: nihilominus illi expugnantur, et aegre ab internecione servantur. (*Cleon ὁ γναφεύς.* Aristophanis prima fabula docetur.)	427	88 1
Expeditionem in Siciliam suscipiunt Ath. (Gorgias orator)	427	88 2
Athenienses maria classibus obtinent, Lacedaemonii crebris terrae motibus a bello gerendo impediuntur	426	
Delus insula lustratur	426	88 3
Sed dum hostes quintam impressionem rege Agide in Atticam faciunt, Demosthenes Ath. Pylum occupat. Spartani post 17 dies redeunt	425	88 3
Spartanos in *Sphacteria* insula per 72 dies obsessos Cleon tandem ad deditionem adigit	425	88 4
Aristophanes equites comoediam docet, anno superiore Acharnenses	424	88 4
Nicias oram Laconicae vastat et Cytheram insulam occupat, Thyream expugnat, cuius incolae Aeginetae interficiuntur	424	88 4
Brasidas Laced. per Thessaliam in Thraciam proficiscitur, Amphipolim capit, quam Thucydides, Atheniensium praetor, defendere non potest, eam ob causam urbe per viginti annos expulsus. Athen. a Thebanis ad Delium vincuntur, ubi *Socrates* fortissime pugnasse narratur, eodemque anno Aristophanes *nubes* edit	424	89 1
Civitates Graecae in Sicilia, quarum dissensionibus antea Ath. abusi erant, auctore Hermocrate Syracusano pacem ineunt, Atheniensium auxilia dimittuntur	424	89 1
Induciae annuae inter Lacedaemonios et Athenienses	423	89 1
Interim nihilominus *Brasidas* in Thracia bellum gerit et civitatibus quae deficerent ab Ath. praesidio est	423	
Male rem gerunt Ath. in Thracia, Cleon ad Amphipolim superatur a Brasida, in qua pugna uterque cadit	422	89 3
Nicias pacem cum Lacedaemoniis aequis condicionibus in 50 annos conciliat. Dubia pax tenuit per 6 annos et 10 menses usque ad annum 414.	421	89 3

Digitized by Google

	a. Chr.	Olymp.
Cum Argivis, Eleis, Mantineensibus foedus faciunt Athenienses, anctore *Alcibiade*	420	89 4
Argivi bellum gernnt cum Laced. adiuti ab Atheniensibns, sed ad Mantineam victi mox cum illis pacem faciunt	418	90 $\frac{2}{3}$
Iidem rursus, agente Alcibiade, restituto statu populari, societatem Atheniensium amplectuntur, longos muros extruunt. *Euripidis* Heraclidae acta	417	90 $\frac{3}{4}$
In *Melios*, Lacedaemoniorum veteres colonos, ad deditionem coactos, crudeliter saeviunt Athenienses	416	91 1
Legati Segestanorum auxilium adversus Syracusanos petentes Athenas veniunt. Bellnm illud cnpide arripinnt Athenienses, Alcibiade anctore	415	91 1
Mittnntur cum classe 134 navinm et ingenti apparatu *Alcibiades*, *Nicias*, *Lamachus*, praetores.		
Catanam capiunt. Alcibiades domum arcessitus Thurium fugit, mox transit ad Lacedaemonios	415	91 2
Athenienses Syracusas obsidione cingunt, proelio vincunt, in quo *Lamachus* occiditur (Aristophanis aves)	414	91 2
Gongylus Corinthius, post enm Gylippus Lacedaemonius Syracusanis auxilia adducunt	414	91 3
Athenienses contra classem adversus Lacedaem. pro Argivis mittunt, qnae cum Laconiam vastet, illis causam belli aperte gerendi dat.		
Lacedaemonii in Atticam impressionem rege Agide facinnt et *Deceleam* muniunt, auctore Alcibiade, qua re Athenienses obsidione clansos tenent	413	91 3
Demosthenes Athenis in Siciliam cum classe 73 navium et supplemento mittitur	413	
Lunae defectus (die 27. mensis Aug.): exercitus Atheniensium in Sicilia deletur, Nicias et Demosthenes occiduntur (mense Septembri)	413	91 4
Audita clade Ath. deficiunt Lesbii.		
Alcibiades in Asiam profectus sociis Ath. Chiis, Erythraeis, Clazomeniis, Milesiis, Rhodiis ut deficiant persuadet, societatem Persarum (Tissaphernis satrapae) et Lacedaemoniorum conciliat	412	92 1
Sed Samii, eiectis optimatibus et democratia institnta, fideles Atheniensibus se praebent, propterea libertate et immunitate donati. Ipsi Athenienses 1000 talenta, ad ultimam necessitatem seposita, promunt ad bellum fortiter gerendum.		
Democratia Athenis solvitur, rerumque administratio 400 optimatibus traditur, machinante Alcibiade, quo tutius in patriam, quod dudum cupit, revertatnr.	411	92 1
Euboea insula deficit	411	
Alcibiades ab exercitu ad Samum, opera praecipne Thrasybuli, receptus populiscito in patriam restituitur: potestas *quadringentorum* post quattuor menses solvitur	411	
Athenienses, Thrasybulo et Thrasyllo dncibns, Lacedaemonios pugna navali ad Sestum (Cynossema) vincunt. (Hic abrumpit *Thucydidis* historia, in exeunte belli anno 21.)	411	92 2
Mox Alcibiade duce totam hostium classem ad Cyzicum capiunt, Agis, Laced. rex, ex Attica repellitur, Lampsacus ab Ath. obsidetur	410	
Chalcedon et Byzantium ab Athen. recipiuntur: eorum res denuo efflorescunt, Peloponnesiorum aegre a Pharnabazo, Mysiae satrapa, sustinentur	409	

	a. Chr.	Olymp.
Alcibiades maximis rebus gestis Athenas reversus, ingenti populi laetitia excipitur	408	
Sed interim Lacedaemonii *Lysandrum* classi praefecerant, amicitia *Cyri (minoris)* valentem: is Atheniensium classem et *Antiochum* praefectum, cum Alcibiades forte abesset, ad Ephesum vincit, culpa in Alcib. confertur, imperium ei abrogatur, decem alii praetores mittuntur, inter quos Conon excellit	407	93 2
Conon in urbe Mytilene obsidetur a *Callicratida*, qui post Lysandrum classi Laced. praeerat: ad quem liberandum naves 110 celeriter Athenis auxilio mittuntur. Summa vi confligitur apud Arginussas insulas, perit Callicratidas, vincunt Athenienses	406	93 3
Sed 8 praetores Atheniensium, quod naufragos et mortuos non suscepissent, capitis damnati. *Socrates* Prytanis.		
Ranae Aristophanis aguntur, cum paulo ante Sophocles 90 annorum decessisset	405	93 3
Decesserat item in Macedonia Euripides anno ante, aetatis 75.		
Lysander, iterum classi praepositus, Athenienses ad *Aegos potamos* opprimit, navibusque exuit ita, ut solus Conon cum paucis navibus Cyprum ad Euagoram evadat	405	93 4
Lysander lento cursu Athenis appropinquat, Aeginetae et Melii collecti in patrias restituuntur. Peloponnesiorum exercitus sub Pausania rege in Atticam congregatur	405	
Athenae post diuturnam obsidionem deduntur (16. Munych. 22. April.), longi muri solo aequantur, respublica *triginta* viris (tyrannis) permittitur, Lacedaemoniorum rebus faventibus. Alcibiades insidiis eorum perit	404	93 4
Lysander Sami remp. optimatibus tradit. Hic belli 28 annorum finis	404	
Triginta viri octo menses Athenis dominantur, Theramenes a Critia accusatus occiditur.		
Thrasybulus Lyconis f. Phylen occupat, inde Piraeum	404	94 1
Critia in pugna occiso, et Pausania rege Lacedaemoniorum favente, vetus reip. forma restituitur. (Celebratur 12. Boëdrom. 24. Sept.) Oblivio rerum anteactarum sancitur, archonte *Euclide*. Thucydides historicus ex exilio revocatur	403	94 2
Cyrus, Lydiae satrapa, adiutus a Lacedaemoniis expeditionem suscipit adversus fratrem Artaxerxem regem, mense Aprili Sardibus profectus	401	94 3
Victo Cyro ad Cunaxa, decem milia Graecorum mercenariorum	401	94 4
duce *Xenophonte* post iter octo mensium revertuntur	400	
Socrates 70. aetatis anno supplicio afficitur	399	95 1
Cum *Tissaphernes* Graecas in Asia urbes opprimere conetur, Lacedaemonii exercitum eo mittunt, duce *Thimbrone*, qui adiunctis illis 10,000 militibus rem gerit	399	
Eodem tempore Lacedaemonii bellum gerunt cum Eleis, quibus victis Triphyliam et Cyllenen adimunt	399	95 ½
Thimbroni successor datus *Dercyllidas* Pharnabazum et Tissaphernem urget usq. ad a.	397	95 4
Agesilaus, Agide fratre mortuo in locum Leotychidis, Agidis f., rex Laced. factus, bellum in Asia gerendum suscipit, Lysandri in ea re consiliis usurus	396	
Tissaphernem fugat, Lydiam populatur	395	96 ½
Tissaphernem supplicio affectum *Tithraustes* secutus legatos in		

	a. Chr.	Olymp.
Graeciam, imprimis ad Thebanos, Athenienses, Corinthios, Argivos, cnm pecunia dimittit ad bellum contra Lacedaemonios movendum	395	
Illico Thebani, dum Phocenses premunt, Lacedaemoniis belli causam praebent. *Lysander* contra eos missus occiditnr in pngna ad *Haliartum*	395	96 2
Qno facto cum Athenienses suas copias Thebanis adiunxissent, Pansanias cnm altero exerc. Lacedaemoniorum hostes aggredi non ansus, Boeotia excedit, mox eam ob causam capitis damnatus.		
Lacedaemonii cum Arcadibus victoriam de hostibus ad Nemeam reportant	394	
Item *Agesilaus* domum revocatus, per Macedoniam et Thessaliam profectus, socios ad *Coroneam* vincit, sed ipse vulneratur nec utitur victoria	394	96 3
Eodem fere tempore, sed paulo ante, Lacedaemoniorum classis dnce Pisandro ad *Cnidum* a Pharnabazo et *Conone* Atheniensi devincitur. Harmostae Spartani eiiciuntur ex urbibus Asiaticis.	394	96 3
Corinthus factionibns lacerata sedes belli fit, quod Agesilaus et Iphicrates Atheniensis sustinent	393	
Classis Persica oram Laconicae populatur: *Conon* longos muros Atheniensium et Piraenm pecunia Persica restituendum curat	393	96 4
Agesilaus Corinthios premit, regionemqne depopulatur, sed mora Spartana ab *Iphicrate* intercepta conciditur (250 milit.)	392	96 4
Agesilaus expeditionem in Acarnaniam suscipit	391	97 2
Persae rursus Lacedaemoniorum rebus favent, Conon in vinculis habetur: Athenienses contra adiuvant Euagoram, Cypri regem, a Persis deficientem. Thrasybulus a Teleutia caeditur ad Aspendnm	390	
Plato philosophus agnoscitur: in Siciliam profectus		97 4
Aristophanes Plntum nltimam suo nomine fabulam docet	388	97 4
Iphicrates et *Chabrias*, optimi imperatores, Atheniensinm res snstinent, itaqne Laced. *Antalcida* in Asiam misso, cum Persarum rege ac satrapis pacem componunt, qna Graecarum in Asia civitatum libertas Persis proditur	388	98 1
Pax Antalcidea ab Atheniensibns accipitur, qnibns Lemnus, Imbrus, Scyrus insulae addicnntur. Ceterae civitates et insnlae sui iuris fiunt	387	98 2
Civitates Boeoticae secundum pacem liberantur, Plataeae restituuntur, Argivi Corintho excedunt. Mantineenses a Lacedaemoniis urbe sua recens condita exire et in vicis habitare coguntnr	386	98 3
Enagoras, rex Cypri, cum Persis classe dimicat	385	98 4
Nascuntur Demosthenes et Aristoteles	384	99 1
Phoebidas exercitum Lacedaemoniorum adversus Olynthum ducens, Cadmeam arcem Thebanorum occupat	383	99 2
Circa *Olynthum* opibus florentem ceterisqne eius regionis civitatibus imperantem acriter pugnant Lacedaemonii, ducibus Telentia, Agesipoli rege, et Polybiade.		
Isocratis Panegyricus scribitur	380	99 4
Tandem Olynthii 4. anno se dedunt et Lacedaemoniis submittunt	379	100 2
Etiam *Phliasii* ab Agesilao diu obsessi deduntur.		

	a. Chr.	Olymp.
Thebani exules coniuratione facta Athenis profecti patriam recuperant	379	100 2
Cleombrotus frustra adversus eos cum exercitu mittitur, quin etiam *Sphodrias*, Thespiis praefectus, imprudenter Athenienses irritat, ut foedus ineant cum Thebanis	378	
Itaque Ath. novo censu instituto alacres de renovando imperio maritimo (*συμμαχία*) cogitant		100 3
Eodem anno etiam Agesilaus impressionem facit in Boeotiam et Thebanorum agrum depopulatur. Chabrias, Atheu. dux.	378	100 3
Lysias orator 80 fere annorum mortuus	378	
Iterum Agesilaus exercitum contra Thebanos ducit eosque commeatu prohibet. Chabrias Thebanis auxilio est, postea bellum mari gerit.	377	100 4
Euagoras cum 10 annos cum Artaxerxe bellasset, pacem facere cogitur	376	
sed tertio anno post moritur.		
Cleombrotus a Thebanis transitu Cithaeronis montis prohibetur	376	
Itaque Laced. rem mari gerendam esse rati, Athenienses, Naxum obsidentes, aggrediuntur, sed vincuntur a *Chabria* (et *Phocione*) apud Naxum, qui multas Thraciae urbes Atheniensibus adiungit, eorumque imperium maritimum recuperat	376	101 1
Timotheus cum classe Athen. Corcyram capit, Lacedaemoniorum classem superat	375	
Inde pacem cum Laced. faciunt Athenienses, Thebanis, qui Boeotorum urbes subiecerant, invidentes, sed mox bellum integrascit	374	
Iason eo tempore *ταγὸς* Thessalorum magnis opibus floret.		
Lacedaemonii imperium maritimum recuperaturi Corcyraeos obsident. Quibus cum Timotheus auxilium non tulisset, Athenis accusatur et ad regem Persarum se confert. Paulo post *Iphicrates* cum Chabria et Callistrato praetores fiunt, sed dum morantur, Corcyraei Lacedaemonios vincunt. Intercipit tamen Iphicrates 10 naves, a Dionysio tyranno Lacedaemoniis auxilio missas	373 372	101 $\frac{3}{4}$ 101 4
Achaiae urbes Helice et Bura terrae motu delentur, Plataeae a Thebanis evertuntur	373	101 4
Agitur Spartae de pace Graecarum civitatum, a qua Thebani, cum Boeotos liberare nollent, a Lacedaemoniis excluduntur	371	102 1
Cleombrotus, armis belloque eos coacturus, ex Phocide in Boeotiam impressionem facit, sed eum Thebani, duce *Epaminonda*, proelio ad *Leuctra* (5. Hecatomb. 6. Iul.) commisso devincunt	371	102 2
Statim Arcades a Laced. deficiunt: Megalopolim condunt, Mantineam restituunt	370	
Iason Pheraeus necatur; post eum, intervallo unius anni, Alexander Pheraeus regnat.	370	102 3
Eodem tempore Macedonum rex Amyntas II moritur post regnum 24 annorum: cui tres filii pueri deinceps succedunt, Alexander II (m. 368), Perdiccas III (primum sub tutore Ptolemaeo Alorite), Philippus.	369	102 3
Thebani Arcades adiuturi hieme irrumpunt in Peloponnesum, ducibus praecipue *Epaminonda* et *Pelopida*, Laconicam populantur, Messenen restituunt. Ath. contra foedus faciunt partito imperio cum Laced., iisque *Iphicratem* auxilio mittunt.	370/369	102 3
Iterum Thebani expeditionem in Peloponnesum suscipiunt, *Epa-*		

	a. Chr.	Olymp.
minonda duce. *Chabrias* Ath. coniunctus cum Lacedaemoniis, quibus etiam Dionysius tyrannus auxilia mittit	368	102 4
Pelopidas in Thessaliam missus capitur ab Alexandro Pheraeo, liberatur opera Epaminondae	368	103 1
Idem tertium in Peloponnesum irrumpit Achaeosque ad societatem cum Thebanis adigit	367	103 2
Pelopidas ad regem Persarum legatus proficiscitur. Ibidem aliarum Graecarum civitatum legati sunt	367	103 2
Philiscus ab Artaxerxe missus, cum frustra pacem reconciliare studuisset, Lacedaemonios pecunia adiuvat, qui duce *Archidamo* incruentam de Arcadibus victoriam reportant	367	
Oropus ab Atheniensibus ad Thebanos deficit	366	103 3
Corinthii eorumque socii Phliasii pacem faciunt cum Thebanis, item *Argivi;* Lacedaemonii tamen ad pacis condiciones descendere nolunt, ne Messeniam amittant	365	103 3
In Macedonia *Perdiccas III* sublato Ptolemaeo regnum adeptus, triginta obsides Thebanis tradit, interque eos *Philippum*, fratrem suum	365	103 4
Epaminondas cum classe Thebanorum usque ad Hellespontum navigat	364	103 4
Novum bellum in Peloponneso eruperat inter *Arcades* et *Eleos*. Hi frustra ius suum ludorum Olymp. curandorum armis tuentur. Pisaei et Arcades ludis praesunt	364	104 1
Orchomenus a Thebanis propter agitata defectionis consilia deletur	364	
Pelopidas in bello contra Alexandrum Pheraeum victor occumbit	364	
Demosthenes primam orationem habet contra tutores suos	364	104 1
Arcades pacem faciunt cum Eleis, sed inter semet ipsi discordant	363	
Thebani *Epaminondam* quartum cum exercitu in Peloponnesum mittunt, prohibiturum ne Lacedaemonii priorem potentiam recuperent et Arcades sibi adiungant, fit (12. Scirophor. i. e. 3. Iul.) pugna ad *Mantineam*, in qua Epaminondas victor moritur. (Huc usque Xenophon historiam composuit.)	362	104 2
Pacem faciunt civitates belligerantes praeter Lacedaemonios, libertatem Messeniorum non ferentes	362	104 3
Agesilaus in Aegyptum proficiscitur ad Tachum, cuius classi praeest *Chabrias* Atheniensis. Tacho mox succedit Nectanebus. Agesilaus domum revertens moritur	361	104 3
Alexander Pheraeus circa hoc tempus a fratribus uxoris suae occiditur.		
Athenienses cum Olynthiis de Amphipoli contendunt	360	105 1
PHILIPPUS Thebis in Macedoniam reversus, tutorque factus Amyntae, fratris (Perdiccae III qui ab Illyriis caesus erat) filii, regnum occupat 23 annos natus	359	105 1
Argaeum regni aemulum ab Athen. adiutum vincit, cum Atheniensibus, liberata Amphipoli, pacem facit	359	105 2
Sed, Paeonibus et Illyriis victis, denuo Amphipolim bello premit, dum Athenienses in Euboea contra Thebanos dimicant	357	105 3
Socii Atheniensium (Chii, Coi, Rhodii, Byzantii) deficiunt.	357	
Bellum sociale incipit. *Chares* ad oppugnandam Chium missus male rem gerit, *Chabrias* in portu cum nave sua perit	357	105 4

Digitized by Google

	a. Chr.	Olymp.
Neque postea Ath. feliciores sunt, discordantibus eorum praetoribus Charete, Menestheo, Iphicrate, Timotheo.		
Interim Philippus primum bellum cum Atheniensibus gerens (357—346) Amphipolim et Pydnam sibi, Potidaeam Olynthiis	356	
expugnat, quo ipso tempore *Alexander* illi filius ex Olympiade, regis Molossorum f., Pellae nascitur, mense Boëdrom. (Septemb.)	356	106 1
Ath. pacem faciunt cum sociis olim suis (Isocratis oratio de pace)	355	106 1
Timotheus et Iphicrates iniuste accusantur Athenis, Timotheus etiam multatus in exilium it. *Demosthenes* in populi contione orationes habere coepit	354	106 3
PHOCENSES, Philomelo duce, ab Amphictyonibus multati stimulantibus Lacedaemoniis eorumque rege Archidamo, faventibus etiam Atheniensibus, templi Delphici curam ad se trahunt, Delphosque armis obtinent	355	106 1
Bellum sacrum praecipue a Thebanis et Locrensibus contra eos geri coeptum, ducibus Phocensium deinceps *Philomelo*, *Onomarcho*, *Phayllo*, fratribus, et Onomarchi filio *Phalaeco*.	355	106 2
Philomelus, sacra pecunia usus, conductis mercenariorum copiis, cum Locrensibus et Thessalis feliciter pugnat, sed a Thebanis caeditur et occiditur	354	106 3
Moritur Timotheus Chalcide eodemque fere tempore Iphicrates	354	106 3
Onomarchus impudentius thesaurum dei aggressus vicinos premit. Thessali Philippum advocant, qui, diruta primum Methone, ab Onomarcho superatur	353	106 4
Sed novo exercitu coacto Onomarchum caedit, tyrannos Pheris eiicit, Pagasas capit, cum per Thermopylas irrumpere in Phocidem conaretur, ab Athen. prohibetur. Tum in Thracia pugnat.	352	106 4
Demosthenis prima oratio Philippica	351	107 1
Interim in Peloponneso bellum geritur inter Lacedaemonios et Megalopolitas, et utrorumque socios Phocenses et Thebanos	351	107 1
Mausolus, Cariae regulus, moritur, cui supervivit Artemisia uxor (usque ad 349)	351	107 2
Thebani exhausti bello Phocensi; amissis iam Orchomeno et Coronea, a rege Persarum pecunia sublevantur	351	
Euboeae rebus et Athenienses et Philippus immiscentur.		
Phocion suos obsidione liberat apud Tamynas	350	107 2
Olynthii, a Philippo oppugnati, Atheniensium auxilium implorant (Demosthenis prima et altera oratio Olynthiaca.)	349	107 4
Quamvis tertia oratione Demosthenes adhortetur Athenienses, Philippus urbes Chalcidices capit nec Chares Olyntho laboranti opem fert	348	107 4
Eam urbem Philippus, dum Athenienses viribus parcunt, proditione captam funditus evertit, Chalcidicen regno suo adiungit	348	108 1
Plato mortem obit, impleto 81. vitae anno. *Aristoteles* ad Hermiam Atarnes tyrannum se confert	347	108 1
Legati Ath. ad Philippum de pace mittuntur (inter eos *Philocrates*, Ctesiphon, Aristodemus, Aeschines, Demosthenes), remittit Philippus Antipatrum, Parmenionem, Eurylochum. Pax decernitur 19. Elapheb. (16. Apr.)	346	108 2
Quam prius quam iuret Philippus Cersobleptem Thraciae regulum destruit, in pace Phocenses excipit.		

	a. Chr.	Olymp.
Legatos Ath. domum revertentes sequitur Philippus, Thermopylas intrat, cum Thebanis coniungitur, et ultorem dei parentemque se decreto Amphictyonum professus, Phocenses ingenti exercitu ita terret, ut 23. Sciroph. die (17. Iul.) se subiiciant	346	108 2
Decreto Amphictyonum (i. e. Thebanorum et Thessalorum) urbes Phocidis praeter Abas (22 numero ait Demosth.) munimentis privantur, gens exarmata templo stipendiaria subiicitur, eius loco ipse Phil. in concilium Amphict. recipitur	346	108 3
Mercenarii, impetrato cum Phalaeco libero abitu, mox partim in Creta, partim in bello cum Eleis pereunt.		
Demosthenes orat. de pace habita Atheniensibus suadet ut rata habeant quae mutari nequeant	346	108 3
Timoleon a Corinthiis Syracusas mittitur, Dionysium tyrannum eiecturus	345	108 4
Philippus rebus Peloponnesiorum se interponit, Eleos sibi adiungit, Messenios et Argivos adversus Lacedaemonios defendit	344	
Demosthenis Philippica altera	344	109 1
Et illic et in Acarnania Philippo adversautur Ath., de Halonesi ins. possessione cum eo contendunt	343	109 $\frac{1}{2}$
Aeschines a Demosthene male gestae legationis accusatur	343	109 2
Philippus Epirotis Alexandrum regem imponit	343	109 2
Aristoteles philosophns ad Alexandrum adolescentem 15 annorum instruendum in Maced. vocatur	342	109 2
Philippus in Thracia versans, dum opes suas augere studet, cum Atheniensibus (Diopithe praet.) rixatur	342	
Epicurus Sami nascitur. Demosthenis Philippica tertia	341	109 3
In Euboea *Phocion* res Athen. contra partes Macedonum sustinet	340	110 1
Interim Philippus fortiter rem aggressus Cersoblepte deiecto ac regno Odrysarum capto Perinthum et Byzantium oppugnat	340	110 1
Itaque Ath. cum pacem ruptam censuissent armis agunt: cum Chareti non successisset, Phocion Philippum a Byzantii obsidione abstinere cogit	339	110 1
Locri Amphissaei ab Amphictyonibus impietatis damnati postquam armis a Cottypho Pharsalio cogi non potuerunt, id bellum gerendum Philippo demandatur a concilio prim. vere	338	110 2
Phil. subito intra Thermopylas apparens Elateam occupat mense Sciroph. (Iunio)	338	
Ath. irati ac sibi communique libertati timentes 17. Sciroph. Demosthene auctore foedus cum Thebanis ineundum decernunt.		
Utrique, ducibus Charete et Theagene, cum Macedonibus confligunt 7. Metagitn. (2. August.) ad *Chaeroneam* et turpiter vincuntur. Isocrates moritur	338	110 3
In Thebanos graviter consulit Philippus: exules reducuntur, Cadmea praesidio Macedonum obtinetur, concilium Boeoticum tollitur, Orchomenus, Thespiae, Plataeae restituuntur.		
Athenienses *Demadis* opera pacem aequam impetrant: inter socios Macedonum ut recipiantur ipsi postulant.		
Concilium Graecorum Corinthi agitur: *Philippus dux belli contra Persas gerendi* declaratur	337	
Sed quo tempore praemissis Parmenione et Attalo bellum praeparat, nuptiasque Cleopatrae filiae cum Alexandro Epirota celebrat, a Pausania Macedone Edessae in theatro interficitur	336	111 1

II. RES MACEDONUM, POSTQUAM IMPERIO GRAECIAE POTITI SUNT.

1. Regnum Alexandri Magni.

	a. Chr.	Olymp.
Philippo interfecto, *ALEXANDER*, eius filius, rex Macedonum fit, 20 annos natus	336	111 1
Corinthum profectus Graecorum nascentem seditionem opprimit, foedera Philippi patris renovat, ab omnibus praeter Spartanos imperator adversus Persas constituitur	336	111 1
Thraces, Triballos et Illyrios vincit, imperium detrectantes	335	111 1
Interim *Thebani* a Macedonibus deficiunt. Alexander cito cum exercitu adest, victis Thebanis urbem ipsam capit ac diruit (Eleusiniorum tempore, circa Cal. Octobr.)	335	111 2
Atheniensibus eum placant Phocion et Demades. Sed Charidemus dux mercenariorum in exilium mittitur.		
Aristoteles sedem Athenis in Lyceo capit		111 2
Alexander bellum contra Persas diu agitatum movet, Hellesponto traiecto Persarum satrapas (mense Thargel. i. e. Maio) ad *Granicum* amnem fugat, Asiae oram et urbes Graecas occupat, Halicarn. expugnat praeter arcem	334	111 2/3
Memnon Rhodius Persarum praefectus in eo est, ut cum classe in Graeciam naviget, cum Mytilenis moritur	333	111 3
Lyciam Al. subigit summa hieme, vere Gordii omnes copiae congregantur, media aestate Tarsi graviter decumbit, mense Maemacterione (Novembri) cum Dareo confligit ad *Issum* in Cilicia. Damascum Parmenio capit, ipse Tyrum obsidere incipit	333	111 3/4
Tyrum septem mensibus expugnat, mense Hecatomb. (Iul.)	332	112 1
Gazam capit mense Septembri, inde septimo die Pelusium Aegypti propugnaculum venit. Tota Aegyptus facile Macedonum fit	332	112 1
Media hieme Alex. iter ad Iovem Ammonem suscipit, in quo Alexandria condi iussa	33 2/1	112 1
Primo vere Memphi proficiscitur in Phoenicen et Syriam	331	
Medio anno Thapsacum venit	331	112 2
Euphrate Tigrique amnibus traiectis iterum cum Dareo confligit mense Pyanepsione (Calendis Octobribus) ad Gaugamela s. *Arbela*	331	112 2
Babylone exercitum recreat per 34 dies (mense Novembri). Inde per Sittacenen et Susianam ad portas Persicas procedit.		
In Graecia interim novi motus ab Agide II rege Lacedaemonio concitantur. Sed eum *Antipater* fortissime pugnantem vincit et occidit ad Megalopolim. Succedit Agidi Eudamidas frater	330	112 2
Alexander Epirota ad Pandosiam in Bruttiis occiditur	330	112 2
Aeschines et Demosthenes orationibus contrariis *de corona* certant, victus Aeschines in exilium abit Rhodum	330	112 3
Alexander anni initio in aditu Persidis dimicat, Persepolim capit, interiora Persidis percurrit, inde in Mediam tendit. Ecbatana capit	330	112 2
Medio anno (mense Hecatomb.) *Dareus* in fuga trans portas Caspias a Besso interficitur	330	112 3
Tum Alexander Hyrcania subacta Parthienen et Ariam et Drangianam, ubi Philotae patrisque eius Parmenionis insidias punit, et Arachosiam victor peragrat.		

	a. Chr.	Olymp.
Paropamiso hieme multoque cum labore superato Bactra intrat, Oxum amnem traiicit, Bessum proditum capit, Scythas pellit et Maracaudis in potestatem redactis usque ad Iaxartem, ab hac parte finem regni, procedit	329	112 $\frac{3}{4}$
Nec hiematio quieta propter crebras rebelliones. Cliti caedes.		
Vere Sogdiani pacantur, eorumque petrae capiuntur	328	112 4
Ibi inter pignora rebellium Oxyartis Bactrii filia *Roxane* pulchritudine regis animum ita movit, ut eam rite uxorem duceret.		
Bactris copiae congregantur ad expeditionem Indicam: ibi puerorum regiorum coniuratio fit, cui implicatur *Callisthenes* Olynthius rhetor: aestate Alex. Paropamisum superat	328	113 1
Nicaeam venit, divisoque exercitu Hephaestionem ad Indum mittit, ipse populos (Nysaeos) cis Indum in potestatem redigit, Aornon capit.		
Indo traiecto Taxiles rex sese dedit, rex Porus trans Hydaspen vincitur et capitur	327	113 $\frac{1}{2}$
Acesines et Hydraotes amnes traiiciuntur, sed ultra Hyphasim procedere nolunt Macedones.		
Itaque redit Alex. ad Hydaspen, et parte exercitus navibus imposita, parte ad ripam sequi iussa, per Hydaspen in Indum, per Indum Pattala usque proficiscitur (novem mensibus, a Novembri 327 usque ad Iulium 326.)	327	113 2
Diviso exercitu ipse rex Oceano adito per Oritas et Gedrosiam et Caramaniam in Persidem redit. Sed in itinere a finibus Oritarum per Gedrosiam desertam usque Pura (60 diebus) maiorem partem exercitus perdit.	326	113 3
Nearchus cum classe (mense Octobri) profectus littus legens 129 diebus ad ostia Tigridis pervenit.	32$^{6}_{5}$	
Alex. Susis nuptias suas et ducum et plurimorum aliorum Macedonum (*ὑπὲρ τοὺς μυρίους* Arr. 7, 4) celebrat, ipse praeter Roxanen maximam Darei filiarum Statiram (alii Arsinoen vocant) ducit, Hephaestio minorem Drypetim, Craterus Amastrim, Darei fratris filiam (quae postea Lysimacho nupsit)	325	113 3
Cum Persas iuvenes Macedonicis armis instrueret, veteranosque suos militia solveret, seditio militum fit Opi ad Euphratem.		
Qua sedata Ecbatana profectus certamina utriusque generis peragit, inter quae *Hephaestio* intimus Alex. familiarium moritur	325	113 4
Cossaeis devictis Alex. Babylonem proficiscitur, ubi legationes plurimarum gentium ad eum conveniunt	324	
In Olympicis ludis Alex. exules a civitatibus Graecis restitui iubet	324	114 1
Athenis causae Harpalicae aguntur, quod Harpalus Babyloniae praefectus interversis V mil. talentum Athenas venerat, et corrupisse complures oratores dicebatur. Demosthenes multatus 50 tal. in exilium abit (Aeginae et Troezene plurimum versans).	324	
Babylone *ALEXANDER*, dum bellum Arabicum praeparat, febri *moritur* post regnum duodecim annorum et octo mensium (11. Iun. vid. Ideler. Chron. I p. 407), archonte Hegesia	323	114 1
Eodemque die Corinthi *Diogenes* Cynicus.		

2. Contentiones ac bella inter duces et successores Alexandri Magni, usque ad constitutum certum rerum ordinem, a. circ. 278.

	a. Chr.	Olymp.
Alexandro mortuo duces militum de rebus pro tempore ordinandis consulunt	323	114 1
A phalange Macedonum, quae, auctore *Meleagro*, *Philippum Arrhidaeum*, Phil. f., mente captum, solum regem volebat, equites, duce *Perdicca*, secedunt.		
Meleagro interfecto instituuntur reges *Arrhidaeus* et *Alexander* modo natus Alex. M. et Roxanes filius, tutores eis dantur *Antipater* et *Craterus* in Europa, *Perdiccas*, qui idem dux erat equitum Maced., et *Leonnatus* in Asia. Distribuuntur praefecturae: *Antipater* et *Craterus* Macedoniam cum Graecia, *Lysimachus* Thraciam, *Leonnatus* Phrygiam ad Hellespontum, *Antigonus* Phrygiam maiorem, *Cassander* (Asander) Cariam, *Eumenes* Cappadociam, *Laomedon* Syriam, *Ptolemaeus* Aegyptum, *Pithon* Mediam, *Peucestes* Persidem regendas accipiunt.		
Athenienses signum repetendae libertatis tollunt: adiunguntur Peloponnesiorum Argivi, Epidaurii, Sicyonii, Troezenii, Elei, Phliasii, Messenii, extra Isthmum Locri, Phocenses, Thessali plerique, Carystii, Aetoli cum Acarnanibus.		
Demosthenes revocatur. *Leosthenes*, Ath. dux, *Antipatrum* ad *Lamiam* vincit et obsidet, sed ipse paulo post moritur	323	114 2
Leonnatus, qui auxilio Antipatro venit, in pugna interficitur.		
Sed mox *Antipater* adiuncto sibi *Cratero*, Graecos ad Cranonem (7 Metag., 5. Aug.) vincit. Praesidium Macedonicum in Munychia, portu Athen., imponitur, popularis reip. status tollitur, *Demosthenes* et *Hyperides* oratores damnati, hic (9 Pyan. 5. Oct.) Aeginae, ille (16 Pyan. 12. Oct.) circa Calauriam capti morte afficiuntur. Phocion reip. Athen. praeest.	322	114 3
Eodem quo Demosthenes tempore Aristoteles Chalcide, quo se Athenis contulerat, morbo decedit, 63 annorum.		
Perdiccas *Eumeni* Cappadociam et Paphlagoniam armis subiicit	322	114 2
Contra *Perdiccam* intemperanter potestate utentem (nam Antigonum Phrygia expulerat) conspirant ceteri duces. Antipater et Craterus confecto bello Lamiaco, sed omissis Aetolis, Hellespontum copias traiiciunt; *Eumenes*, Perdiccae partes secutus, *Neoptolemum* et *Craterum* vincit et in pugna occidit, sed eodem tempore ipse *Perdiccas* in Aegypto male re gesta a militibus suis interficitur (ante medium annum)	321	114 3
Antipater rebus Macedonum praeficitur et novam provinciarum distributionem instituit. *Seleucus* Babyloniae praeficitur, Antigonus restituitur, *Eumenes* hostis Macedonum indicatur	321	114 4
Antigonus, cui bellum contra Eumenem gerendum mandatum est, Nora, quo ille receptaculo utitur, in finibus Lycaoniae et Cappadociae, expugnare non potest.		
Antipater octogenarius moriens *Polysperchontem* tutorem regum, *Cassandrum*, filium suum, equitum regiorum praefectum instituit	319	115 2
Cassander, cui Alexander fil. cum Roxane favent, bellum movet contra Polysperchontem et Philippum Arrhidaeum. Athenienses, a Polysp. ad arma et libertatem vocati, *Phocionem* (85 annos natum) capitis condemnant, sed mox a Cassandro ad deditionem compulsi *Demetrio Phalereo* regendi traduntur	318	115 3

3*

Digitized by Google

	a. Chr.	Olymp.
Ex hoc fere tempore Theophrastus, Aristotelis sncccessor, Athenis docet.		
Polysperchon (et reges) *Eumenem* ducem regiorum in Asia exercituum esse inbent eiqne bellum contra *Antigonum*, obsequium denegantem, mandant gerendum	318	115 2
Eumenes, cum Argyraspidas secum coniunxisset, in superioris Asiae provincias recedit	317	115 4
Vincit Antigonnm ad Pasitigrim amnem, iterum in Perside	316	116 1
Sed post alind proelium ab Argyraspidis proditur et necatur iussn Antigoni	315	116 1
Interea odia regiae familiae in bellum necemque eruperant. Olympias, mater Alex. M., cum Roxane et Alex. pnero contra Philippum Arrhidaeum eiusque uxorem Eurydicen in acie stetit, vicit, adversarios captos necavit	317	115 4
Sed Cassander e Graecia in Macedoniam reversus eam Pydnae obsedit, urbem fame cepit, Olympiadem snpplicio affecit, Thessalonicen, Philippi filiam, ipse in matrimonium duxit, Roxanen et Alex. puernm captos tenet	315	116 1
Antigonus, totius Asiae dominus factus, *Seleucum*, Pithonem, Peucestem provinciis spoliat. Seleucus ad Ptolemaeum in Aegyptum fugit, nnde fit, ut Ptolemaeus, Lysimachus, Cassander contra Antigonum conspirent	315	116 2
Graecia bellis ab Antigono et Polysperchonte contra Cassandrum gestis laceratur. Sed ibi tandem victor existit Cassander	314 313	
Antigonus et eius filius *Demetrius* cnm Cassandro in Asia minore, cum Ptolemaeo in Syria bellum gerunt	312	
Seleucus interea Babyloniam ac Mediam recnperat (Aera Seleucidarum Cal. Octobr.) et quinque annis totam Asiam superiorem in snam potestatem redigit, unde Nicator appellatur.	312	117 1
Pax facta, nt Graecae civitates liberae essent, Cassander Macedoniam, Lysimachus Thraciam, Ptolemaeus Aegyptum, Antigonus vero ceteram Asiam haberet, — donec Alexander adolesceret	311	117 2
Cassander regem puerum Alexandrum eiusque matrem Roxanen, quos in arce Amphipolitana captos asservarat, necandos curat	310	117 2
Qno facto Polysperchon Herculem, Alex. M. filinm ex Barsine, Mentoris vidua, Pergamo ad se in Graeciam vocat, et exercitn collecto in Macedoniam ducit. Sed Cassandri condicionibus captus Herculem in Stymphaeis veneno necat	309	117 3
Cleopatra, Philippi f., vidna Alexandri Epirotae Sardibus auctore Antigono interempta	308	118 1
Bellnm rursus exardescit, dum quisqne Graecos, spe libertatis irretitos, ad se trahere studet. Demetrius, Antig. f., Athenas occupat, Demetrius Phalereus ad Cassandrum, anno 296 in Aegyptum abit, status popularis post annos XV restituitur	307	118 1
Epicurus philosophus Athenis sedem ponit	307	118 2
Demetrius a patre auxilio vocatus Graeciam omittit, Ptolemaei classem ad Salaminem in Cypro devincit	306	118 2
Antigonus et *Demetrius*, victoria de Ptolemaeo elati, *reges* appellantur, ceteri eorum exemplum imitantur, ut quinqne regua ex nno fiant.		
Neque tamen Antigono res in Aegypto procednnt	306	118 3
nec Demetrins, qnamquam adhibitis omnibns artibus, (Poliorcetes ob eam rem appellatus) *Rhodum* expugnare potest	305 304	

Digitized by Google

	a. Chr.	Olymp.
Pace cum Rhodiis facta Demetrius in Graeciam reversus, bellum feliciter adversus Cassandrum gerit,	303	119 1
eumque ad Macedoniam usque persequitur, sed a patre in Asiam revocatur	301	119 3
Ubi *Lysimachus* et *Seleucus* copiis coniunctis Antigonum et eius filium ad *Ipsum* in Phrygia devincunt (mense Augusto), Antigonus octogenarius in pugna interficitur	301	119 4
Syriam Seleucus, Asiam minorem Lysimachus occupat. Ciliciam Plistarchus, Cassandri frater, accipit; Ptolemaeus quas terras interim ceperat, Phoenicen ac Coelesyriam retinet. Athenienses a Demetrio desciscentes sui iuris fiunt (Olympiodorus). Demetrius tamen aliquas Asiae minoris urbes et Cyprum et Tyrum Sidonemque praesidiis, mare navibus obtinet.		
Stratonicen, filiam suam e Phila, Antipatri f., Seleuco collocat, Ciliciam capit, Athenas Lachare tyranno, quem Cassander imposuerat, expulso praesidioque in portibus et in museo imposito coercet	299	120 2
Possessionem Corcyrae Cassandro Agathocles rex Syracusanus eripit	299	
Cassander in Macedonia moritur	296	121 1
Eius filii de regno certant inter se. Nam Philippo mortuo, Antipater matrem suam Thessalonicen, ultimam stirpem veterum regum, interficit, sed ipse ab Alexandro eiicitur.		
Spartam Demetrius obtinere non potest: et interim quidquid in Asia possederat, ab Lysimacho, Seleuco, Ptolemaeo occupatur.		
Idem Alexandro, Cassandri filio, occiso *rex fit Macedoniae*	294	121 3
et cum *Pyrrho*, Epirota, regni aemulo, feliciter bellum gerit.		
Menander, poëta comicus, Cephisiensis ex Attica, 52 annorum moritur	(292)	122 1
Demetrius cum Macedonia non contentus maiora petat, *Lysimachus* et *Pyrrhus* in Macedoniam irruptionem faciunt. Demetrius a Macedonibus deseritur et fuga salutem quaerit, *Macedonia potitur* primum Pyrrhus, deinde (7 mensibus post)	287	123 1
Lysimachus	286	123 2
Demetrius postquam Thebis libertatem restituit, Athenas seditione amisit, reliqua, quae in Graecia tenuerat, Antigono Gonatae filio tradit, in Asiam transit, sed ab Agathocle, Lysimachi filio, victus tandem eo adigitur, ut Seleuco genero se captivum tradat	285	123 3
Apud quem Apameae, Syriae oppido, in captivitate anno aetatis 54 moritur. Sepelitur a filio Demetriade	283	124 2
Ptolemaeus ὁ σωτήρ, infensus maiori filio *Ptolemaeo Cerauno*, qui apud Lysimachum refugium quaesivit, regni consorte et herede instituto *Ptolemaeo Philadelpho*, suo et Berenices filio,	285	
moritur 84 annorum	283	124 2
Lysimachus ab uxore Arsinoë deceptus Agathoclem filium suum interficiendum curat	283	124 2
Fiunt eam ob causam fugae et defectiones principum regni.		
Seleucus paene octogenarius contra Lysimachum bellum movet, eum in Phrygia vincit et occidit med.	281	124 4
Septem mensibus post victor *Seleucus* in Macedoniam proficiscens prope Lysimachiam a Ptolemaeo Cerauno furtim occiditur	280	124 4
Antiochus, Seleuci filius, Syriam Asiamque superiorem, *Ptolemaeus* Macedoniam et Thraciam tenet. (Pyrrhus Epirota		

	a. Chr.	Olymp.
eodem tempore in Italiam traiicit.) Gentes et civitates Asiae minoris sui iuris fiunt.		
Philetaerus, Lysimachi praefectus Pergami, regni Pergameni fundamenta iacit.		
Quattuor urbes *Achaeorum*, Dyme, Patrae, Tritaea, Pharae, veterem Achaeorum societatem restituunt, quinto anno post (276, Ol. 125,4) accedit Aegium, mox decem urbes (praeter illas Cerynea, Bura, Pellene, Aegira, Leontium) fiunt.	280	124 4
Ptolemaeus Ceraunos 9 mensibus post Seleuci necem a *Gallis*, Belgio duce in eas terras irrumpentibus, vincitur et occiditur	280	125 1
Meleager, Ptolemaei frater, *Antipater*, Cassandri filius, rerum statu maxime perturbato, per breve tempus dignitate regia fruuntur. Tum *Sosthenes*, nobilis Macedo, belli dux eligitur.		
Alius Gallorum exercitus in Graeciam irruit, Graecae civitates coniunctis copiis Thermopylas aliquamdiu defendunt, sed Brennus cum magna parte exercitus circa Delphos perit	279	125 2
Sosthene a Gallis occiso, *Antigonus Gonatas* (*Γονατᾶς*), Demetrii pius filius, qui adhuc Corinthum et Peloponnesi partem tenuerat, Macedoniae rex fit	277	125 4
Gallorum aliae turbae, Thraciam depopulatae, in Asiam traiiciunt, mercede conducti a *Nicomede*, rege Bithyniae, dimicant, totam Asiam minorem bellis ac vastationibus miscentes.	279	125 2
Galatiam sive Gallograeciam propriam sedem occupant	278	125 3

Hucusque variam imperii Macedonici fortunam et contentiones principum uno tenore explicuimus, cum incerti rerum eventus et repetita bella nusquam nos insistere paterentur. Nunc demum, cum et Seleucus interfectus et Antigonus, Demetrii filius, Macedoniae regnum adeptus est, tria potentissima regna, *Macedoniam*, *Syriam*, *Aegyptum*, facile discernas. Neque vero historia liberarum in Graecia civitatum a Macedonia disiungenda est, cum eadem utrisque fata fuerint, et Macedonum reges fere semper principatum Graeciae servarint. Quae praeterea regna in Asia minore extiterunt, Bithyniae, Pergami, Cappadociae, Ponti, Armeniae, ea vix per se digna videbantur, quae his tabulis recenserentur, neque eorum memoria servata est, nisi per opportunitatem bellorum ab aliis populis gestorum, quibus media interiecta erant. Veruntamen regum *Pergamenorum* per aliquod tempus florentium et *Bithynorum* breves annales adiecimus, ne quid deesset, quod ad historiam Romanorum melius intelligendam pertineret.

---

3. Regnum Macedoniae, una cum Graeciae liberis civitatibus.

Reges Macedonum ex posteris Demetrii Poliorcetae.

	a. Chr.	Olymp.
Antigonus Gonatas pace facta cum Antiocho, Seleuci filio, et Gallorum exercitu victo, regnum Macedoniae obtinet, ab a.	277	125 4
Quo tempore *Zeno* Cittiensis phil. Athenis floret.		
A *Pyrrho* Epirota, ex Italia reverso, Antig. tota prope Macedonia eiicitur	274	126 3
Pyrrhus in Peloponnesum progressus nec Spartam capere potest, et ab Argivis Antigono faventibus interficitur	272	127 1
Antigonus Macedoniam recuperat, et virtute Demetrii filii contra Alexandrum Pyrrhi filium defendit.		

Digitized by Google

	a. Chr.	Olymp.
Graeciae rebus implicatur, tyrannorum opibus favens, Athenis potitur et praesidium imponit (bellum Chremonideum), Acrocorinthum occupat.		
Aratus Sicyonem, urbem patriam per 50 annos a tyrannis oppressam, in libertatem vindicat eamque concilio Achaeorum adiungit	251	132 1
Primnm praetor (στρατηγός) fit Achaeorum	245	133 4
Idem Corinthum capta arce a Macedonibus liberat, et conciliandis aliis civitatibus (Megaris, Troezene, Epidauro) Achaeorum opes augere studet	243	134 2
Antigonus, rebus Macedoniae optime constitutis, moritur et *Demetrium II* filium successorem habet	240	135 1
Agis III, rex Spartae, Lycurgi leges ac veterem reip. formam restituere conatus, bieunio post ab adversariis superatus occiditur. *Leonidas*, eius inimicus, Eurypontidarum familia extincta, solus regnat	241	134 4
Demetrius II moriens Philippum filium regni heredem relinquit: cuius impuberis tutor *Antigonus Doson* regnat ab a.	233	136 4
Quo tempore Aratus Megalopolim, Argos aliasque Peloponnesi civitates, eiectis tyrannis, Achaeorum communi adiungit, et Athenas praesidio Macedonico pecunia corrupto liberat	232	137 1
Cleomenes III, Leonidae filius, rex Spartanus (ab a. 236), consilia Agidis suscipit.		
Cum Achaeis feliciter bellum gerit, eaque opportunitate usus Lycurgi leges restituit, ephororum potestate sublata agroque inter cives diviso	225	138 ¾
Cum pax non convenisset, in Achaiam irrumpit, Pellenen, Argos aliaque oppida capit, Corinthi arcem obsidere incipit	224	139 1
Achaei, auctore Arato, Antigonum Maced. regem contra Lacedaem. eorumque socios Aetolos arcessunt, eique ad fidem societatis Acrocorinthum tradunt. (Bellum Cleomenicum trium annorum)	223	139 1
Cleomenes Argivorum defectione Isthmum omittere cogitur, Antigonus Peloponnesum intrat. Cleomenes cum Ptolemaeo paciscitur matremque ac liberos in Aegyptum mittit	223	139 2
Macedones Tegeam, Orchomenum, alia oppida capiunt; Mantinea ab iis capta interit (post Antigonea dicta). Megalopolis a Cleomene occupata incenditur	222	
Antigonus cum exercitu in Laconicam irrumpit, et Spartanis ad *Sellasiam* devictis, urbe potitur. Restituuntur ephori, Cleomenes in Aegyptum abit	221	139 4
(ubi triennio post perit).		
Heraclidarum regnum Spartanum finitur: Spartani ad priorem ignaviam redacti, ab eo inde tempore inter Aetolorum et Macedonum partes dubii haesitant, mox tyrannorum dominatu premuntur.		
Antigonus paulo post in Macedoniam reversus, victoria de Illyriis reportata, decedit: eum sequitur *Philippus III* 16 annorum, adolescens optimae spei, sed ab assentatoribus corruptus	220	139 4
Achaei bello petiti ab Aetolis victique ad Caphyas Philippi auxilium invocant: inde *bellum sociale* oritur. (In partibus Aetolorum Elei et Lacedaemoniorum rex Lycurgus)	220	140 1
Philippus Ambraciam Aetolis eripit, Acarnanes sibi adiungit, in Aetoliam irrumpit, dum Aetoli Dium in Maced. diruunt et Demetrius Pharius a Romanis ex Illyria pellitur	219	140 1

Digitized by Google

	a. Chr.	Olymp.
Aetoli Dodonam vastant	219	140 2
Philippns hieme in Peloponneso Achaeis auxilium ferens Aetolorum socios aggreditur	$21\frac{9}{8}$	140 2
Tum Cephallenia repulsus ipsam Aetoliam invadit, Thermnm capit ac vastat, in Peloponnesum reversus Spartanos premit	218	140 $\frac{2}{3}$
Philippus Paeones subiicit, Thessalorum qui ad Aetolos desciverant punit: sed victoriis Hannibalis in Italia compertis pacem cum Aetolis facit	217	140 3
Idem foedus cum Hannibale et Cartbaginiensibus contra Romanos, Illyrici oram obtinentes, init	215	141 2
Sed a Romanorum classe, dnm Apolloniam oppngnat, oppressus repellitnr	214	
Graeciae libertatem opprimere conatns, Aratum veneno tollit	213	141 4
Aetoli societate cum Romanis iuita bellnm adversns Macedoues et Achaeos movent	211	142 2
Aetoli Acarnaniam vastant, Romani Aeginam capiunt	210	
Aetoli adiuti a Romanis et Attalo rege ad Lamiam cum Philippo dimicant	208	
Philopoemen praetor Achaeorum creatns lapsam disciplinam restitnit	208	143 1
Idem Machanidam tyrannnm Spartanum ad Mantineam caedit	206	143 3
Aetoli invitis ac uescientibus Rom. pacem cum Pbilippo faciunt	206	
Item Romani sociique eorum Spartani, Elei, Atheuienses, Messenii cum Philippo	205	
Philippus, inito foedere cum Antiocbo M. coutra Ptolemaenm Epiphanem, in Asiam traiectus, cum Prnsia Bithyn. coniungitur, Cyanam delet, sed Pergamum capere nequit, cum Attalo et Rhodiis, Romanorum sociis, ad Chinm classe prospere dimicat	201	
In Caria hiemat	$20\frac{1}{0}$	
Athenienses bello pressi a Maced. Romanos in Graeciam arcessunt, bellnm Romanorum contra Philippum iucipit, adiuvantibus Rbodiis et Attalo rege et Nabide tyranno Spartano, mox Aetolis, ab a.	200	145 1
Philippus Abydnm vere capit, Attalns Athenas cum classe venit aestate	200	
Tertio belli anno *Flamininus* cos. Rom. in Graeciam terra venit, Elateam capit, omnes Graecos contra Philippum coniungit	198	145 $\frac{2}{3}$
Philippo ad Cynoscephalas victo pax facta; Corintho, Chalcide, Demetriade, urbibus munitissimis, praesidia deducit Philippus	197	145 4
Flamininus Corinthi in lndis Isthmiis libertatem earnm civitatum Graecarnm, quae Philippo snbiectae fueraut, pronuntiat	196	146 1
Nabis ab imper. Rom. debilitatur, nec tameu dominatu Spartae privatur. Argi liberautur et concilio Achaeornm adiunguntur	195	146 $\frac{1}{2}$
Flamiuiuus, conventn Corinthi habito deductisque Rom. praesidiis Graeciam relinquit	194	146 2
Vix legiones Rom. iu Italiam redierant, cum Aetoli a Romanis deficieudi ineunt consilia.		
Achaei, Philopoemene duce, cum Nabide pugnant. Nabis ab Aetolis occiditur: urbs tamen ab Achaeis occupatur	192	
Aetolis hortantibus *Antiochus*, Syriae rex, in Graeciam traiicit, in Chalcide capta hiemat	192	147 1
Boeoti et Thessali ad Antiochum se adiungunt, Philippns Ro-		

	a. Chr.	Olymp.
manos adiuvat. Redditur ei Demetrius filius, qui Romae obses fuerat.		
Acilius cos. Rom. socio usus Philippo Antiochum Aetolosque ad Thermopylas vincit, et illo Graecia expulso Heracleam capit	191	147 ½
Amphissae oppugnati Aetoli indutias a Scipione cos. impetrant	190	
Quibus praeteritis nec pace composita M. Fulvius cos. Ambraciam expugnat, pax Aetolis petentibus datur, qua maiestatem populi Rom. agnoscere tenentur, Cephallenia punitur	189	147 4
Spartam, cum ab Achaeorum foedere descisset, *Philopoemen* στρατηγὸς capit murisque privat, et reductis exulibus multisque aliis occisis disciplinam Lycurgi tollit	188	147 4
De restitutione civitatis inter sen. Rom. et concilium Achaeorum agitur per legatos huc illuc missos.		
Interim Messenii deficiunt ab Achaeorum foedere, Philopoemenem captum Dinocrates tyrannus necat, 70 annos natum et tum octavum praetura fungentem: sed eius mors cito per *Lycortam* successorem vindicatur, Messene recipitur: in exequiis Philopoemenis urnam fert *Polybius*, Lycortae filius	183	149 2
Contentiones de Spartanis exulibus inter senatum Rom. et concilium Achaeorum tractantur	181	
Callicrates στρατηγὸς Ach. iussu senatus exules Spartanos et Messenios reducit	177	
Philippus, posteaquam Demetrium filium, Romanis imprudenter faventem, excitatus a Perseo, altero filio, interfecerat, moritur	179	150 2
Perseus, rex factus, bellum contra Romanos clam praeparat. Legati huc illuc eunt	174	
Bellum contra Persen geri coeptum a cos. Licinio Crasso, 26. anno post pacem cum Philippo factam	171	
Perseus per tres annos bellum cum Rom. ducibus Crasso, Hostilio, Marcio satis feliciter gerit, sed victoriis uti nescit.		
Idem paratum Illyriorum et Bastarnarum auxilium et regis Eumenis societatem, pecuniae tenax, neglegit.		
Itaque ab *Aemilio Paullo* ad Pydnam devincitur et in Samothrace insula capitur (22. Jun. Vid. Clint. Fast.). Consenescit Albae in Italia	168	152 4
Macedonia a Romanis in quattuor regiones dividitur, sed libera esse iubetur.		
Achaeorum principes fere mille Romam evocantur, accusati conspirationis adv. Romanos cum Perse factae non audiuntur, sed in libera custodia per 16 annos retinentur.	167	153 2
Andriscus, Persei filium se ferens, a Thracibus adiutus in Macedoniam redit, et Iuventium praetorem in pugna caedit	149	157 4
Sed a *Q. Metello* profligatus, a Thracibus, ad quos confugerat, traditur	148	158 1
Paulo post Alexander, item simulatus Persei filius existit, sed facile dissipatis rebellibus, Macedonia in provinciae formam redigitur	147	158 2
Athenienses propter Oropum vastatam 500 talentis multati legatos mittunt Romam, Diogenem Stoicum, Carneadem Academicum, Critolaum Peripateticum	155	
Ex hac causa post varias contentiones nascitur bellum Spartanorum cum Achaeis, senatus Romanus suum iudicium interponit.		

Digitized by Google

	a. Chr.	Olymp
Achaei suis finibus se continere, et Corintho, Argis, Sparta, Orchomeno, Heraclea excedere iussi, exacerbati bellum contra Spartanos, Rom. socios, movent	147	158 2
Iidem Thebanis et Chalcidensibus in partes perductis Heracleam oppugnant, sed a Metello ad Scarphaeam in Locride et apud Chaeroneam vincuntur. Critolaus στρατ. perit	146	158 2
Mummius cos. Rom. superveniens Achaeorum exercitum recens collectum (14 milia peditum, 600 equites) et Diaeum praetorem ad Corinthum devincit, urbem desertam capit ac diruit	146	158 3
Concilium Achaeorum tollitur, urbes muris privantur, sublato populari statu et magistratibus secundum census institutis Graecia cum Macedonia in unam provinciam coniungitur.		

---

4. Regna ex diviso Alex. Magni imperio in Asia orta.

a) Regnum Syriae sub Seleucidis.

Antigono ad Ipsum devicto et occiso, *Seleucus Nicator*, superioris Asiae dominus, Syriam ac Mesopotamiam, Armeniam, Cappadociam, Ciliciam occupat	301	119 4
Urbes 43 condit per 72 satrapias amplissimi regni (16 Antiochias, 9 Seleucias, 5 Laodiceas, 3 Apameas, alias de nominibus urbium Maced. appellatas), quarum celeberrimae Seleucia ad Tigrim, Antiochia ad Orontem amoenitate Daphnes ac Graecis litteris celebrata; hanc regni sedem eligit.		
Antiochus ex Apama filius (uxor eius Stratonice) patrem, Lysimachiae interfectum, in regno sequitur exeunte	281	124 4
Dicitur Soter, quia Asiam contra Gallos tuetur, sed tamen eius cis Taurum maiorem partem Galli, Nicomedes, Bithyniae rex, Eumenes Pergamenus occupant; Aegyptiorum praesidiis Cariae, Lyciae, Ciliciae portus tenentur.		
In pugna cum Gallis occiditur: sequitur filius *Antiochus II*, qui a Milesiis, quos Timarcho tyranno liberarat, appellatus est θεός.	262	129 3
Qui cum bellum gereret cum Aegyptiis, *Parthi* ab Agathocle satrapa Syro vexati deficiunt, duce *Arsace*	250	132 3
Eodemque fere tempore Theodotus, Graecus praefectus, regnum Bactrianum condit, quod sub 7 regibus 130 fere annos constat.		
Antiochus bellum cum Aegyptiis componit Berenice, Ptol. Philadelphi filia, in matrimonium ducta, sed ab priore uxore Laodice, quae alteri invidebat, veneno interimitur Ephesi	246	133 2
Seleuco II (Callinico, ludibrii causa, sive *Pogoni)* cum Ptolemaeo III Euergete in Syria et cum fratre minore Antiocho Hierace, regni avido, qui Cappadoces ac Pergamenos sibi adiunxerat, in Asia bellum gerendum est.		
Interim Parthi opes suas firmant: Seleucus ab iis vincitur et captus aliquamdiu in aula Arsacis II vivit	238	
Ptolemaeo Palaestina et Coelesyria cedit.		
A Gallis, Antiochi fratris auxiliaribus, victus, tandem fortuna reparata, fratrem vincit Sardesque recipit	229	137 4
Antiochus in Aegypto quo fugerat perit, sed anno post etiam Seleucus, equo lapsus	227	138 2

	a. Chr.	Olymp.
Eius maior f. *Seleucus III (Ceraunos)* post tres annos in Phrygia cum Attalo bellum gerens insidiis ducum suorum tollitur	224	139 1
Fratrem sequitur *Antiochus III* 15 annorum (*Magnus* postea appellatus), Babylone accurrens.		
In Asia minore *Achaeus*, consobrinus regis, feliciter cum Attalo per annos complures dimicat.		
Mediam et Persidem Antiochus recuperat, quarum terrarum satrapae Molo et Alexander defecerant, etiam Mediam Atropatenen regno adiungit.	220	140 1
Cum Ptolemaeo Philopatore bellum triennе gerit recuperandae Coeles Syriae et Phoenices causa: proditur ei Ptolemais et	219	140 ½
Tyrus; Aradum Berytumque capit, sed a Sidone repellitur	218	
Pugna ad Raphiam victus pacem petit atque accipit	217	140 4
Contra Achaeum propter regis suspiciones ad defectionem compulsum et Asiae minoris parte potitum proficiscitur, eumque Sardibus per proditionem capit atque interficit	215	141 2
Cum Parthorum rege Artabano per aliquot annos feliciter bellum gerit, sed pace facta Parthienen et Hyrcaniam obtinere eum iubet, sibique socium esse	210	
Itidem Bactrianorum regem Euthydemum victum regnare patitur	206	
In Indiam profectus elephantis acceptis (quos 150 habet) praemio victoriae et amicitiae domum revertit	205	
Inita cum Philippo Macedone adv. Aegyptios societate, Coelesyriam et Palaestinam recuperat, victo Scopa ad Paneadem. Iudaeis favet.	198	145 2
In Asiam minorem proficiscitur, remoto Philippo vacuam: ins. an. in Europam transit, Chersonesum Thracicam occupat, Lysimachiam restituit	196	
A Romanis sibi metuens pacem cum Ptol. Epiphane et filiae Cleopatrae nuptias componit hieme	196	
Novas possessiones firmat, cum senatu Rom. de amicitia facienda agitans ducitur per aliquot annos, donec legati Rom. eum cedere Europa et urbibus Graecorum iubent	192	
Hannibale auctore et Aetolis adhortantibus, bellum cum Romanis gesturus in Graeciam transit, sed Chalcide diutius com-	192	147 1
moratus ad Thermopylas fugatur	191	147 1
Romani in Asiam traiiciunt, Antiochum ad Magnesiam devincunt	190	147 3
Pace facta, ingenti pecunia et Asia cis Taurum multatur	189	
Pecuniam studiose conquirens ab Elymaeis interficitur	187	148 2
Seleucus IV (Philopator) 12 annos regnat tributo Romanis persolvendo regni opes exhauriens usque ad annum	175	151 2
Antiochus IV (Epiphanes vel *Epimanes)* eius frater, excluso fratris filio Demetrio, qui Romae obses est, rex factus Eumenis auxilio, luxuriose vivit, magnifica opera extruit.		
Bellum cum Aegyptiis regibus gerit, vincit ad Pelusium, usque ad Memphim penetrat. Tum repulsus maioribus copiis Aegyptum intrat, sed ea abstinere cogitur a Popillio Laenate, legato Rom.	168	
Iudaei, diu vexati, deficiunt duce Mattathia sacerdote	167	153 2
Iudas Maccabaeus Syrorum exercitu ad Emaum victo, captisque Hierosolymis, templum expiat	165	153 4
Simon, frater eius, regnum tuetur idque Ioanni Hyrcano filio relinquit.		
Antiochus incidit in insaniam, ac moritur post regnum 11 paulo plus annorum	164	154 1

	a. Chr.	Olymp.
Eius filius *Antiochus V (Eupator)* 9 annorum tutore Lysia biennium regnat, sed a *Demetrio I Sotere*, Seleuci IV filio, Roma profugo, regno et vita privatur	162	154 3
Regi vinolento ab Heraclide regibusque Aegypti et Pergami opponitur *Alexander Bala* (Theopator, Euergetes), simulatus Antiochi IV filius.		
Is victo et occiso Demetrio rex factus crudeliter regnat	150	157 3
Eiicitur et occiditur Ptolemaei Philometoris auxilio a *Demetrio II Nicatore*, Demetrii I filio	146	158 3
Sed etiam hic biennio post a Diodoto (Tryphone) victus Syria expellitur.		
Tryphon initio *Antiochum VI* (Epiphanem) Alexandri filium regem instituit	144	
mox eundem tollit, et ipse regia dignitate potitur	142	159 2
Demetrius II interea Laodiceae regnat; in superiore Asia bellum cum Parthis male gerens capitur	138	160 3
Antiochus VII Sidetes, Demetrii captivi frater, Tryphonem Apameae occidit et tota Syria potitur, nec sine laude regnat, nisi quod vino nimis est deditus.	137	160 3
Hierosolyma capit pacemque Iudaeis concedit	133	161 4
Parthos aggreditur, initio felix, post vincitur et occiditur	128	162 4
Tum *Demetrius II* a Parthis post decem annos dimissus regnum recuperat	128	
Bellum ingreditur cum Ptol. Physcone (qui Alexandrum Zebinam illi opponit), proelio victus, cum Tyrum fugisset nec receptus esset, occiditur	125	163 3
Demetrii II filius *Seleucus V* statim ab sua ipsius matre Cleopatra interimitur	124	
Bella usque ad extinctam Seleucidarum familiam geruntur inter posteros Demetrii II et Antiochi VII, fratrum.		
Antiochus VIII Grypus (Demetr. fil.) primum cum matre Cleopatra, dein solus regnat.		
Regno deiicitur ab *Antiocho IX* qui quod Cyzici educatus erat, Cyzicenus appellabatur, Sidetae filio, qui materno genere ei frater fuit, paterno autem patruelis	113	166 4
Grypus Aspendo, quo fugerat, reversus (a. 111) regni partem maiorem recuperat, nec tamen fratrem prorsus depellere potest: insidiis necatur	96	170 4
Grypi fil. *Seleucus VI* (Epiphanes, Nicator) Antiochum Cyzicenum, patruum, proelio vincit, isque manum sibi affert	95	171 1
Ille non multo post ab *Antiocho X Eusebe*, Cyziceni filio, Syria expellitur, et Mopsuestiae in Cilicia incendio a civibus facto perit	93	
Seleuci fratres Antiochus et Philippus (uterque cognomen habet Epiphanes Philadelphus) et fratrem ulciscuntur et cum Antiocho, Cyziceni filio, de regno certant. Maximus fratrum Antiochus Oronte haustus perit, sed Philippus aliquam partem Syriae tuetur, de qua tamen non minus cum suis ipsius fratribus minoribus Demetrio Eucaero et Antiocho Dionyso pugnare cogitur.		
Demetrius apud Parthos captivus moritur	88	
Antiochus in Arabia perit	85	
Tigranes, Armeniae rex potentissimus, Seleucidas omnes eiicit et Syriam regno suo adiungit, volentibus Syris	83	174 2

	a. Chr.	Olymp.
Tigrane victo a Lucullo, procos. Rom., *Antiochus XIII Asiaticus*, Antiochi X ex Selene filius, redux ex Asia Syriae regnum occupat, neque eum impedit Lucullus	69	
Pompeius quae Lucullus instituerat irrita esse iubet, Antiochum regno privat, Syriam in formam provinciae redigit	65	178 3

---

b) *Regnum Aegypti sub Lagidis.*

Ptolemaeus, Lagi filius, *Soter* regium nomen sumit, primus Aegypti rex post Alexandrum M. dicitur	306	
Alexandriam portibus, pharo, aquaeductibus ornat.		
Ptolemaeum ex Berenice filium repudiato Ptolemaeo Ceranno, ex priore coniuge Eurydice filio, in regni societatem assumit	285	123 4
Moritur aetatis anno 84	283	124 2
Ptolemaeus II Philadelphus, infirmus corpore, prudens ingenio, (Stratone Peripatetico magistro usus) litteris artibusque favens 36 annos regnat; uxorem habet Arsinoen, Lysimachi regis filiam, ex eaque Ptol. et Lysimachum et Berenicen: dein dimissa uxore, alteram ducit Arsinoen, sororem germanam, Lysimachi regis viduam, Aegyptio, non Macedonum aut Graecorum more, nec tamen ex ea liberos habet.		
Museum Alexandrinum condit cum bibliotheca, cui praeest primus *Zenodotus* Ephesius, Philadelphi magister.		
Cum Romanis victo Pyrrho Epirota foedus init	273	126 4
Bellum gerit cum Maga fratre, Cyrenaicae praefecto, et cum Antiocho *Θεῷ*. Pax sic componitur, ut Antiochus Berenicen, Philadelphi filiam, ducat, Magae filia Berenice Ptolemaeo, Philadelphi filio, nubat.		
Mortuo Philadelpho succedit f. *Ptol. III. Euergetes*, ex priore Arsinoe filius, regnumque tenet per 25 annos, ab	247	133 2
Cum Seleuco II rege Syriae sororis Berenices necem ultarus bellum gerit tanta fortuna ut Bactra usque penetrasse, et vetusta deorum Aegyptiorum simulacra a Persis abducta reportasse dicatur. (Coma Berenices reginae, Conon mathem., *Callimachus* poëta.)	246	133 3
Item *Eratosthenes* geographus florere incipit	223	139 2
Decedit Energetes, sequitur f. *Ptol. IV Philopator*, 17 annos regnans	222	139 3
Sosibio et Agathocle ministris et auctoribus flagitiorum usus suspiciosus et crudelis in suos est: non ineruditus tamen.		
Antiochum Magnum Syriae regem virtute mercenariorum ad Raphiam vincit, tueturque possessionem Phoenices et Coelesyriae	217	
Romanus senatus M. Atilium et M'. Acilium legatos ad Ptolemaeum Cleopatramque (vel Arsinoen) reges mittunt ad commemorandam renovandamque amicitiam	210	
Arsinoen sororem eandemque uxorem suam tollit, Agathocleae amori serviens.		
Philopatori mortuo succedit filius quinquennis *Ptol. V Epiphanes*	205	143 4
Tutores habet deinceps Agathoclem, Tlepolemum, displicentes Alexandrinis, Aristomenem Acarnanem. Rex 14 aetatis anno Memphi coronatur	196	

	a.Chr.	Olymp.
Bellum cum Autiocho M. geritur de possessioue Phoenices. Scopas Aetolus cum exercitu merceuariorum Phoenicen capit, sed redeunte Antiocho omnia amittit. Pax componitur ea coudicione, ut Epiphaues Cleopatram Syram ducat, ac dotis uomine Coelen Syriam habeat. Nuptiae couficiuntur iueunte	193	146 4
Aristomeue tutore fideli interempto crudeliter reguare incipit	184	
Crebros tumultus opera mercenariorum Graecorum comprimit, sed veneno tollitur 29. aet.	181	149 4
Filii superstites *Ptol. VI Philometor* et *Ptol. VII Euergetes alter*, qni *Physcon* postea appellatus est, primum sub tutela suut.		
Quo tempore Antiochus Epiphaues, avuuculus regum, Aegypti rebus immiscetur.		
Coronatur Philometor regnumque adit	174	
Tum coronato etiam Euergeta ambo fratres commuuiter regnare iucipiunt	170	152 2
Antiochus iratus vi Aegyptum subiicere sibi aut spoliare certe reges conans legatione Rom. deterretur	168	
Septimo anno regni communis Philometor a fratre minore pellitur, sed cum Romam fugisset, missis legatis restituitur, regnumqne ita dividitur nt Euergetes Cyreneu habeat	164	154 2
Physcon quoque Romam profectus bis, a. 162 et a. 154 ut Cyprus insula suae portioni addatur impetrat, nec tameu rem armis efficere potest.		
Philometor Syriae rebus se immiscet, filiam Cleopatram primum Alexandro Balae, deiu cum geuer uon placeret Demetrio Nicatori uuptum dat. Dum hunc Syris imponit vulneratus moritur	146	158 2
Qno facto *Ptol. VII Physcon* e Cypro reversus Aegypti rex fit, ducta fratris vidua eademque sorore regum Cleopatra, sed iu ipsis uuptiis fratris filium (cuius praeceptor *Aristarchus* fuisse traditur) interimit, mox repudiata uxore, eiusdem filiam (Cleopatram itidem uomine) in matrimonium asciscit.	145	
Ad hauc immauem beluam Scipio Africanus legatus venit, cum comite Panaetio Rhodio philosopho Stoico	143	
Alexandrini Physcouem expellunt, Cleopatram regiuam agnoscentes	132	162 4
Sed redit cum exercitu e Cypro, et cum Cleopatra in Syriam ad Demetrium Nicatorem fugisset, cum Syro bellum gerit.	127	
Eae turbae compouuntur: Cleopatra cum marito in gratiam redit, Demetrii Nicatoris filius Antiochus Grypus in Syria instituitur, ducitque uxorem Physconis filiam Tryphaenam	126	
Moritur Physcon (iu tauta inhumauitate tamen *φιλολόγου* cognomine ornatus) 54. regni anno	117	165 3
Sequitur uxor Cleopatra cum eo filiorum qnem ipsa legerit; primum igitur populi voluntate maiorem *Ptol. VIII Soterem II* sive *Lathyrum* legit. Alterum filium Alexaudrum Cypro iusulae praeficit, qui triennio post ibi regium nomeu sumit.		
Soter uxorem Cleopatram eandemque sororem repudiare cogitur	116	165 4
Tum alteram sororem Seleneu in matrimonium ducit	114	166 2
Sed eum mater et uxore et regno privat et Cyprum amandat, cum minore *Ptol. IX Alexandro I* regnat ab a.	107	168 2
Dum Soter iu Syria versatur, regnum Aegypti recuperaturus, Cleopatra uepotem suum, Alexandrum II, cum matris thesauris Cois educandum tradit	103	
Ptol. IX Alex. conteudit cum matre, per trieunium (102—99)		

	a. Chr.	Olymp.
adeo regno carens, tandem eam ut sese ab eius insidiis liberaret occidit, sed cito a populo Alex. eiectus perit, *Ptol. Lathyrus* e Cypro revocatur	89	172 4
Mithridates, Ponti rex, bellum cum Romanis gerens Alexandrum II in Co insula invenit, parte thesaurorum spoliat, sed ipsum regie habet	86	
Interim Cyrenaicam Apion, Physconis naturalis filius, moriens Romanis testamento reliquit. Ii liberam esse iubent	96	
Sed cum tyranni existerent ac seditiones, in provinciae formam redigitur	75	
Ptol. Lathyrus cum 36 annos a morte patris regnasset, moritur	81	174 3
Successit ei unica filia legitimis nuptiis suscepta Berenice s. Cleopatra, quae L. Sullae iussu nupsit Alexandro II filio Ptol. IX Alexandri. Qui cum uxorem ut regnum solus teneret, interemisset, 19. die regni sui ab Alexandrinis supplicio afficitur	81	
Tum extincta vera Ptolemaeorum stirpe naturalis Lathyri f. *Ptolemaeus ὁ νέος Διόνυσος s. Auletes*, puer 8 annorum rex Aegypti instituitur, alter Ptolemaeus Cyprum accipit	81	174 3
Dicebatur tamen Alexandri II testamentum esse, quo totum regnum Ptolemaeorum Romanis relinqueretur. Itaque M. Crassus in senatu Romano auctor fit, ut Aegyptus publicetur	65	
Sed Auletes ut a senatu Rom. rex et socius agnoscatur ingenti pecunia per Caesarem efficit	59	
Frater tamen eius Ptolemaeus, alter nothus Physconis filius, Cypro rogatione Clodia privatur ac sua manu cadit	58	
Auletes, quia ad corrumpendos Romanorum principes undique pecuniam corripit, ab Alexandrinis eiicitur	58	
Succedunt filiae Cleopatra Tryphaena (15 ann.) et Berenice (14 ann.), sed illa anno post mortua Berenice sola regnat, nupta primum Seleuco Cybiosacti, dein Archelao, Mithridatis Eupatoris filio.		
Reductus Auletes a Gabinio procos. Syriae ingenti pecunia Berenicen filiam occidit	55	181 2
Moritur Ptol. Auletes, relictis duabus filiis Cleopatra et Arsinoe, duobusque pueris aetate minoribus.	52	182 4
Cleopatra 16 annos et aliquot menses nata cum fratre Ptolemaeo (12 ann.) reges instituuntur.		
Rex adultus, cum solus regnare vellet, ministris usus Pothino et Achilla, Cleopatram Aegypto expellit: idem iisdem auctoribus Pompeium ex pugna Pharsalica fugientem occidendum curat	48	
Caesar dictator Cleopatram reducit: Alexandrini eum oppugnant (quo tempore bibliotheca musei interit): in eo tumultu cum Ptolemaeus maior occisus esset, victor Caesar Cleopatram cum minore Ptol. XIII reges instituit	48	183 1
Cleopatra fratrem cum adolesceret necandum curat, regnat deinde cum filio, quem ex Caesare conceperat, qui Caesarion appellatur	45	
Post Caesaris mortem cum Antonio triumviro Tarsi familiariter congreditur eumque ita capit, ut et Arsinoen interfici iubeat et Cleopatram, repudiata Octavia uxore, palam pro uxore habeat. (Eidem bibliothecam Pergamenam donat.)	41	
Bellum Cleopatrae indicitur a senatu populoque Rom. Classe vincitur apud Actium 2. Sept.	31	187 2

Digitized by Google

	a. Chr.	Olymp.
Mortem obit, cum non servari se nisi ad triumphum intelligat, mense Sept.	30	187 3
Cleopatrae ex Caesare et Antonio liberi masculi morti dantur, filia ex Antonio Cleopatra postea Iubae Maurit. regi nupsit.		
Aegyptus provincia Romana fit d. 29 Aug., cum Augusti regnum incipit.		

c) *Regnum Pergami.*

Philetaerus Graecus genere ex Tio Pontico, eunuchus, a Lysimacho rege arci ac provinciae Pergamenae praepositus, perturbata domo Lysimachi regni Pergameni fundamenta iacit	283	124 2
nec tamen ipse rex appellatur. Octogenarius moritur	263	
Ei succedit fratris f. *Eumenes I*, qui Antiochum Soterem ad Sardes proelio vincit et post regnum 22 ann. moritur	241	
Attalus I item Philetaeri fratris filius post victoriam de Gallis reportatam rex appellatur. Cum Achaeo bellum gerit varia fortuna 221—215.		
Cum Philippo rege Maced. classe pugnat ad Chium	201	
Societate cum Romanis adversus Philippum inita Athenis divinis paene honoribus recipitur	200	145 1
Postquam 44 annos regnavit morbo moritur	197	145 4
Eumenes II, Attali filius, Romanorum fidelissimus socius in bello cum Antiocho Magno, pace facta maiorem Asiae cis Taurum partem et Chersonesum cum Lysimachia accipit (quod ipse Romae effecit)	189	
Bibliothecae Pergamenae conditor fit per aemulationem regum Alexandrinorum. (Crates Mallotes grammaticus idemque regis ad senatum Romanum legatus)		
Cum Prusia Bithyniae rege bellum gerens ab Hannibale premitur, sed Romanorum interventu bellum componitur. Hannibal ad mortem adigitur	183	149 2
Idem, socio Ariarathe Cappadoce, bellum gerit adv. Pharnacem Ponti regem, compositum anno	179	
Romam ipse adit, in reditu Delphis incidit in periculum a Perseo	172	
Bello orto inter Romanos et Perseum adiuvat Romanos	171	152 2
Sed tertio eius belli anno secreto ad Perseum inclinat; victo illo prohibetur Romam venire	167	
Ei succedit *Attalus II Philadelphus* frater (ab a. 159 usq. ad 138).		
Attalus III Philometor, Eumenis filius, regnum suum Romanis dono dat	133	161 4
Aristonicus, regio genere ortus, ius suum tueri frustra conatus vincitur a Perperna, cos. Rom., ac supplicio afficitur	130	162 3
Regnum in provinciae formam redactum, Asia proprie a Rom. vocatur.		

d) *Regnum Bithyniae.*

Zipoetes, regulus Bithynorum, inter contentiones successorum Alexandri M. regnum patrium contra Lysimachum et Antiochum Seleuci tuetur.

	a. Chr.	Olymp.
Eius filius *Nicomedes* cum primum rex factus est, Gallos navibus in Asiam traducit eorumque auxilio omnem Bithyniam in potestatem redigit	277	125 3
Nicomediam condit exadversum Astacum a Lysimacho dirutam	264	
Post eum *Zeilas* regnum armis Gallorum obtinet contra patris testamentum	(250)	
Eum, cum a Gallis interfectus esset, sequitur filius *Prusias I* (fere ab a. 228—183) Philippi III Macedonis socius contra Attalum I, quo in bello Cium et Myrleam cepit, quas de suo et uxoris nomine Prusiadem et Apameam vocavit. Idem in oppugnatione Heracleae vulneratus *claudus* et fit et appellatur. Hannibalem ad se profugum prodit.		
Sequitur eum *Prusias II κυνηγὸς* appellatus, Persei Maced. sororis maritus.		
Cum filio puero 10 ann. Nicomede Romae senatoribus adulatur	167	
Postea eundem filium odio persequitur, Bithynos premit, Nicomediae in aede Iovis iussu filii trucidatur	149	
Nicomedes II Epiphanes regnat usque ad a.	91	
Romanos in bello Aristonici adiuvat, ipse ab Socrate filio occiditur.		
Nicomedes III Philopator bis a Mithridate expellitur, a Rom. restituitur: moriens testamento regnum populo Rom. relinquit. L. Iunius Silanus, Asiae procos., novam provinciam componit.	76	

III. RES GRAECARUM CIVITATUM IN ITALIA ET SICILIA CONDITARUM, PRAECIPUE SYRACUSANORUM.

Coloniae, a variis gentibus Graeciae in Italiam deductae, cum diu, maxime sub annum 500 a. Chr. floruissent, centum fere annis post partim a Syracusanorum praepotentibus tyrannis, partim ab Italicis gentibus, quibuscum perpetuum bellum gerebant, atteri et vexari coeptae sunt. Nam cum Dionysius uterque, mox Agathocles opes suas augere vellent, proximam Italiam et urbes Graecas, aut nulla aut infirma societate inter se coniunctas, imprimis Rhegium, Crotonem, Locros, aggressi sunt. Sed maiorem etiam, quam haec bella, calamitatem iis attulerunt vicinarum gentium Italicarum impetus, praesertim ex quo tempore Samnites, ex veteribus sedibus descendentes, regiones mari adiacentes occupare conabantur. Tum vero Campani et Lucani et Bruttii Graecis urbibus imminebant, ac paulatim plerasque, civibus partim dissipatis, partim occisis, occuparunt, ceteroquin ab usu linguae Graecae nequaquam abhorrentes. Huc Strabonis verba pertinent, Geogr. VI, 2 *Νυνὶ δὲ* (Augusti imperat. aetate) *πλὴν Τάραντος, καὶ Ῥηγίου, καὶ Νεαπόλεως, ἐκβεβαρβαρῶσθαι συμβέβηκεν ἅπαντα, καὶ τὰ μὲν Λευκανοὺς καὶ Βρεττίους κατέχειν, τὰ δὲ Καμπάνους· καὶ τούτους λόγῳ, τὸ δ' ἀληθὲς Ῥωμαίους· καὶ γὰρ αὐτοὶ Ῥωμαῖοι γεγόνασιν.* Ceterum harum civitatum recensum, praecipue, quando et a quibus conditae sint, hisce tabulis adiicere utile videbatur, quamquam perpauca sunt, quae de earum rebus gestis tradita reperiamus.

	a. Chr.	Olymp.
Cumae, antiquissima Graecorum in his regionibus colonia, deducitur a Chalcidensibus Euboeae	1031	
Inde originem ducit *Neapolis*, Zancle in Sicilia.		

Digitized by Google

	a. Chr.	Olymp.
Captae Cumae a Samnitibus	420	90 1
Sybaris, civium multitudine insignis, luxuria infamis, ab Achaeis condita est	720	15 1
Quam urbem Crotoniatae, victo ingenti Sybaritarum exercitu, excidunt	510	67 3
Sed restituunt eandem coloni Athenis deducti et appellant *Thurium*	444	83 4
A Lucanis, infestissimis vicinis deletur	390	97 3
Colonia Romana, post bellum Punicum secund., eo deducitur	194	
Croton ab Achaeis conditur	710	17 3
inde coloniae deducuntur urbesque conduntur ***Laus***, ***Metapontum***, ***Posidonia*** (Paestum).		
Pythagoras Samo Polycratis tyrannidem fugiens Crotonem venisse traditur	532	62 1
Crotonem itidem colonia Rom. post bellum Pun. sec. deducitur.		
Tarentini, a Lacedaemoniis deducti	708	18 1
a Messapiis ingenti clade affliguntur, neque tamen subiguntur	473	76 4
pro illis pugnans Archidamus adversus Lucanos eodem die quo pugna ad Chaeroneam fit caeditur	338	110 3
Tarento *Heracleam* ducta traditur colonia.		
Locri Epizephyrii colonia Locrorum sive Ozolarum (ut Strabo tradit) sive Opuntiorum	683	24 2
Eis leges scripsisse memoratur *Zaleucus*, circa annum	664	29 .
Rhegium a Chalcidensibus primum conditum	746	8 3
auctum postea ab Alcidamida Messenio	724	14 1
Anaxilaus tyrannus rerum ibi potitus traditur ab a. 494, Ol. 71,3 usq. ad. a. 476, Ol. 76,1.		
Dicaearchia (postea Puteoli apud Rom.) condita a Samiis	521	64 4
Siciliam insulam initio *Sicani* coluisse dicuntur.		
Phoenices in litore occidentali aliquot urbes condiderunt, Panormum, Motyam, Soloentem (Soluntem).		
Prope quos Elymi, ex variis gentibus, Troianis, Phoenicibus, Graecis Phocensibus commixti, Erycem et Segestam (Aegestam) incoluerunt.		
Siculi, ex Italia profecti, Sicanos in occidentalem insulae partem reiiciunt, ipsi cetera tenent	1035	
Sed oram maritimam aliquot seculis post Graeci occupant:		
Naxus, vetustissima Graecarum coloniarum in Sicilia, a Chalcidensibus condita	735	11 2
Inde *Leontini* et *Catana* coloniae	730	12 3
Catanensibus, civibus suis, leges scripsit *Charondas* (non multo post Zaleucum) propter iuris subtilitatem a multis postea civitatibus ascitas	(660)	30 ..
Syracusae conditae a Corinthiis, duce Archia	734	11 3
A Syracusanis cond. *Acrae*, *Casmenae*, *Camarina* (atque haec quidem post 135 annos).		
Megara Hyblaea a Megarensibus condita	728	13 1
inde centum fere annis post *Selinus*	628	38 1
Gelam coloniam deducunt Rhodii (Herod. 7, 153) et Cretenses	688	23 1
hinc Agrigentum (sive Acragas) conditum	582	49 3
Panaetius, Leontinorum tyrannus, primus omnino in Sicilia	608	43 1
Phalaris tyrannidem Agrigenti occupat	565	53 4
quam cum 16 annos tenuisset impetu populi occiditur	550	57 3
Stesichorus Himeraeus moritur	553	56 4

Digitized by Google

	a. Chr.	Olymp.
Gelae tyrannus est Cleander (Her. 6, 153) per septem annos ab	505	
Eum sequitur Hippocrates, itemque per septem anuos praeest ab a.	498	
qui Gelonis opera usus Callipolitas, Naxios, Zanclaeos subiicit, Camarinam tenet a Syracusanis concessam.		
Hic ipse *Gelo* Hippocrati succedit	491	72 2
Zancle a Cumaeis et Chalcidensibus circa a. 728 condita (inde *Mylae*, *Himera*). Hi a Samiis aliisque Ionibus eiecti qui itidem non multo post a Messeniis, Rheginm incolentibus, expugnantur et parte agrorum multantur. Urbs ex eo tempore *Messana* vocata.	494	71 3
Pleniorem quandam historiam describere non possumus, nisi Syracusanae civitatis, ceteris longe potentioris et propterea scriptorum mnnumentis celebratae.		
Gelo, Gelensium tyrannus, reductis optimatibus, qui a plebe Syracusana expulsi erant, eorum opera Syracusis potitur, urbem Gelam *Hieroni* fratri tradit	485	73 4
Mox victor de Carthaginiensibus Siciliae partem tenentibus *rex* appellatur.		
Eodem die, qno Graeci ad Salaminem vincunt, Gelo et Thero, eius socer, Agrigentinorum tyrannus, Terillum exulem Himeraeum et Hamilcarem, Hannonis f., Carthaginiensem cum trecentis mil. barbarorum ad Himeram superant	480	75 1
Aetnae montis eruptiones incipiunt	479	75 2
Hiero post fratris mortem regnat 10 annns, poetarum laudibus celebratus, Naxo et Catana subiectis maiorem potentiam assecutns.	478	75 3
Thero Agrigentinus moritur et collabitur eius imperinm	472	77 1
Hierone mortuo, Thrasybulus, eius frater, cum crudeliter imperaret, 11. mense eiicitur: saevitur in regiam domum, popularis status restituitur	467	78 2
Siculi coniunctis copiis, Ducetio imperante, bellnm adv. Graecas civitates mnvent, Agrigentum oppugnant, sed a Syracnsanis vincuntur	451	
Leontini, a Syracusanis bello petiti, *Gorgiam* Athenas mittunt auxilii arcesseudi causa	427	88 2
Aetnae montis eruptio tertia, quae Graecis nota esset, facta est	425	88 4
Sed Athenienses, cum rebus prospere gestis suspiciones civitatum moverent, coucordia restituta per Hermocratem Syracusanum, dimittuntur	424	89 1
Rursus Segestani contra Seliuuntios eorumque socios Syracusanos Atheniensium auxilium invocant	415	91 1
Athenienses, cum in eo fuerint ut Syracusas caperent, tertio belli anno devincuntur: totus eorum exercitus a Syracusanis aut conciditur, ant capitur	413	91 4
Diocles Syracusanis unvas leges scribit, quibus populi potestas augetur	412	
Hermocrates, optimatinm fautor, tum in Asia cum classe Syracus. absens, in exilio esse iubetur, et dum armis reditum parat, interficitur	408	93 1
Carthaginienses interea Segestanos adiuturi cum ingenti exercitu, Hannibale duce, in Siciliam transmittunt, ac Selinuntem et Himeram dirunut	409	92 4
Iidem nova expeditione in Siciliam missa Agrigentinos, quamvis a Syracusanis adiutos, urbem suam relinquere cogunt	406	93 3

Digitized by Google

	a. Chr.	Olymp.
Ea opportunitate callide usus *Dionysius*, dum ceteros duces criminatur, Syracusis *rerum potitur*	406	93 3
Pacem ita facit cum Carthaginiensibus, ut Himeram et Agrigentum et quidquid occidentem versus est, teneant, ipse Syracusis regnet	405	
Civium suorum defectionem metuens arma iis adimit, et mercenariis militibus utitur: Syracusas civibus auget, dum incolas victarum civitatum eo commigrare cogit.		
Ingenti apparatu bellum contra Carthag. movet, sed cum initio	397	95 4
feliciter rem gessisset, mox Syracusas compellitur. Urbs oppugnatur, veruntamen Carth. exercitus in diuturnitate obsidionis morbo pestilenti deletur	392	97 1
Rhegini, complures annos bello petiti, tandem urbem Dionysio dedunt	387	98 2
Dionysius a Magone, Carth. duce, denuo victus, pacem cum detrimento facit	383	99 2
Mortuo Dionysio maiore postquam 38 annos regnavit, *Dionysius minor*, eius fil., rex fit Syracusanorum (Febr.)	367	103 1
Dionis, affinis sui, rogatu *Platonem* philosophum Athenis arcessit,	366	103 3
sed mox Dionem sibi suspectum in Graeciam amandat, et Platonem aegre retentum dimittit	365	103 4
Precibus tyranni evictus Plato iterum Syracusas proficiscitur	363	104 2
sed illius animo, invidiae et suspicionibus obnoxio, cum mederi conatus esset, in pericula mortis incidit. Quibus evitatis in patriam redit	361	104 4
Dionysius in Italia bellum gerit cum Lucanis, et muro inter Scylacium et Nepiten ducto Graecas urbes tuetur	359	105 2
Dion libertatem Syracusanorum restituturus, coacto parvo exercitu, in Siciliam redit, et Syracusis, Dionysio in Italia etiamtum commorante, recipitur	357	105 4
Arce expugnata et libertate restituta, cum civium ingratos mobilesque animos expertus esset, a Callippo Atheniensi interficitur	353	106 3
Idem Callippus rerum potitus, mox eiicitur	353	
Inter civium discordias Dionysius ex Italia Syracusas redit et imperium recuperat, sed a Carthag. et Hiceta, Leontinorum tyranno, bello premitur	346	108 3
Timoleon Corintho missus cum exiguis copiis advenit	344	109 1
Carth. et Hicetam vincit, Dionysium ut arcem seque ipsum tradat adigit, eumque Corinthum relegat	343	109 2
De Carthaginiensibus, cum maiore exercitu reversis, pulcherrimam victoriam ad Crimessum amnem reportat, eosque Sicilia usque ad Halycum amnem decedere cogit	339	110 1
Exulibus revocatis remp. restituit, Hicetam ceterosque in Sicilia tyrannos tollit.		
Privatus et caecus Syracusis moritur, vir admirabili integritate libertatisque amore excellens	337	110 4
Oligarchia 600 hominum instituitur et remp. tenet contra factionem popularium.		
Sed *Agathocles* 44 annos natus, cum forte praetor factus esset, pauperibus armatis praedaque saginatis tyrannidem obtinet,	317	115 4
ac crudelitate victoriisque adversus exules tuetur.		
Carthaginienses, ab exulibus arcessiti, bellum renovant, et, Agathocle in proelio ad amnem Himeram victo, Syracusas obsident	311	

Digitized by Google

	a. Chr.	Olymp.
Ipse Agathocles, ad solvendam urbis obsidionem, in Africam traiicit	310	117 3
Victor aliquot pugnis Ophellam, Cyrenaeum, ad spem Carthaginis expugnandae advocat, mox vita et exercitu privat	308	
Sed dum in Sicilia forte abest, res eius in Africa affliguntur, ipse, in Africam iterum transgressus, fugatur ac clam aufugit. Milites relicti eius filios trucidant pacemque suo arbitrio cum Carth. componunt	307	118 2
Agathocles in Sicilia intemperanter potentia abutitur regnumque civium caedibus atque exiliis confirmat	305	
Animo ad res Italicas adverso, Crotone potitur, bella cum Bruttiis gerit	299	120 2
Veneno a Maenone Segestano interimitur, et crematur spiritum ducens, postquam 28 annos regnavit	289	122 4
Maenon a Carth. adiutus, sublata regia domo, tyrannus fit, sed ab Hiceta eiectus perit.		
Mamertini, genere Campani et mercenarii apud Agath. milites, post eius mortem in patriam redeuntes, Messana urbe, occisis civibus, potiuntur	281	124 4
Hiceta forte absente, Syracusis adversus eum existunt Thynion et Sosistratus, cum eodem tempore Carthaginiensium bello foris urgentur.		
Harum turbarum causa *Pyrrhus*, rex Epiri, Agathoclis gener, ex Italia, ubi tum maxime bellum contra Romanos gerebat, arcessitur	278	125 3
Hic celeriter Carthaginiensibus omnia usque ad Lilybaeum eripit, sed dum imperio superbius abutitur, civitates partim ad Carthag., partim ad Mamertinos deficiunt, quo facto Siciliam relinquere cogitur	276	126 1
Hiero, Hieroclis filius, praetor Syracusis creatur	275	126 2
Idem victis Mamertinis, a gratis civibus rex salutatur	270	127 4
Mamertini cum a Carthag. et Hierone obsiderentur ac diu inter utrosque haesitassent, tandem Romanorum auxilium implorant	264	
Appius, cos. Rom., Hieronem regem, mox Carthag. vincit	264	129 1
Hiero, metuens ne Syracusae oppugnarentur, pacem cum pop. Rom. facit et ex eo tempore inter bellum Punicum primum et initia secundi hanc societatem cum fide colens, bene et civiliter regnat.	263	
Primo bello Punico finito, Carthaginienses Sicilia omni excedunt, eaque pars insulae provincia Romana fit, a praetore quotannis Lilybaeum misso administrata	242	134 3
Hierone post regnum 54 annorum cum amplius nonaginta annos vixisset mortuo	216	141 1
Hieronymus, eius nepos, rex factus, foedus cum Carthag. contra Romanos init, sed paulo post Leontinis a coniuratis civibus occiditur, postquam 13 menses regnavit	215	
Libertatem restitutam turbant Hippocrates et Epicydes, regii praefecti et Hannibalis amici, quapropter M. Marcellus cos. Rom. Syracusas terra marique oppugnat easque, diu Archimedis ingenio servatas, capit	212	142 1
Itaque etiam altera Siciliae pars, quae Syracusanorum fuerat, in provinciae formam a Rom. redigitur, diversa singularum civitatum, prout quaeque meruerat, condicione	210	

Digitized by Google

C. IMPERIUM ROMANORUM.

Prima periodus, gentis initia et septem regum historiam continens, usque ad a. 510.

	a. Chr.	u. c.
Vulgaris apud Romanos fama est *Troianos* patria pulsos, *Aenea* duce, usque ad Tiberis ostia penetrasse, ibi cum Aboriginibus coniunctos urbem *Lavinium* condidisse: genti nomen *Latinorum* a rege Aboriginum Latino inditum esse.	1181	
Post annum tricesimum *Alba longa* condita fertur per Ascanium, Aeneae filium, mox caput gentis facta.	1151	
Ab hoc Albanorum regum series (vid. Dion. I, 70 seq. Liv. 1, 3) deducitur usque ad Procam eiusque filios Numitorem et Amulium.		
Amulius maiorem fratrem regia dignitate privat, eius filium interimit, filiam Iliam sive Silviam Vestalem sacerdotem facit.		
Sed Rea Silvia a Marte compressa geminos pueros peperit, *Romulum* et *Remum*, ab Amulio neci destinatos, a Faustulo pastore et eius uxore Acca Larentia servatos atque eductos.		
Qui Amulio occiso avoque in regnum restituto, urbem *Romam* in monte *Palatino* condidisse traduntur, Paliliis, id est a. d. XI. Cal. Maias (21. April.) Olymp. 6, 3 exeunte*)	753	1

*) Haec est aera *Varronis*, quam et privatim plerique veterum scriptorum secuti sunt, et publice imperator Claudius, antiquitatis Romanae curiosissimus, in celebrandis a. 800 post urbem conditam ludis saecularibus itemque Philippus in anno 1000 celebrando. Sed admonendi videntur tirones, ne ab hac ratione illos recentiorum scriptorum, qui urbem Romam a. 754 conditam dicant, dissentire putent: nam hi fere et ipsi primum annum urbis conditae, sive post urbem conditam, ante Chr. 753 numerant (quamquam etiam sunt, qui prorsus falso annum 754 primum urbis conditae dicant), sed errant in eo, quod non attendunt ad rationem anni Olympici, et eum annum, quo urbs conderetur, diversum putant ab anno primo *post* urbem conditam. Neque vero hoc quemquam in errorem inducere debet, quod in annis urbis conditae cum aera Christiana comparandis deductio fieri solet ab anno 754, quoniam necesse est, numerum, a quo deducas, uno augere, nisi eum *extra* rationem esse velis. Ceterum vere dissentit ab aera Varroniana *ratio Catonis*, quam Dionysius Halicarnassensis et describit I, 74, et sequitur. Ille enim urbem esse conditam annis post Troiam eversam 432, Olymp. 7, 1, itidem exeunte (nam natalis urbis certus est), tradidit, i. e. anno ante Chr. 751, ita ut, qui hac aera utuntur, per totum historiae Romanae spatium, duobus annis minorem numerum, quam Varro, ponant. Quodsi forte quaeratur, quae causa huius discriminis sit, eam breviter explicabo. Nam Cato annos nostros (a. Chr.) 324. 309. 301 proximis prioribus adiecit, cum persuasum haberet, dictatorum potestatem non ultra annum eorum magistratuum, a quibus dicti essent, extendi potuisse, neque in annum insequentem excurrisse. De quo aliter statuit Varro: quibus rationibus adductus, aut recte necne ita putaverit, non est huius loci exquirere. Sed hac ratione tribus annis Catoni praecurreret, cum duobus tantum praecurrat. Nimirum unus annus Catoni rursus accedit, quia annum a. Chr. 449 divisit, et cos. hoc anno exeunte creatos etiam per annum insequentem reip. praefuisse statuit. Neque id sine iusta causa, quas tamen apud me non tantum valere potuit, ut ab ea ratione discederem, quae plurimorum hodie consensu probata, et in libros scholasticae eruditioni destinatos

a. Chr. u. c.

Romulus, interempto fratre solus rex, novo populo iura dat, senatum centum virorum instituit.

Raptis puellis bella contra Romanos a vicinis gentibus moventur, sed Caeninensibus, Crustuminis, Antemnatibus victis, *Sabini* per matronas cum Romanis reconciliantur.

Eius gentis pars cum rege Tatio Romam commigrat, sedesque in *Capitolino* et *Quirinali* montibus ponit: senatorum (gentiumque patriciarum) numerus altero tanto augetur.

Tatio a Laurentibus occiso Romulus, iterum solus rex, bella gerit cum Fidenatibus et Veientibus, Etruscis populis.

Tres populi tribus, tres equitum centurias (Ramnes s. Ramnenses, Tities s. Titienses, Luceres s. Lucerenses) instituit, triginta curias.

Romulo mortuo, cum interregno annno populus fessus esset, *Numa Pompilius*, Curibus Sabinis accitus, rex creatur 715 39

Is civitatem deorum religionibus legibusque instituendis iterum quasi condidisse fertur, cum per 43 annos nullum bellum gereret 673 81

Tullus Hostilius, Romulo similior quam Numae, Albanos (certamine Horatiorum et Curiatiorum) subiicit, haud multo post Albam longam capit ac diruit, cives Romam transducit 667 87

Senatum auget aliquot gentibus Albanis inter patres receptis, equitatum duplicat.

Fulmine ictus perit post regnum 32 annorum 641 113

Ancus Marcius, nepos Numae ex filia, aeque belli ac pacis artibus clarus, Latinos devincit, victos Romam in *Aventinum* montem demigrare cogit.

Ostiam, ademptam Veientibus, colonos Romanos deducit, urbem Romam Ianiculo munito adversus Etruscos firmat.

Post Anci mortem (24 annos regnaverat) *L. Tarquinius Priscus*, Demarati Corinthii filius, qui Tarquiniis, Etruriae oppido, Romam migraverat, rex creatur 616 138

Caeles Vibenna coloniam Etruscorum Romam ducit insidetque montem *Caelium* ab ea re nominatum. Tac. Ann. 4, 65.

Tarquin. senatores addit centum, qui minorum gentium appellantur, ut 300 senatores facti sint.

Idem cum novas tres equitum centurias, augurio vetitus, facere non posset, tribus veteribus alterum tantum adiecit, ut essent 1200.

Vincit Sabinos et Latinos civitatemque auget.

Templum Iovis Capitolini aedificare cloacasque struere incipit, ludos Romanos s. magnos instituit.

---

recepta est. Dissentit autem ab ratione Varronis etiam *Capitolina*, quae dicitur, uno anno minor, ut Romae exordium in Ol. 6, 4 positum esse videatur. Ea floruit imperatorum aetate, imprimis in fastis numerandis, sed post imp. Philippi ludos saeculares nullum eius vestigium videtur reperiri. Quodsi veterum temporum doctrina ita ad liquidum perduci posset, ut non plura superessent, de quibus dubitares, quam quae certa et explorata haberes, nae ego hanc timidam et molestam curam procul abiicerem, et libenter amplecterer, quidquid melius esset prolatum. Nunc vero quo in loco res sit, facile quaerenti apparet. Quapropter magnopere auctor sum imprimis iis, quibus scholastica institutio demandata est, ut *annis ante Christum natum* vulgo utantur, quippe quorum et initium ex constanti opinione certum sit, et computatio usque ad annum 300 retrorsum facile, et eadem apud omnes, procedat.

Digitized by Google

a. Chr. u. c.

Tarquinio, per sicarios a Marciis conductos regni anno 38. interfecto, succedit sine patrum auctoritate, sed plebis voluntate rex *Servius Tullius* 578 176

Esquilinum et *Viminalem* montem urbi addit, muroque cingit: itaque eum urbis ambitum efficit, qui postea diu mansit.

Populum in 5 classes et 170 centurias ex censu distribuit, quibus exercitus pedester efficeretur, his adiunctae 18 centuriae equitum. Una centuria pauperum s. proletariorum immunis militia est.

Idem plebem in *triginta tribus*, 4 urbanas, 26 rusticas, pro situ agrorum distribuit. (Dionys. 4, 15.)

Fanum Dianae Romae a Latinis populoque Romano communiter aedificatur, tanquam monumentum societatis.

Tarquinius Superbus, Prisci Tarquinii filius neposve, Servium regem, socerum suum, regno quod per 44 annos administrarat, vitaque privat, et ferociter regnat annos 25 534 220

Certum et perpetuum foedus iungit cum Latinis populis (priscis), ut principatus penes Romanos esset, iique praesiderent sacris in Albano monte faciendis.

Bellum movet adversus Volscos, ab iisque Suessam Pometiam capit, colonias Circeios et Signiam ad fines defendendos mittit.

Gabios, urbem propinquam, sed foederis Latini expertem, per Sextum filium dolo capit.

Templum Iovis, Iunonis Minervaeque in monte Tarpeio, a Tarq. Prisco inchoatum, ingenti labore perficit.

Cives, iam dudum aegre dominatum regium ferentes, cum vis Lucretiae, nobili matronae, a Sexto Tarquinio illata esset, ita exacerbantur, ut L. Iunio Bruto auctore obsequium regibus denegent, eosque urbe excludant 510 244

Secunda periodus a libertate instituta usque ad composita plebeiorum et patriciorum certamina, ab a. 510, *u. c.* 244, *usque ad a.* 366, *u. c.* 388.

a. Chr. u. c.

509 245 Cos. *L. Iunius Brutus*, *L. Tarquinius Collatinus*, suff. Collatino *P. Valerius Poplicola*, Bruto *Sp. Lucretius Tricipitinus*, eoque mortuo *M. Horatius Pulvillus.)* Creati comitiis centuriatis duo consules, sive *praetores* tum vocati, regia potestate, sed cum alter consul L. Tarquinius invidiae cedere coactus esset, in eius locum creatur P. Valerius. Fiunt etiam quaestores, sed a consulibus. Senatus expletur plebeiis equitibus, inde duplex nomen patres et conscripti. Coniuratio nobilium iuvenum ad reges restituendos detegitur et vindicatur, quapropter regii agri publicantur. Veientibus Tarquiniensibusque reges armis reducere conantibus, pugna fit, qua *Brutus* et Aruns Tarquinius mutuis vulneribus pereunt. Eodem anno antiquissimum foedus cum Carthaginiensibus ictum est, apud Polyb. 3, 22, quo Romanorum tum fuisse maris oram usq. ad Terracinam apparet. Lex Valeria lata de provocatione.

508 246 Cos. *P. Valerius Poplicola II*, *T. Lucretius Tricipitinus.) Porsena*, rex Clusinus, Romanos aggreditur, victos obsidione premit et ad deditionem adigit: obsidibus acceptis et agrorum parte tertia adempta, infirmam neque tamen regibus subiectam civitatem relinquit.

Digitized by Google

a. Chr.	u. c.	
507	247	Cos. *M. Horatius Pulvillus II, P. Valerius Poplicola III.)* Tarquinius Tusculum ad Mamilium Octavium dictatorem abit. Templum Iovis Capitolini dedicatur, combustum a. 83.
506	248	Cos. *Sp. Larcius Flavus, T. Herminius Aquilinus.*
505	249	— *M. Valerius Volusus, P. Postumius Tubertus.* Ambo cos. triumphant de Sabinis.
504	250	Cos. *P. Valerius Poplicola IV, T. Lucretius Tricipitinus II.)* Attus Clausus, apud Rom. *Appius Claudius*, Sabinus, cum magno numero clientium Romam confugit, ipse in patres allectus, ceteris, cum agro trans Anienem, civitas data et tribus Claudia (De nobilitate gentis cf. Suet. Tib. 1.) Bellum cum Sabinis, ex quo triumphat P. Valerius.
503	251	Cos. *P. Postumius Tubertus II, Agrippa Menenius Lanatus.)* Prima ovatio P. Postumii de Sabinis.
502	252	Cos. *Opiter Verginius Tricostus, Sp. Cassius Viscellinus.)* Pometia Auruncorum capta et diruta. Sabinum bellum compositum.
501	253	Cos. *Postumus Cominius Auruncus, T. Larcius Flavus.)* Cum bellum a triginta populis Latinis immineret, T. Larcius primus *dictator*, sive magister populi, *dictus*, qui Sp. Cassium magistrum equitum habuit. (Liv. 2, 18.)
500	254	Cos. *Ser. Sulpicius Camerinus Cornutus, M'. Tullius Longus.*
499	255	— *T. Aebutius Elva, P. Veturius Geminus Cicurinus.*
498	256	— *Q. Cloelius Siculus, T. Larcius Flavus II.* (Hoc anno quidam T. Larcium dictatorem fuisse dicunt censumque egisse; inventi 150700 puberes.)
497	257	Cos. *A. Sempronius Atratinus, M. Minucius Augurinus.)* Templum Saturni dedicatur, Saturnalia instituuntur.
496	258	Cos. *A. Postumius Albus Regillensis, T. Verginius Tricostus.)* A. Postumius, dictator factus, cum populis Latinis, a Mamilio Tusculano concitatis, ad lacum Regillum confligit.
495	259	Cos. *App. Claudius Sabinus Regill., P. Servilius Priscus Structus.)* *Tarquinius* rex exul Cumis *moritur*. Romae tribus 21 factae, adiecta Claudia. Mercurii templum a centurione plebeio dedicatur. Bellum cum Volscis. Signia colonia, suppleto numero colonorum, iterum deducta.
494	260 16 post reges exactos	Cos. *A. Verginius Tricostus Caeliomontanus, T. Vetusius Geminus Cicurinus.)* M'. Valerius Maximus dict., (Q. Servilius Priscus Structus mag. eq.) seditionis sedandae causa Velitras coloniam deducit. Plebs promissis destituta in sacrum montem secedit, eaque re impetrat a patribus, ut quinque *TRIBUNOS PLEBEI* quotannis creare liceat sacrosanctos, singulos ex singulis classibus. (Sunt qui duos creatos et ab his tres allectos dicant. Ascon. ad Cic. p. Cornel.) Ineunt IV. Id. Dec. Item duo *aediles* pl. instituuntur.
493	261	Cos. *Sp. Cassius Viscellinus II, Post. Cominius Auruncus II.)* Foedus ictum cum Latinis, condicionibus aequis. Cum Volscis bellum geritur, Corioli, quos ceperant, recuperati. Aedes Cereris Liberi Liberaeque ad circum max. dedicata. Dion. 6, 94. Cf. Plin. 35, 154. *Census actus a cos. (lust. VII), censa* 110,000 *cap.*
492	262	Cos. *T. Geganius Macerinus, P. Minucius Augurinus.)* *Norbam* nova colonia deducitur, quae arx in Pomptino esset. Lex Icilia de tribunorum potestate.
491	263	Cos. *M. Minucius Augurinus II, A. Sempronius Atratinus II.)* *C. Marcio Coriolano* dies dicitur a tribunis, quod per op-

Digitized by Google

a Chr.	u. c.	
		portunitatem annonae auctor fuerat patribus tollendae potestatis tribuniciae. Damnatus ad Volscos exulatum abit.
490	264	Cos. *Q. Sulpicius Camerinus Cornutus, Sp. Larcius Flavus II.*
489	265	— *C. Iulius Iulus, P. Pinarius Ruf. Mamercinus.)* Volsci coniuncti cum Aequis Romanos Latinosque premunt, multasque urbes occupant, quae antea Latinorum fuerant. Inde perpetua bella propinqua cum Aequis et Volscis Antiatibus, annalium vanitate mirifice adaucta.
488	266	Cos. *Sp. Nautius Rutilus, Sex. Furius Fusus.*
487	267	— *T. Sicinius Sabinus, C. Aquilius Tuscus.*
486	268	— *Sp. Cassius Viscellinus III* (sive *Vitellinus* ab urbe Vitellia) *Proculus Verginius Tricost. Rutilus.) Hernici* in foedus cum Latinis assumpti. *Cassius* cos. primam *legem agrariam* fert, ut agrorum publicorum pars plebi assignetur. Idem triumphat de Volscis Hernicisque.
485	269	Cos. *Ser. Cornelius Maluginensis Cossus, Q. Fabius Vibulanus.)* Cassius, ubi magistratu abiit, proditionis damnatus necatur, neque tamen plebs et tribuni legem Cassiam flagitare desistunt. Bellum cum Veientibus.
484	270	Cos. *L. Aemilius Mamercinus, K. Fabius Vibulanus.)* Templum Castoris et Pollucis Id. Quint. dedicatur.
483	271	Cos. *M. Fabius Vibulanus, L. Valerius Poplic. Potitus.)* Bellum cum Volscis et Veientibus, domi plebis contentiones.
482	272	Cos. *Q. Fabius Vibulanus II, C. Iulius Iulus.)* Propter discordias initio anni sunt interreges, aegre cos. creantur.
481	273	Cos. *K. Fabius Vibulanus II, Sp. Furius Fusus.)* Bella Aequorum et Veientium.
480	274	Cos. *M. Fabius Vibulanus II, Cn. Manlius Vulso Cincinnatus.)* Domi contentiones agrariae. Etrusci fusi bello inferendo abstinent.
479	275	Cos. *K. Fabius Vibulanus III, T. Verginius Tricost. Rutilus.)* Fabia gens, consule auctore, bellum cum Veientibus gerendum sibi sumit, castellumque ad Cremeram communit.
478	276	Cos. *L. Aemilius Mamercinus II, C. Servilius Structus Ahala,* suff. *Opiter Verginius Tricostus Esquilinus*, qui a Liv. 2, 54 commemoratur anno 473.
477	277	Cos. *C. Horatius Pulvillus, T. Menenius Lanatus.)* Fabii treceuti sex numero a Veientibus caeduntur ad Cremeram fluvium, XV. Cal. Aug.
476	278	Cos. *A. Vergin. Tricost. Rutilus, Sp. Servilius Structus,* qui aestate mense Sextili ineunt. Veientes Ianiculo capto Romanos bello premunt.
475	279	Cos. *C. Nautius Rutilus, P. Valerius Poplicola.*
474	280	— *L. Furius Medull. Fusus, A. Manlius Vulso.)* Bellum cum Veientibus induciis in 40 annos factis finitur. Census actus (lustr. 8.), censa 130000 cap.
473	281	Cos. *L. Aemilius Mamercinus III, Vopiscus Iulius Iulus (ap. Liv. Opiter Verginius).* Cn. Genucius Aventinensis, tr. pl., qui prioris anni cos. diem dixerat, domi occisus.
472	282	Cos. *L. Pinarius Rufus Mamercinus, P. Furius Fusus.) Lex Publilia* (Publilii Voleronis tribuni) fertur, ut magistratus plebeii comitiis tributis creentur, qui eo usque curiatis facti erant.
471	283	Cos. *App. Claudius Crassus Inrigillensis Sabinus, T. Quinctius Barbatus Capitolinus.)* Lex refecto Volerone tr. perfertur.

a. Chr.	u. c.	
		Milites Romani sub Appio cos. vincere nolunt; sed decimus quisque sorte ad supplicium legitur.
470	284	Cos. *L. Valerius Poplic. Potitus II, Tib. Aemilius Mamercinus.)* App. Claudius a tribunis accusatur, sed ante damnationem moritur.
469	285	Cos. *T. Numicius Priscus, A. Verginius Tricost. Caeliomontanus.*
468	286	— *T. Quinctius Barbatus Capitolinus II, Q. Servilius Priscus Structus.)* Romani et Latini summa ope ad Antium cum Volscis Aequisque dimicant. Antium Romanis proditur.
467	287	Cos. *T. Aemilius Mamercinus II, Q. Fabius Vibulanus.)* Coloni Antium mittuntur, qui cum veteribus civibus habitent.
466	288	Cos. *Sp. Postumius Albus Regill., Q. Servilius Priscus Structus II.*
465	289	— *Q. Fabius Vibulanus II, T. Quinctius Barbatus Capitolinus III.)* In Algido monte cum Aequis dimicatur. Census actus (lustr. 9), censa 104214 cap.
464	290	Cos. *A. Postumius Albus Regillensis, Sp. Furius Fusus Medull.)* Sp. Furius cos. ab Aequis et Ecetranis Volscis victus et in castris obsessus, a Latinis et Hernicis liberatur.
463	291	Cos. *L. Aebutius Elva* (in mag. mort.) *P. Servilius Priscus Structus* kal. Sext., quod tunc anni principium, ineunt. Gravissima pestilentia Romanos premit, dum Aequi agros depopulantur.
462	292	Cos. *L. Lucretius Tricipitinus, T. Veturius Gemin. Cicurinus* a. d. III Id. Sext. ineunt. *C. Terentillus Arsa* trib. pl. legem fert, ut X viri creentur *scribendis legibus.* Cos. de Volscis Aequisque triumphant.
461	293	Cos. *P. Volumnius Amintinus Gallus, Ser. Sulpicius Camerinus Cornutus.)* In lege impedienda ferociter se patres gerunt, neque cedunt, quamquam K. Quinctius de vi accusatus in exilium pellitur.
460	294	Cos. *P. Valerius Poplicola II,* suff. *L. Quinctius Cincinnatus, C. Claud. Regillens. Sabinus.)* Dum de lege contendunt, Capitolium ab exulibus et servis occupatur, plebi vix persuadet Valerius cos. popularis, ut arma capiat, sed in recuperanda arce cum Valerius cecidisset, L. Quinctius, Caesonis pater, consul sufficitur, maxime plebi infensus.
459	295	Cos. *Q. Fabius Vibulanus III, L. Cornelius Maluginensis Uritinus.)* Census actus (lust. 10), censa 117319 cap. De Antio pugnatum cum Volscis, item cum Aequis.
458	296	Cos. *C. Nautius Rutilus II, ... Carventanus,* eoque mortuo suff. *L. Minucius Augurinus.)* Minucium consulem ab Aequis obsessum *L. Quinctius Cincinnatus dictator (L. Tarquitio Flacco mag. eq.)* creatus liberat.
457	297	Cos. *C. Horatius Pulvillus II, Q. Minucius Esquilinus.)* Tribuni plebis quintum refecti obtinent, ut *decem tribuni* creentur, bini ex singulis classibus.
456	298	Cos. *M. Valerius Maximus, Sp. Verginius Tricost. Caeliomont.)* Aventinus mons publicatur et plebi assignatur *lege tribunicia Icilii.* Ludi saeculares instituti esse dicuntur.
455	299	Cos. *T. Romilius Rocus Vaticanus, C. Veturius Cicurinus.)* Aequi vincuntur.
454	300	Cos. *Sp. Tarpeius Montan. Capitolin., A. Aternius Varus Fontinalis.)* Tandem patres legem tribuniciam accipiunt; mittuntur tres legati ad leges institutaque Graecarum civitatum noscenda, Sp. Postumius Albus Regillensis, A. Manlius Vulso,

Digitized by Google

a. Chr	u. c.	
		Ser. Sulpicius Camerinus Cornutus. Lex Aternia Tarpeia de multis imponendis.
453	301	Cos. *Sex. Quinctilius, P. Curiatius Fistus Trigeminus.)* Fames et pestilentia, qua cos. Quinct. absumitur.
452	302	Cos. *P. Sestius Capitolinus Vaticanus, T. Menenius Lanatus.)* Legatis reversis, lex perfertur de *X viris legum scribendarum causa, sine provocatione creandis.*
451	303	Cos. *Ap. Claudius Crassus Inregillensis Sabinus II, T. Genucius Augurinus.* Abdicant cos. et X viri ex patriciis creantur praeter ipsos cos. Sp. Veturius Crassus Cicurinus, C. Iulius Iulus, P. Sestius Capitol. Vaticanus, P. Curiatius Fistus Trigeminus, T. Romilius Rocus Vaticanus et tres illi legati. Decem legum tabulas comitiis centuriatis ferunt — *fontem omnis publici privatique iuris.* Sancitur, ne de capite civis quaeratur, nisi comitiis centuriatis.
450	304 60 post reg. exact.	*X viri altero anno* creantur quinque ex patribus Ap. Claudius Crassus Inregillensis Sabinus II, omnium rerum princeps, M. Cornelius Maluginensis, M. Sergius Esquilinus, L. Minucius Esquilinus Augurinus, Q. Fabius Vibulanus, et *quinque ex plebe:* Q. Poetelius Libo Visolus, T. Antonius Merenda, K. Duilius Longus, Sp. Oppius Cornicen, M'. Rabuleius. Id. Mais, quod tum solemne anni principium, ineunt. Societate inter se facta decemviratum perpetuum facere conantur. Adduntur decem tabulis duae.
449	305	*X viri iidem, tertio* anno invito populo, sed plerisque patrum haud obscure probantibus, potestatem per vim retinent. Scelere flagitioso, quod App. Claudius in L. Verginio eiusque filia edidit, cives in urbe castrisque commoti iterum secedunt in montem sacrum, et vix per L. Valerium et M. Horatium cum patribus reconciliantur. Cos. creantur (nam sic tum primum appellati sunt) *L. Valerius Poplicola Potitus, M. Horatius Barbat. Leges Valeriae Horatiae* feruntur de plebiscitis, ut quod tributim plebs iussisset, populum teneret (bis deinde relata a. 339 et 286), de provocatione et sanctitate tribunorum plebis. *Lege Duilia* tribunicia sancitur, ne quis plebem sine tribunis relinquat, neve magistratum sine provocatione creet. X viri aut mortem sibi consciscunt accusati, aut exilii causa solum vertunt. Consules, Valerius Aequos Volscosque, Horatius Sabinos tam graviter profligant, ut Sabini quidem annis 165 bellum contra Rom. non moveant. (Inter tribunos plebis sunt Sp. Tarpeius et A. Aternius, consulares viri, Liv. 3, 65).
448	306	Cos. *Lar Herminius Aquilinus, T. Verginius Tricost. Caeliom.)* Lex Trebonia trib. fertur, ut qui plebem Rom. tribunos rogaret, eo usque rogaret, dum X tribunos faceret.
447	307	Cos. *M. Geganius Macerinus, C. Iulius Iulus.)* Hoc primum anno *quaestores a populo creantur,* a consulibus antea designati. (Tacit. Ann. XI, 22.)
446	308	Cos. *T. Quinctius Capitol. Barbatus IV, Agrippa Furius Fusus.)* Etiam Aequi, agrum Latinum et Romanum depopulati, ad Corbionem vincuntur, ut diu quiescant.
445	309	Cos. *M. Genucius Augurinus, C. Curtius Philo.) C. Canuleius* rogationes fert de *connubio patrum et plebis,* et ut populo potestas sit, sive de plebe, sive de patribus velit, consules faciendi. Prior lex eodem anno perfertur, sed ne consulatus

a. Chr. u. c.

prodatur, patres consentiunt, ut *tribuni militum consulari potestate* promiscue ex utroque ordine creentur.

444 310 *III tribuni mil. cons. pot.* (Liv. 4, 7), inter eos *unus* de plebe est, L. Atilins Longns.

Sed tertio mense magistratu, augurum decreto, qnasi vitio creati, abeunt, et cos. creantur *L. Papirius Mugillanus*, *L. Sempronius Atratinus* per interregem patricium, et ipsi patricii.

443 311 Cos. *M. Geganius Macerin. II*, *T. Quinct. Capit. Barbat. V*, qui Id. Dec. magistratum inierunt, v. Dionys. 11, 63, cuius historia in h. a. abrumpitur.) *Censores* primi in quinquenninm creantur *Papirius* et *Sempronius*, prioris anni cos. (Instr. 11)

Ardeates seditione orta, inter Rom. et Volscos Antiates haesitant, sed Romani superiores facti urbem occnpant.

442 312 Cos. *M. Fabius Vibulanus*, *Postumus Aebutius Elva Cornicen.)* Ardeam colonia Rom. deducitur. M. Fabius pont. max.

441 313 Cos. *C. Furius Pacilus Fusus*, *M'. Papirius Crassus.*

440 314 — *Proculus Geganius Macerinus*, *L. Menenius Lanatus.)* Cum fame homines laborent, neque ea per praefectum annonae, pnblice constitutum, levetur, *Sp. Maelius*, eques Rom., ex frumento coempto plebi largitur, sed ambitus a patribus arguitur.

439 315 Cos. *T. Quinct. Capitolin. VI*, *Agrippa Menenius Lanat.)* L. Quinctins Cincinnatus dictator II dicitur, ad quem cum Sp. Maelius citatus venire nollet, a *C. Servilio Ahala* mag. eq. obtruncatus est. L. Minucius, praef. annonae, plebem sublevat.

438 316 *III tribuni mil. cons. p.* (Liv. 4, 16). Fidenates a societate Rom. ad Lartem Tolumnium, Veientium regem, deficinnt. Cf. a. 426.

437 317 Cos. *M. Geganius Macerinus III*, *L. Sergius Fidenas.)* Veientes ac Fidenates Mam. Aemilius dictator (L. Quinctius Cincinnatus mag. eq.) dictus vincit, triumphatqne Id. Sept.

436 318 Cos. *M. Cornelius Maluginensis*, *L. Papirius Crassus.)* Sp. Maelins trib. pl. C. Servilium ad populum accusat. Cf. Valer. Max. 5, 3, 2.

435 319 Cos. *C. Iulius Iulus II*, *L. Verginius Tricostus.)* Veientes Anienem transgressos *Q. Servilius Priscus Structus dictator* (Postnmns Aebutius Elva mag. eq.) fundit, Fidenas ipsas capit et colonis missis, Romanis adiungit. Censores C. Furins Pacilus Fusus M. Geganius Maceriuus (Inst. 12).

434 320 III trib. mil. cons. pot. (Liv. 4, 33 an cos. fuerint dubitat.) Lex Aemilia, ut *censura annua et semestris* esset, quae quinqnennalis fuerat, ab *Aemilio Mamercino dict.* (A. Postumio Tnberto mag. eq.) perfertur.

433 321 *III trib. mil. cons. pot.* (Liv. 4, 25). Pestilens annns fuit.

432 322 *III trib. mil. cons. pot.* (Liv. 4, 25).

431 323 Cos. *T. Quinct. Pennus Cincinn.*, *C. Iulius Mento.)* Cum Aequi et Volsci bellum summa ope pararent, *A. Postumius Tubertus dictator* (L. Iulius Inlus mag. eq.) dicitur, vir severissimi imperii, eosqne in Algido monte, a Latinis Hernicisque adiutus, devincit. Eo proelio opes illarum gentium fractae videntur. Templum Apollinis dedicatur, pestilentiae avertendae causa votum. A. Cornelius pont. max.

430 324 Cos. *C. Papirius Crassus*, *L. Iulius Iulus.)* Lex Iulia et Papiria

Digitized by Google

a. Chr. u. c.

cos. de multarum aestimatione. L. Papirius P. Pinarins censores (Inst. 13. Cic. de rep. 2, 35).

429 325 Cos. *L. Sergius Fidenas II, Hostus Lucretius Tricipitinus.*

428 326 — *A. Cornelius Cossus, T. Quinctius Pennus Cincinnatus II.*

427 327 — *C. Servil. Structus Axilla, L. Papirius Mugillan. II.) Bellum* tum primum *populi iussu* (comitiis centnriatis) Veientibus *indicitur.*

426 328 *IV trib. mil. cons. pot.* (Liv. 4, 31). Fidenates rebellant et quattnor legatos Roma missos iussu Tolnmnii regis Veientium interficiunt, quorum statuae Romae in rostris ponuntur (Diodor. 12, 80. Livius a. 438 factnm pntat). Dictator adv. Veientes et Fidenates dicitnr Mam. Aemilius tertium: pugna facta Etrusci vincuntur, A. Cornelius Cossus, magister equitum, rege Tolumnio occiso, spolia opima aufert. (Cf. Liv. 4, 20.) Fidenae iterum capiuntur ac diripiuntur.

425 329 *IV trib. mil. cons. pot.* (Liv. 4, 35). Veientibns viginti annornm induciae dantur.

424 330 *IV trib mil. cons. pot.* (Liv. 4, 35).

423 331 Cos. *C. Sempronius Atratinus, Q. Fabius Vibulanus,* qni Id. Dec. ineunt.) Cum Volscis incerto eventu pngnatur, qno eodem anno *Capua a Samnitibus* veteribus incolis Etruscis erepta est.

422 332 *III trib. mil. cons. pot.* (Liv. 4, 42).

421 333 Cos. *Numer. Fabius Vibulan., T. Quinctius Capit. Barbat.)* Quaestorum numerus dnplicatur (ut 4 sint) ac perferunt tribuni, ut eorum pars ex plebe creetur. (Cf. a. 409.)

420 334 *IV trib. mil. cons. pot.* (Liv. 4, 44). — Cnmae, Graeca urbs, a Campanis Samnitibus capiuntnr.

419 335 *IV trib. mil. cons. pot.* (Liv. 4, 44).

418 336 *III trib. mil. cons. pot.* (Liv. 4, 45). Cum Aeqnis ultimum hoc in Algido, Q. Servilio Prisco iterum dictatore (C. Servilio Axilla mag. eq.) feliciter pugnatnr, Lavici, quae urbs ad eos defecerat, capiuntur, coloniaque eo dedncitur. Censura, L. Papirius censor (Instr. 14).

417 337 *IV trib. mil. cons. pot.* (Liv. 4, 47). Rogationes tribunorum pl., ut ager ex hostibus captus viritim dividatur, et acriores et frequentiores fiunt.

416 338 *IV trib. mil. cons. pot.* (Liv. 4, 47).

415 339 *IV trib. mil. cons. pot.* (Liv. 4, 49). Bolae, Aeqnorum urbs, capinntur, sed recipiuntur ab Aequis.

414 340 *IV trib. mil. cons. pot.* (Liv. 4, 49). Iterum capta nrbe, seditio Rom. militnm fit, cum praeda maligne divideretnr et P. Postumius Regill., tribnn. mil., interficitur.

413 341 Cos. *A. Cornelius Cossus, L. Furius Medullinus.)* Ferentinum Volscis ereptum Hernicis redditur, pristinis (ante a. 489) possessoribus: Liv. 4, 51.

412 342 Cos. *Q. Fabius Ambustus, C. Furius Pacilus.*

411 343 — *M. Papirius Mugillanus, C. Nautius Rutilus.*

410 344 — *M'. Aemilius Mamercinus, C. Valerius Potitus Volusus.*

409 345 — *Cn. Cornelius Cossus, L. Furius Medullinus II.)* Hoc primum anno tres plebeii quaestores creantur, uec plus qnam unus locns patricio relinquitnr. Icilii tres tribuni pl. summopere nituntur, ut snmmns honos plebeiis patefiat, frustra.

408 346 *III trib. mil. cons. pot.* (Liv. 4, 56) omnes patricii. Duo ex iis P. Cornelins Rut. Cossus dictator, C. Servilius Ahala mag. eq. dicti.

Digitized by Google

a. Chr. u. c.

407 347 *IV trib. mil. cons. pot.* (Liv. 4, 57) omnes iam functi eo honore. Finis induciarum cum Veientibus.

406 348 *IV trib. mil. cons. pot.* (Liv. 4, 58). Tripartito exercitu res geritur adv. Volscos. Dum duae partes Antiates et Ecetranos Volscos obsident, Anxur, quae nunc Terracinae sunt, capitur et diripitur. *Stipendium* boc primum anno *datur militibus.*

405 349 *VI trib. mil. cons. pot.* (Liv. 4, 61). Bellnm cum Veientibus coepit segniter, dum pars copiarum adv. Volscos bellum gerit.

404 350 *VI trib. mil. cons. pot.* (Liv. 4, 61). Solis defectio nonis Iun. in annalibus maximis primum consignata, Cic. de rep. 1, 16.

403 351 *VI trib. mil. cons. pot.* Liv. 5, 1 octo creatos ait, quod alias nunquam factum sit. Sed duos ex iis *M. Furium Camillum* et *M. Postumium Albinum* censores boc anno fuisse et lustrum 16. fecisse fasti Capitol. indicant (Legendum apud eund. Liv. 5, 1 M. Furius Fusus pro M. Postumio). Censores *aes uxorium* iis qui caelibes ad senectutem mansissent, imposuerunt. Militibus Veios obsidentibus hibernacula aedificantur, sed operibus a Veientibus incensis, oppugnatio rursus aliquamdiu cessat.

402 352 *VI trib. mil. cons. pot.* (Liv. 5, 8). Falisci et Capenates obsidionem Veiorum solvunt, alteris castris Romanis M'. Sergii et L. Verginii tribunorum discordia captis. Etiam Anxur a Volscis recipitur. Sollemnes ineundis magistratibus Id. Dec. sunt, sed ineunt anno inseq. Cal. Oct.

401 353 *VI trib. mil. cons. pot.* (Liv. 5, 10). Multiplex igitur bellum contra Veientes, Faliscos, Capenates, Volscos geritur. Tribunis pl. accusantibus Sergius et Verginius salutari exemplo damnantur.

400 354 *VI trib. mil. cons. pot.,* quorum unum fuisse de plebe *P. Licinium Calvum* Liv. 5, 12 tradit, ceteros patricios. Sed errat, nam praeter illum plebeii item *L. Titinius, P. Maelius, L. Publilius Vulscus:* patricii duo *P. Manlius, Sp. Furius.* Anxur recuperatur. Saeva hiems.

399 355 *VI trib. mil. cons. pot.,* quos Liv. 5, 13 praeter unum patricium, omnes plebeios fuisse ait. Sed sunt duo patricii *M. Veturius, Cn. Genucius,* quattuor plebeii *M. Pomponius, C. Duilius, Vol. Publilius, L. Atilius.* Falisci et Capenates frustra Veientes, inopia frumenti laborantes, obsidione liberare conantur. Sed Romae pestilentia est, cuius levandae causa tum primum ex libris Sibyll. lectisternium factum.

398 356 *VI trib. mil. cons. pot.* (Liv. 5, 14) omnes patricii. Legati Delphos mittuntur de prodigio Albano.

397 357 *VI trib. mil. cons. pot.* (Liv. 5, 16) item patricii omnes. Tarquinienses novi hostes accedunt, sed reliquos Etruriae populos *propius a Gallis periculum* constrictos tenet, qui, occupatis circa Padum amnem terris, Tuscorum civitates bello premunt. Propter discordias interreges sunt exitu anni.

396 358 *VI trib. mil. cons. pot.,* maior pars de plebe *P. Licinius, L. Titinius, P. Maelius, L. Atilius,* hi omnes iterum, patricii duo *Cn. Genucius II* et *Q. Manlius* (Liv. 5, 18 erravit.) Sed *M. Furius Camillus* dictator (P. Cornelius Maluginensis mag. eq.) dictus Faliscos et Capenates devincit, tum ad oppugnandos Veios conversus urbem tandem cuniculis CAPIT. Triumphus Camilli.

Digitized by Google

a. Chr. u. c.

395 359 *VI trib. mil. cons. pot.* (Liv. 5, 24) *patricii omnes, neque exinde usq. ad a.* 379 *a. Chr. plebeiis summus honos conceditur.* Colonia in agrum Volscorum mittitur.

394 360 *VI trib. mil. cons. pot.* (Liv. 5, 26). Faliscis, a Camillo obsessis, pax datur petentibus.

393 361 Cos. L. Valerius Potitus, P. Cornelius Maluginensis, qui cum vitio facti abdicassent, *L. Lucretius Flavus, Ser. Sulpicius Camerinus.)* Agri Veientani septena iugera plebi dividuntur. Vitelliam col. Rom. in suo agro Aequi expugnant. Cens. L. Papirius et C. Iulius Iulus (suff. P. Cornel. Maluginensis) lustrum condunt 17. (Censa 152573 capita).

392 362 Cos. *L. Valerius Potitus, M. Manlius Capitolinus.)* Bellum cum Volsiniensibus oritur (cum Sutrium et Nepete, in tanta perturbatione Etruriae, Romanorum facta essent), sed inseq. a. componitur. Exitu anni interreges aegrotantibus cos.

391 363 *VI trib. mil. cons. pot.* (Liv. 5, 32) Cal. Quintil. ineunt. M. Furius Camillus a L. Appuleio Februario trib. pl. accusatus ob praedam Veientanam in exilium abit.

390 364 *VI trib. mil. cons. pot.*, inter quos tres *Fabii* (Liv. 5, 36). Hoc anno res Romana ad ultimum periculum venit. Nam Galli, omissa Clusii obsidione, infesto exercitu Romam petunt: Romani ad Alliam fluvium turpiter vincuntur (XV Cal. Sext.), et fuga per vicina oppida salutem quaerunt. *Urbs deserta capitur a Gallis* et incenditur, Capitolium tantummodo delecto iuventutis praesidio et M. Manlii (Capitolini) virtute defenditur. In his reip. angustiis maximus eius aetatis imperator *Camillus* Ardea, quo exulatum abierat, revocatur et iterum dictator dicitur, magistro equitum L. Valerio Potito. Hunc scriptores Romani vulgo tradunt Gallos prope urbem et aggressum esse, et ad internecionem paene delesse, sed veri similius est, barbaros, cum et ipsi in diruta urbe inopia premerentur, post sex septemve menses *accepto pretio* domum abisse. Romana urbs, abiecto consilio Veios migrandi, celeriter restituitur. Cum *Caeritibus* hospitium publice factum: Liv. 5, 50.

389 365 *VI trib. mil. cons. pot.* (Liv. 6, 1). Romanis, a quorum societate Latini et Hernici deficere coeperunt, bella imminent a populis circumiacentibus. *Camillus*, tertium dictator dictus (mag. eq. C. Servilio Ahala), Volscos, Aequos, Etruscos Tarquinienses coercet, cum triplici triumpho redit: prudenti consilio civium numerus augetur, Veientibus, Capenatibus, Faliscis civitate donandis.

388 366 *VI trib. mil. cons. pot.* (Liv. 6, 4). Agrariae legis de dividendo agro Pomptino nuper Volscis adempto mentio fit a trib. pl.

387 367 *VI trib. mil. cons. pot.* (Liv. 6, 5). Horum novorum civium causa 4 tribus adduntur Stellatina, Tromentina, Sabatina, Arniensis, ut omnium numerus esset 25.

386 368 *VI trib. mil. cons. pot.* (Liv. 6, 6). Inter trib. h. a. M. Furius Camillus quartum excellit, qui Satricum capit ex Volscis, Sutrium et Nepete contra Etruscos defendit.

385 369 *VI trib. mil. cons. pot.* (Liv. 6, 11). A. Cornelius Cossus, dictator dictus (mag. eq. T. Quinctio Capitolino), Volscos caedit. Satricum colonia civ. mittitur. Interea in urbe M. Manlius Capitolinus, dum obaeratos de plebe cives ambitio-

a. Chr.	u. c.	
		sius sublevat, in crimen maiestatis apud patres incurrit. Eum in vincula coniicit dictator, tamen mox emitti iubet, metu plebis.
384	370	*VI trib. mil. cons. pot.*, inter quos M. Camillus V (Liv. 6, 18). Sed hoc anno patrum artibus Manlio plebis gratia parum prodest, in iudicio damnatur et *de saxo Tarpeio deiicitur.*
383	371	*VI trib. mil. cons. pot.* (Liv. 6, 21). Ager Pomptinus plebi, cuius animi Manlii supplicio commoti sunt, a V viris dividitur, colonia Latina Sutrium deducitur.
382	372	*VI trib. mil. cons. pot.* (Liv. 6, 22). Cum Praenestinis (Aequis) bellum geritur. Nepete, colonia Latina (Liv. 6, 30).
381	373	*VI trib. mil. cons. pot.* (Liv. 6, 22). M. Camillus sextum tribunus, cum Volscis pugnat. Tusculanis civitas datur et suffragiorum ferendorum ius in tribu Papiria. (Primum municipium.)
380	374	*VIII trib. mil. cons. pot.* (Liv. 6, 27 sex nominat). Censores C. Sulpicius Camorinus, Sp. Postumius Regillensis Albinus; hoc mortuo ille abdicat. Alteri censores vitio facti item abdicant, lustrum non conditur, gravi aeris alieni onere plebs premitur. Simul hostes Praenestini urgent: sed eos quidem T. Quinct. Capitolinus dictator (A. Sempronius Atratinus mag. eq.) vincit et ad deditionem adigit.
379	375	*VIII trib. mil. cons. pot.* (Liv. 6, 30 sex nominat) aequato patric. et pleb. numero. Setiam adv. Volscos novi coloni mittuntur.
378	376	*VI trib. mil. cons. pot.* (Liv. 6, 31). Novo tributo ad murum quadratis saxis extruendum opprimitur plebs. Cens. Sp. Servilius Priscus, Q. Cloelius Siculus lustrum 18. fecerunt.
377	377	*VI trib. mil. cons. pot.* patricii omnes (Liv. 6, 32). Cum vis patrum ac plebis miseria cresceret, *C. Licinius Stolo* et *L. Sextius Sextinus* trib. pl. leges promulgant, unam de aere alieno, alteram de modo agri, ne quis plus quingenta iugera agri publici possideret, tertiam, ne trib. mil. comitia fierent consulumque utique alter ex plebe crearetur. Cum Latinis de Tusculo acriter pugnatur.
376	378	*VI trib. mil. cons. pot.* (eos Livius omisit, Diodorus 15, 71 quattuor servavit *L. Papirium II, L. Menenium IV, Ser. Cornelium V, Ser. Sulpicium II,* unum praeterea fuisse *C. Licinium Calvum* de plebe patet e Liv. 6, 39.) Refecti C. Licinius, L. Sextius tr. pl. urgent leges promulgatas, sed impediuntur ab octo collegis.
375 374 373 372 371	379 380 381 382 383	Magistratuum curulium comitia non habentur, tantum tribunorum aediliumque plebis, inter quos C. Licinius et L. Sextius quotannis reficiuntur. Externa bella interea opportune quiescunt.
370	384	*VI trib. mil. cons. pot.* (Liv. 6, 36) omnes patricii per interregem denuo creati, quia Tusculani a Veliternis colonis premuntur.
369	385	*VI trib. mil. cons. pot.* (Liv. 6, 36) omnes patricii. Ex quibus unus, M. Fabius Ambustus II, C. Licinii socer, rogationibus tribuniciis favet, neque iam plus quinque tribuni intercessioni se paratos ostendunt.
368	386	*VI trib. mil. cons. pot.* (Liv. 6, 38), omnes patricii. Cum omnes tribuni pl. in ferendis legibus consentirent, *dictator*

Digitized by Google

a. Chr. u. c.

M. Camillus quartum (L. Aemilius Mamercinus mag. eq.) dicitur, et cum is magistratu se abdicare coactus esset, P. Manlius Capitolinus, qui C. Licinium Calvum primum de plebe mag. equitum dicit. Itaque lex de Xviris sacrorum promiscue ex plebe patribusque creandis perfertur.

367 387 *VI trib. mil. cons. pot.* (Liv. 6, 42) omnes patricii. Fama repens belli Gallici allata, M. Camillus quintum dictator (T. Quinctius Cincinnatus mag. eq.) hostes in Albano agro profligat. Idem domesticae concordiae, cui aedem in foro voverat, suasor existit, et *leges Liciniae perferuntur*, quarum quae de altero cos. ex plebeiis creando est, mansit usque ad dictatorem Caesarem. Duo novi magistratus inveniuntur, *praetoris* et *duorum aedilium curulium*, quos soli patricii capessant.

Tertia periodus a concordia ordinum restituta a. 366 *usque ad Italiam omnem sub imperium populi Rom. redactam, expugnato Brundisio a.* 266 *a. Chr.*

a. Chr. u. c.

366 388 Cos. *L. Sextius Sextinus Lateranus, L. Aemilius Mamercinus.)* Cum tres novi magistratus patricii invidiam plebis moverent, senatus ultro iure aedilium curulium ex solis patribus creandorum cedit. Cens. A. Postumius Regillensis Albinus, C. Sulpicius Peticus. Primus praetor Sp. Furius Camillus.

365 389 Cos. *L. Genucius Aventinensis, Q. Servilius Ahala.)* Pestilentia laboratur, qua M. Furius Camillus senex obit, sed ab externis bellis summa quies, ne consulibus plebeiis laudis bellicae materia esset.

364 390 Cos. *C. Sulpicius Peticus, C. Licinius Calvus Stolo.)* Ludi scenici pestilentiae avertendae causa tum primum instituti traduntur, cum antea circi tantum spectacula fuissent: Liv. 7, 2.

363 391 Cos. *Cn. Genucius Aventinensis, L. Aemilius Mamercinus II.)* Occiditur Cn. Genucius cos. ab Hernicis. L. Manlius Imperiosus *dictator* (L. Pinarius Natta mag. eq.) clavi figendi causa factus in delectu militum acerbe habendo impeditur a trib. pl. Hoc primum anno dimidia pars trib. milit. suffragiis populi designatur. Cens. M. Fabius Ambust., L. Furius Medull. lustrum 20. fecerunt.

362 392 Cos. *Q. Servilius Ahala II, L. Genucius Aventin. II.)* M. Curtius, eques Rom., pro salute pop. Rom. in specum, terrae motu ortum, se immittit. Acriter cum Hernicis pugnatur, *App. Claudio Crasso Inregillensi dictatore*, P. Cornelio Scapula mag. eq.

361 393 Cos. *C. Sulpicius Peticus II, C. Licinius Calvus Stolo II.)* Tumultus Gallici causa *dict.* dicitur T. Quinctius Pennus (Ser. Cornelius Maluginensis mag. eq.). T. Manlius singulari certamine Gallum occidit, inde Torquatus.

360 394 Cos. *C. Poetelius Libo Visolus, M. Fabius Ambustus.)* Cum Gallis, quibus se Tiburtini adiunxerant, proeliatur *dict.* Q. Servilius Ahala (T. Quinctius Pennus mag. eq.), et Poetelius cos.

359 395 Cos. *M. Popillius Laenas, Cn. Manlius Capitol. Imperiosus.*

358 396 — *C. Fabius Ambustus, C. Plautius Proculus.)* C. Plautius Hernicos devincit subigitque, C. Fabius male contra Tarqui-

Digitized by Google

a Chr. u. c.

nienses dimicat. C. Sulpicius Peticus *dict.* (M. Valerius Publicola mag. eq.) adiutus a Latinis de Gallis triumphum meretur.

Duae tribus *Pomptina et Publilia* adduntur (ex Volscis), ut iam sint 27. De ambitu tum primum a C. Poetelio trib. pl. auctoribus patribus latum traditur.

357 397 Cos. **C. Marcius Rutilus, Cn. Manlius Cap. Imper. II.)* Lex Duilia Maenia tribunicia de fenore unciario perlata. Alia lex de vicesima manumissionum ab exercitu et Cn. Manlio cos. in castris ad Sutrium datur, quod ne quis posthac faceret, tribuni capite sanciunt.

356 398 Cos. *M. Fabius Ambustus II, M. Popillius Laenas II.)* Contra Etruscos, Tarquinienses et Faliscos *primus dictator de plebe dicitur C. Marcius Rutilus*, indignantibus patribus (C. Plautius Proculus mag. eq.), sed cum eo promptius a populo adiuvetur, re bene gesta, populi iussu triumphat.

*355 399 Cos. *C. Sulpicius Peticus III, M. Valerius Poplicola.)* Per interreges patricios contra legem Liciniam ambo patricii cos. creati, in quibus plebi nullum auxilium contra malum fenebre esset. C. Sulpicius Tarquinienses vincit, capti 358 in foro supplicio affecti.

*354 400 Cos. *M. Fabius Ambustus III, T. Quinctius Pennus Capitolinus Crispinus.)* Iterum ambo cos. patricii per patres eorumque clientes, secedentibus cum parte populi tribunis, creati. Foedus et societas cum Samnitibus instituitur.

*353 401 Cos. *C. Sulpicius Peticus IV, M. Valerius Poplicola II*, ambo patricii.) Caerites, vetere societate cum Rom. coniuncti, cum Tarquinienses adinvissent, bello petiti T. Manlio Imperioso, dict., A. Cornelio Cosso Arvina mag. eq., tamen inducias 100 annorum impetrant. Aedes Apollinis dedicata.

352 402 Cos. *P. Valerius Poplicola, C. Marcius Rutilus II*, urgentibus tribunis pl. servata lege Licinia per interreges creati. V viri mensarii ad solutionem aeris alieni creati rem difficillimam prudenter expediunt. C. Iulius Iulus dict., L. Aemilius Mamercinus mag. eq., contra Etruscos dicti.

*351 403 Cos. *C. Sulpicius Peticus V, T. Quinctius Cincinn. Capitol. II*, ambo patr. per M. Fabium Ambustum dict. (Q. Servilium Ahalam mag. eq.) et interreges creati, bellum populando gerunt cum Tarquin. et Faliscis finiturque induciis 40 annorum. Sed eo anno *primus censor de plebe* C. Marcius Rutilus (collega Cn. Manlio Capitol. Imper.) renitentibus patribus, creatur.

350 404 Cos. **M. Popillius Laenas III, L. Cornelius Scipio* per L. Furium Camillum dict. (P. Cornelio Scipione mag. eq.) facti. M. Popillius cos. plebeius Gallorum ingentem exercitum fugat.

*349 405 Cos. *L. Furius Camillus, App. Claudius Crassus Inregillensis*, in mag. mort., ambo patricii, per T. Manlium Imp. Torq. II dictatorem patricium, huius rei causa dictum, (A. Cornelio Cosso Arvina II mag. eq.) creati. Decem legiones 45,000 militum a L. Furio conscriptae propter bellum Gallicum et imminens Latinum. M. Valerius singulari certamine cum Gallo provocante certat, (*Corvus* ob eam rem appellatus.) Galli exinde a Romano bello desistunt.

348 406 Cos. *M Valerius Corvus* (qui 23 annos natus cos. creatur), **M. Popillius Laenas IV*, per M. Claudium Crass. Inregill. dict. (C. Livio Dentre mag. eq.) facti. Graeci praedones

a. Chr.	u. c.	
		oram Latii infestant, eamque fortasse ob causam foedus cum Carthaginiensibus ictum est.
347	407	Cos. *T. Manlius Imperios. Torq., C. Plautius Venno Hypsaeus.)* Semunciarium fenus fit ex unciario.
346	408	Cos. *M. Valerius Corvus II, C. Poetelius Libo Visolus II.)* Antiatium et Volscorum, populos Latinos ad bellum cum Rom. sollicitantium, conatus Satrico capto et everso comprimuntur. Alteri ludi saeculares facti.
*345	409	Cos. *M. Fabius Dorso, Ser. Sulpicius Camerinus Rufus*, ambo patricii.) Bella cum Anruncis et Volscis facto etiam L. Furio Camillo II dictatore (Cn. Manlio Capit. Imper. mag. eq.) geruntur, ex quibus Sora ad Lirim capitur.
344	410	Cos. *C. Marcius Rutilus III, T. Manlius Imperios. Torquatus II.)* Aedes Monetae in Capitol. dedicata. P. Valerius Poplicola dict., Q. Fabius Ambustus mag. eq., religionis causa.
*343	411	Cos. *M. Valerius Corvus III, A. Cornel. Cossus Arvina*, ambo patricii per interreges creati. Campani, propter Sidicinos adiutos a Samnitibus bello petiti et victi, Romanis (adde etiam nomini Latino) se in dicionem dedunt. Missi cos. cum exercitibus Valerius *Samnites* ad montem Gaurum acerrimo proelio vincit, Cornelius in Samnio circumventum exercitum insigni P. Decii, trib. mil., fortitudine servat: iterum Valerius hostes ad Suessulam profligat.
342	412	Cos. *C. Marcius Rutilus IV, Q. Servilius Ahala III.)* Milites, qui ad Capuam hibernaverant, seditione facta, Romam proficiscuntur. *Restituitur concordia* per M. Valerinm Corvum dict. (L. Aemilium Mamercinum Privernatem mag. eq.), et cavetur, ne quis eundem magistratum intra 10 annos capiat, neu duos magistr. uno anno gerat, utique non solum alterum cons. ex plebe creari oporteat, sed etiam ambos plebeios creari liceat. Fenus omne sublatum rogatione Genucia, Liv. 7, 42.
341	413	Cos. *C. Plautius Venno Hypsaeus II, L. Aemilius Mamercinus Privernas.* Interreges exitu anni.) Cum Samnitibus foedus ac societas fit, iisque permittitur, ut Sidicinis bellum inferant. Omissum bellum Latini et Campani suscipiunt, haud occulte defectionem a Romanis molientes.
340	414	Cos. *T. Manlius Imper. Torquat. III, *P. Decius Mus.)* Senatus pop.que Rom. postulatis Latinorum, ut consulum alter ex Latinis creetur, exacerbatus bellum iis inferre statuit. Cos. per fines Samnitium in Campan. proficiscuntur: atroci proelio haud procul radicibus Vesuvii montis, qua via ad Veserim ferebat, facto, Latini et Campani, P. Decio devovente se, vincuntur. Altero proelio victi praeter Antiates se dedunt, et multantur agrorum parte, dum Campani equites civitate donantur. L. Papirius Crassus, qui tum praetor erat, dict. dictus, L. Papirius Cursor mag. eq.
339	415	Cos. *Tib. Aemilius Mamercin., *Q. Publilius Philo.)* Aliquot populi Lat. rebellant, quos Aemilius cos. vincit, neque tamen Pedum, caput belli, capere potest. *Q. Publilius*, a collega patribus infenso dictator dictus, (D. Iunius Brutus Scaeva mag. eq.) tribus *legibus* latis, plebis populique potestatem auget. Nam sancitum est prima, ut plebiscita omnes Quirites tenerent, altera, ut legum, quae comitiis centuriatis fer-

a. Chr.	u. c.	
		reutur, patres aute initum suffragium auctores fierent, tertia, ut alter utique ex plebe censor crearetur.
338	416	Cos. *L. Furius Sp. fil. Camillus, C. Maenius.)* Omne Latium singulis urbibus oppugnaudis frangitur. Maenius de Antiatibus triumphat, et iu suggestu rostra figit (Pliu. 34, 20). Prout quaeque civitas meruerat, pax datur. Tusculanis civitas restituitur, Antium nova colonia deducitur et civitas datur, Lanuvini, Ariciui, Nomentani, Pedani municipes Romani fiunt; iu ceteros gravius consulitur, ademptis inter se connubiis commerciisque; Velitris senatus abducitur, et in agros senatorum coloni mittuntur; Campauis et Cumanis Suessulanisque civitas sine suffragio datur; item Fundanis Formianisque (cf. a. 188).
337	417	Cos. *C. Sulpicius Longus, P. Aelius Paetus.)* Q. Publilius Philo *praetor primus de plebe* creatus. Sidicini Auruncam, priusquam cos. auxilio veniunt, capiunt. Aurunci Suessam (ab incolis Auruncam dictam) incolunt et communiunt.
336	418	Cos. *L. Papirius Crassus, *Caeso Duilius.)* Bellum feliciter geritur cum Sidicinis et Caleuis, qui se illis adiunxerant.
335	419	Cos. *M. Valerius Corvus IV, *M. Atilius Regulus.)* Cales capiuntur a Valerio cos. Comitia inseq. anni a L. Aemilio Mamerc. Privern. dict. (Q. Publilio Phil. mag. eq.) habentur.
334	420	Cos. *T. Veturius Calvinus, Sp. Postumius Albinus.)* Colonia Latina iu agrum Calenum mittitur, munimentum finium Romanorum.
333	421	(Cos. *L. Papirius Cursor, C. Poetelius Libo Visolus*, apud Livium omissi.)
332	422	Cos. *A. Cornel. Coss. Arvina II, Cn. Domitius Calvinus* per interreges facti.) Censores Q. Publilius Philo, Sp. Postumius Albinus novorum civium causa duas tribus addunt, Maeciam et Scaptiam (29). M. Papirius Crassus dict., P. Valerius Poplicola mag. eq. Acerranis civitas sine suffragio data est lege a L. Papirio praetore lata. Samnites et Bruttii et Lucani hoc temporis tractu cum Alexandro Epirota dimicant: rex ad Paestum victor foedus cum Rom. facit.
331	423	Cos. **M. Claudius Marcellus, C. Valerius Potit. Flaccus.)* Cn. Quinctilius Varus dict. clavi figendi causa, L. Valerius Potitus mag. eq. Inaudito antea crimine de veneficiis Romae ad 170 matronae damnatae dicuntur.
330	424	Cos. *L. Papirius Crassus II, L. Plautius Venno.)* Privernates a Romanis, Vitruvio Fundano auctore, deficiunt, sed facile subiguntur.
329	425	Cos. *L. Aemilius Mamercin. Privernas II, C. Plautius Hypsaeus Decianus*, qui Kal. Quinct. ineunt. Privernates dediti, Vitruvio affecto supplicio, cives Rom. fiunt. Anxur 300 col. missis colonia civium fit.
328	426	Cos. *P. Plautius Proculus, P. Cornelius Scapula* (Cf. Liv. 25, 5.) Fregellas iu terram Volscorum colonia Lat. ducitur, ad obsidendos Samnites.
327	427	Cos. *L. Cornelius Lentulus, Q. Publilius Philo II.)* Palaepolitanis propter direptos Romanorum iu Campania agros bellum indicitur, Publ. eam urbem obsidet, redintegratur etiam bellum cum Samnitibus, quapropter Rom. Lucanos et Apulos

Digitized by Google

a. Chr. u. c.

foedere sibi adiungunt. Comitiorum causa M. Claudius Marcellus dict. dictus (Sp. Postumius Albinus mag. eq.) abdicat, tum interreges.

326 428 Cos. *C. Poetelius Libo Visol. III, L. Papirius Mugillanus.)* Q. Publilio, cui *primo procos. imperium prorogatum est*, deditur Palaepolis, idemque primus acto honore triumphat. Romae lege a cos. lata cavetur, ne quis aeris alieni causa nectatur, utique bona tantummodo obnoxia sint. Tarentinorum artibus Lucani ab societate Rom. deficiunt, itemque Vestini.

325 429 Cos. *L. Furius Camillus II, *D. Iunius Brutus Scaeva.)* Vestini a Bruto cos. profligantur. Alter cos. morbo implicitus dictatorem ad bellum cum Samnitibus gerendum dicit *L. Papirium Cursorem*, quo absente ac nolente Q. Fabius Rullianus, mag. equitum, felicissime cum Samnitibus confligit, sed aegre ab irato dict. populi precibus condonatur.

324 430 *L. Papirius Cursor dict., L. Papirius Crassus mag. equit.)* Dictator populi iussu continuasse magistratum videtur, in quo cum bis Samnites vicisset, inducias annuas pacem petentibus dedit, pecunia imperata, triumphausque rediit.

Luceriam in Apulia colonia Lat. deducitur, quam victis gentibus impositam existimare licet.

323 431 Cos. *C. Sulpicius Longus II, Q. Aulius Cerretanus.)* Samnites rebellant, Apulis in societatem pertractis.

Tusculani, accusati a Flavio trib. pl., quod eorum opera Veliterni et Privernates bellum populo Rom. fecerint, a pop. absolvuntur.

322 432 Cos. *Q. Fabius Max. Rullianus, L. Fulvius Curvus*, qui cum rebellantium Tusculanorum cos. fuisset, factus esse dicitur a Plin. nat. hist. 7, 136.) A. Cornelius Cossus Arvina dict. (M. Fabio Ambusto mag. eq.) (aut Q. Fabius cos., cf. Liv. 8, 39 sq.) acerrimo proelio cum Samnitibus confligit. Victi auctores induciarum ruptarum dedunt, neque tamen pacem impetrant a Romanis.

321 433 Cos. *T. Veturius Calvinus II, Sp. Postumius Albinus II*, in furculis *Caudinis* occupati, exercituum liberandorum causa, inhonestam pacem spondent. Obsides equites Rom. 600 Samnitibus traditi, ceteri milites Rom. per iugum traducti. Samnites Luceriam recuperant et obsides Rom. ibi custodiae causa deponunt. Comitiorum causa fiunt Q. Fabius Ambustus dict. (P. Aelius Paetus mag. eq.), tum postquam ii vitio facti abdicarunt, M. Aemilius Papus dict. (L. Valerius Flaccus mag. eq.), tum interreges.

320 434 Cos. *Q. Publilius Philo III, L. Papirius Sp. f. Cursor II* per interregem creati.) Sponsores pacis, magistratu abdicato, Samnitibus deduntur, neque tamen ab his accipiuntur: bellum populi iussu renovatur. Satricani ad Samnites deficiunt, Fregellae ab iisdem occupantur. Dictatores ter deinceps rei gerendae causa dicuntur. Cos. Papirius in Apuliam proficiscitur, Publilius ignominiam legionum Caudinarum in Samnio ulciscitur, rursus ambo coe. coniunctis copiis ad Luceriam vincunt, frustra Tarentinis suam interponentibus auctoritatem. Luceria et obsides Romani recipiuntur.

319 435 Cos. *L. Papirius Cursor III, Q. Aulius Cerretanus II.)* Reliquiae belli conficiuntur, Aulius cum Ferentanis debellat, Pap.

a Chr. u. c.

Satricum recipit et auctores defectionis punit. Censores h. a. facti abdicarunt.

318 436 Cos. *M. Foslius Flaccinator, L. Plautius Venno.)* Samnitibus non pax, sed biennii induciae dantur. Apuli Teanenses et Canusini in deditionem veniunt, Capuae resp. legibus a praetore Rom. scriptis ordinatur, et instituitur, ut a praefecto annuo regantur. Duae tribus adduntur Ufentina ac Falerina. (31.) Censores L. Papirius Crassus C. Maenius (lust. 25).

317 437 Cos. **C. Iunius Bubulcus Brutus, Q. Aemilius Barbula.)* Apulia perdomita, etiam in Lucaniam Romana arma feruntur.

316 438 Cos. *Sp. Nautius Rutilus, M. Popillius Laenas.)* L. Aemilio Mamercino Privernate II dictatore (L. Fulvio Curvo mag. eq.) Saticulam obsidente, bellum Samnites redintegrant.

315 439 Cos. *Q. Publilius Philo IV, L. Papirius Cursor IV.)* Bellum adversus Samnites per dictatorem geritur Q. Fabium Maximum Rullianum (Q. Aulius Cerretanus, eoque occiso C. Fabius Ambustus mag. eq.). Saticula a Romanis, Plistia a Samnit. capitur. Sed Sora interfectis colonis ad Samnites deficit iidemque prospere ad Lentulas pugnant.

314 440 Cos. *M. Poetelius Libo, C. Sulpicius Longus III.)* Omnia Romanis infida: sed Sora proditione recipitur, Ausonum gens defectionem moliens occupatur ac paene deletur, Liv. 9, 25. Luceria, prodito praesidio, a Samnitibus capitur, a Rom. recipitur et missis 2500 colonis Latina col. fit. Campanorum animi ad defectionem inclinant, sed a C. Maenio dict. (M. Foslio Flaccinatore mag. eq.) coercentur. Cos. acriter cum Samnitibus in Camp. dimicant.

313 441 Cos. *L. Papirius Cursor V, C. Iunius Bubulcus II.)* Dict. C. Poetelius Libo Visolus, M. Poetelius Libo mag. eq. Samnites arcem Fregellanam capiunt, mox amittunt. Nola a Rom. expugnatur et coloniae Latinae Suessae, Pontiis, Saticulae collocantur.

312 442 Cos. *M. Valerius Maximus, *P. Decius Mus.)* Praeter bellum cum Samnitibus *novi belli Etrusci* fama ingruit. Dict. dictus C. Sulpicius Longus (C. Iunio Bubulco mag. eq.) bellum praeparat. Appius Claudius Caecus censor (lustr. 26) (cum C. Plautio) viam Appiam munit, et aquam Appiam in urbem ducit, idem gratiae urbanae studiosus libertinos per omnes tribus dividit, eorumque filios in senatum legit. (Censor is fuit antequam cos.) Colonia Lat. Interamna, civium Casinum deducitur.

311 443 Cos. *C. Iunius Bubulcus Brut. III, Q. Aemilius Barbula II.)* Rogatione tribunicia Atilia Marcia 16 trib. militares in 4 legiones populi suffragiis creantur, altera Decia Xviri navales fiunt. Omnes Etruriae populi (cf. a. 351) praeter Arretinos bellum movent et Sutrium oppugnant, sed ad eandem urbem a Q. Aemilio vincuntur. Iunius cos. adv. Samnites bellum gerit et Bovianum ex Pentris capit.

310 444 Cos. *Q. Fabius Rullianus II, *C. Marcius Rutilus.)* App. Claudius censuram solus et ultra constitutum lege Aemilia tempus, 18 mensium, gerit. In Samnio ancipiti eventu res geritur. In Etruria Fabius cos. hostibus victis per Ciminiam silvam profectus ulteriora late vastat, et salvus revertitur. Interea classis tum primum comparata et Pompeios appulsa

a. Chr. u. c.

a Nucerinis detrimentum acceperat, et ipse cos. Marcius cum initio rem bene gessisset, a Samnitibus victus et vulneratus erat. Itaque iussu senatus a Fabio

309 445 *L. Papirius Cursor II dict.* dicitur, *C. Iunius Bub. II mag. eq.)* Pap. cum novis legg. Longulam ad Marcium pervenit, Samnites profligat, triumphans in urbem redit. Fabius prorogato imp. Etruscos, sacrata loge coactos, et Umbros iterum caedit et Perusia capta ad pacem petendam adigit.

(Res a. 310 et 309 gestas Livius male ad unum annum rettulit, cf. 9, 36 et cap. 40 extr. Annos dirimunt fasti Capitolini rerumque gestarum ordo.)

308 446 Cos. *Q. Fabius Rullianus III, P. Decius Mus II.)* Fab. Nuceriam in Campania ad deditionem adigit, in Samnio Marsos ac Pelignos, qui se hostibus adiunxerant, devincit: Etruscis Decius indutias annuas dederat, sed ab Umbris bellum renovatur: exercitum Romam rapiunt: praesidet urbi Decius in agro Pupiniensi prope Tusculum. Fabius accitus in Umbriam proficiscitur, hostes ad Mevaniam profligat, eorumque civitates in deditionem accipit.

307 447 Cos. *App. Claudius (Caecus), L. Volumnius Flamma Violens.)* Volumnius adversus Sallentinos rem gerit. Fabius procos. ad Allifas Samnites sub iugum mittit, Hernicos in exercitu hostium repertos ad quaestionem Romam mittit. Cens. M. Valerius Maximus C. Iunius Bubulcus Brutus (lustr. 27).

306 448 Cos. *P. Cornelius Arvina, Q. Marcius Tremulus.)* Propterea Hernici, in primis Anagnini, rebellant, simul Samnites Calatiam et Soram expugnant, sed et Hernici mox in deditionem veniunt (eorum concilia prohibentur, Anagninis civitas sine suffragio datur, Liv. 10, 1), et Samnites a cos. premuntur. Marcio statua equestris ante Castoris decernitur, Cic. Phil. 6, 5. Cum Carthaginiensibus foedus tertio renovatum. Comitiorum causa P. Cornelius Scipio dict., P. Decius Mus mag. eq.

305 449 Cos. *L. Postumius Megellus, Tib. Minucius Augurinus.)* Ambo cos. alter e Campania, alter a supero mari Samnites bello petunt. Bovianum capitur, recipitur Sora, Arpinum, Censennia.

304 450 Cos. *P. Sulpicius Saverrio, P. Sempronius Sophus.)* Samnitibus, perpetuo bello exhaustis, foedus antiquum redditur petentibus. Tum *Aequi*, cum Hernicis clam populi Rom. hostes, bello petiti et *ad internecionem paene deleti* (Liv. 9, 45). Marrucini, Marsi, Peligni, Frentani perterriti foedus petunt.

Cn. Flavius, libertini fil., qui scriba fuerat, civile ius in penetralibus pontificum positum evulgat fastosque proponit, ut quando lege agi possit, sciatur. Quare gratia plebis parta nobilissimis hominibus praeteritis aed. cur. fit collega Q. Anicio Praenestino, qui paucis ante annis hostis fuerat, additumque Flavio, ut simul trib. pl. esset (Plin. 33, 17).

Censores hoc anno sunt Q. Fabius Rullianus et P. Decius Mus. (lustr. 28) *Q. Fabius* omnem forensem turbam libertinorum in 4 tribus urbanas coniicit, ob id *Maximi* cognomine ornatus. Ab eodem transvectio equitum Id. Quinct. instituta.

303 451 Cos. *L. Genucius Aventinensis, Ser. Cornelius Lentulus.)* Coloniae Lat. deducuntur Albam in Marsis, Soram in Volscis,

a. Chr. u. c.

quae Samnitium fuerat. Arpinatibus et Trebulanis civitas datur sine suffragio (cf. a. 188).

302 452 Cos. *M. Livius Denter, M. Aemilius Paullus.)* Aequi rebellant, sed facile profligantur a C. Iunio Bubulco dict. (M. Titinio mag. eq.). Is aedem salutis, quam C. Fabius, Pictor ob eam rem dictus, pinxerat, dedicat. Cf. Plin. 35, 19. Multiplex bellorum terror cum ingrueret, inseq. a.

301 453 *Dictatores* fuere *Q. Fabius Max. Rullian. II, M. Aemilius Paullus mag. eq.*, item *M. Valerius Corvus II, P. Sempronius Sophus mag. eq.)* Marsi novam coloniam Albensem prohibent, nec agros possideri patiuntur, sed a Valerio victi denuo agrorum parte multantur. Idem Valerius Etruscorum Arretinorum motus comprimit, Ciluiam gentem restituit.

300 454 Cos. *M. Valerius Corvus V, Q. Appuleius Pansa.)* Aequi rebellantes coercentur. *Lex Valeria* de provocatione a cos. fertur, tertium post reges exactos et semper a familia eadem. *Lex Ogulnia* a Q. et Cn. Ogulnio trib. pl. de augendo augurum (4) et pontificum (item 4) ex plebe numero perfertur, ut omnino fierent 9 augures, 8 pontifices, Liv. 10, 6 et 9. Tonsores ex Sicilia Romam veniunt.

299 455 Cos. *M. Fulvius Paetinus, T. Manlius Torquatus*, suff. *M. Valerius Corvus VI.)* Nequinum ex Umbris capitur, in eam urbem, quam *Narniam* Rom. vocarunt, colonia Latina mittitur. Ob eam rem Etrusci bellum movent, Gallos mercede conducere student. Adversus eos mittitur M. Valerius, nec tamen h. a. quidquam memorabile gestum. Foedus cum Picentibus novis sociis ictum. Duae tribus adduntur Aniensis ac Terentina (33) a cens. P. Sempronio Sopho et P. Sulpicio Saverrione (lustr. 29).

298 456 Cos. *L. Cornelius Scipio*, cuius sepulcrum extat, *Cn. Fulvius Maximus Centumalus.)* Colonia Lat. Carseolos in Aequis deducitur. Cum Samnitibus, finibus Lucanorum, novorum populi Rom. sociorum, decedere iussis, bellum denuo exardescit, a Cn. Fulvio prospere gestum. Interim alter cos. Etruscos ad Volaterras fugat.

297 457 Cos. *Q. Fabius Maxim. Rullian. IV, P. Decius Mus III.)* Cos. concordes, cum Etrusci quiescerent, totam belli molem in Samnites eorumque socios Apulos vertunt, quibus a Fabio victis, terram late vastant et urunt, Liv. 10, 15. In comitiis consularibus, App. Claudius patriciis duo loca consularia recuperare studet, sed M'. Curio trib. pl. fortiter resistenti cedit.

296 458 Cos. *L. Volumnius Flamma Violens II, App. Claudius Caecus II.)* Consules prioris anni prorogato in 6 menses imp. Samnites premunt, qui Gellio Egnatio duce suis finibus excedunt et in Etrur. profecti inde bellum ingens movent. Itaque Volumnius eodem profectus cum App. Claudio hostes profligat. Interea novus Samnitium exercitus agrum Campanum et Falernum depopulatus erat, sed a Volumnio celeriter reverso praeda exuitur. Ad firmandos ab hac parte fines Rom. coloniae civium *Minturnis* et *Sinuessae* collocantur.

295 459 Cos. *Q. Fabius Max Rull. V, P. Decius Mus IV.)* L. Scipio propr. cum una legione ad Clusium a Senonibus caeditur. Q. Fabius, cui Etruria provincia data erat, assumpto P. Decio

Digitized by Google

a. Chr. u. c.

collega et duobus aliis exercitibus, cui propraetores praeerant, in subsidio collocatis, bellum suscipit contra coniunctas Etruscorum, Samnitium, Gallorum Senonum et Umbrorum copias. Etruscis ad tuendam ipsorum terram reversis, cum ceteris gentibus cos. ad *Sentinum* confligunt. Decius, cum Rom. pedem referrent, patris exemplo Diis Manibus se devovet, Q. Fabius ad extremum victoriam reportat insignem Romaeque triumphat. Samnitium alius exercitus Campaniam populatus a L. Volumnio procos. et App. Claudio praetore vincitur.

294 460 Cos. *L. Postumius Megellus II, M. Atilius Regulus.)* M. Atilius in Samnio Romanam rem aegre sustinet, dum alter cos. Etruscorum tres validissimas civitates, Volsinios, Perusiam, Arretium ad pacem petendam adigit, quibus, pecunia multatis, induciae 40 annorum dantur. Censores P. Cornelius Arvina, C. Marcius Rutilus lustr. condunt (30), in quo censa civium 262322 capita.

293 461 Cos. *L. Papirius L. f. Sp. n. Cursor, Sp. Carvilius Maximus.)* Samnites ritu quodam sacramenti vetusto initiati ad 40000 conveniunt, quos L. Papirius ad Aquiloniam ferociter pugnantes, Sp. Carvilius ad Cominium profligant: Bovianum capitur ac diripitur. Inde profectus Carvilius in Etruriam Faliscos, qui defecerant, coercet, iisque inducias annuas dat. (In hoc anno T. Livii historia desinit, usque ad a. 218 a. Chr.)

Solarium horologium princeps in urbe ad aedem Quirini statuit L. Papirius cos.

292 462 Cos. *Q. Fabius Max. Gurges, D. Iunius Brutus Scaeva.)* Fabio cos. a Samnitibus victo castrisque exuto, pater, summus imperator, legatus fit, et acceptam ignominiam magna victoria reportata delet. C. Pontius Samnitium dux captus in triumpho ducitur, suppliciōque afficitur.

Interim ab altero cos. bellum adv. Faliscos geritur.

291 463 Cos. *L. Postumius Megellus III, C. Iunius Brutus Bubulcus.)* L. Postumius reliquias belli in Samnio persequitur. Venusiam colonia Lat. deducitur. Aesculapius, Epidauro Romam pestilentiae causa advectus, colitur.

290 464 Cos. *P. Cornelius Rufinus. *M'. Curius Dentatus.)* **Samnites** cum a duobus cos. premerentur, *pacem petunt:* foedere quartum renovato, bello 37 annorum finis imponitur.

M'. Curius Sabinos persecutus imperium populi Rom. usque ad mare superum extendit, bis in eodem magistratu triumphat. Victis Sabinis civitas sine suffragio datur, sed id quoque ius accipiunt a. 241.

289 465 Cos. *M. Valerius Maximus Corvinus, Q. Caedicius Noctua.)* M'. Curius procos. pro Thurinis adversus Lucanos rem gerit et triumphat. IIIviri capitales Romae instituuntur, qui carceri animadversionibusque praesint, eodemque fere tempore IVviri viarum curandarum et IIIviri auro argento aeri flando feriundo. Colonia Lat. Hadria deducta. Census actus (lustr. 31), censa civium capita 272000.

288 466 Cos. *Q. Marcius Tremulus II, P. Cornelius Arvina.*

287 467 — **M. Claudius Marcellus, C. Nautius Rutilus.)* Novae turbae propter nexorum iniquam condicionem et creditorum ac nobilium impotentiam concitantur.

286 468 Cos. *M. Valerius Maximus Potitus, C. Aelius Paetus.)* Plebs in Ianiculum montem (**hoc ultimum**) secedit, per Q. Horten-

Digitized by Google

a. Chr. u. c.

sium dictat. reducitur. Lex Publilia, ut quod plebs iussisset, omnes Quirites teneret, accuratius sancitur, item *lex Maenia* fertur, ut patres (sive patricii qui in senatu erant) in incertum comitiorum eventum auctores fiant. Q. Hortensio mortuo Q. Fabius Maximus dict. III bellum gerit cum Etruscis Volsiniensibus.

285 469 Cos. **C. Claudius Canina*, *M. Aemilius Lepidus.)* Bella cum Etruscis et Lucanis gesta videntur, quorum memoria in iactura annalium intercidit.

284 470 Cos. *C. Servilius Tucca*, **L. Caecilius Metellus Denter.*

283 471 — *P. Cornelius Dolabella Maximus*, **Cn. Domitius Calvinus Maximus.)* Cum Galli Senones Arretium obsiderent, missus eo cum exercitu L. Caecilius praetor ipse cum maiore parte exercitus a Gallis caeditur, qui etiam legatos de captivis redimendis missos trucidant. Sed eam cladem Dolabella cos. ulciscitur, dum Senonum terram devastat ipsosque commisso proelio ad internecionem caedit. Quibus rebus concitati **Boii** arma capiunt, et, Etruscis in partes suas perductis, ad lacum Vadimonis cum Rom. confligunt, sed et ipsi devincuntur. *Sena* civium colonia in terram occupatam deducitur.

Censores h. a. videntur fuisse, quorum unus Q. Caedicius Noctua. Lustrum non conditum.

282 472 Cos. **C. Fabricius Luscinus*, *Q. Aemilius Papus.)* Boii iterum belli fortunam tentantes a. Q. Aem. victi ad pacem petendam adiguntur, quae per 45 annos manet. C. Fabricius cum Samnitibus, Lucanis, Bruttiis, ad famam Gallici belli rebellantibus, dimicat, Thurium obsidione liberat, praesidiumque imponit. Qua re commoti Tarentini, clam horum bellorum auctores, classem Rom. decem navium in portum Tarentinum invectam, partim fugant, partim deprimunt, ac statim Thurium captum diripiunt.

281 473 Cos. *L. Aemilius Barbula*, **Q. Marcius Philippus.)* Cum legati Rom. a Tarentinis contumeliose tractarentur, bellum illi populo indicitur; L. Aemilius, ex Samnio profectus, Tarentinorum exercitu victo, agros devastat. Graeci ad *Pyrrhum*, regem Epiri, confugiunt, qui, praemisso Cinea, mox ipse subsequitur, naufragium passus, cum 20 circiter milibus militum et viginti elephantis, bellumque diligenter apparat.

Romae tum primum ob multiplicis belli curam *proletarii* ad urbem defendendam sacramento rogantur. Legio Campana, Rheginis ad praesidium cum praefecto Decio Vibellio missa, cives occidit, et urbem occupat: impunitatem sceleris in his reip. angustiis sperans.

280 474 Cos. *P. Valerius Laevinus*, *Tib. Coruncanius*, municeps Tusculanus.) Dum Tib. Coruncanius in Etruria rem gerit et triumphum de Volsiniensibus ac Volcientibus parat, et L. Aemilius procos. triumphum de Tarentinis Samnitibus, Salentinis meret, Laevinus cum Pyrrho, diu moratus, ad *Heracleam* confligit, sed vincitur, captis plerisque equitibus. Rex, insequente Laevino, Praeneste usque procedit, sed nulla oblata occasione rei gerendae, agmen retro vertit. Legati ad eum de captivis redimendis missi P. Cornel. Dolabella, C. Fabricius, Q. Aemilius Papus regis liberalitate non vincuntur. Cineae, regis legato, Romae in senatu resistit App. Claudius Caecus.

Digitized by Google

a.Chr. u. c.

Hoc a. Cn. Domitius Calvinus *primus censor de plebe* lustrum (32.) condit. Censa civium capita 287000.

279 475 Cos. *P. Sulpicius Saverrio, P. Decius Mus,* ambo adversus Pyrrhum eiusque socios profecti, ad *Asculum* in Apulia vincuntur, in qua pugna P. Decius occisus traditur a nonnullis. Sed etiam Pyrrhus maximum copiarum detrimentum sentiens Tarentum redit.

278 476 Cos. *C. Fabricius Luscinus II, Q. Aemilius Papus II.)* Oblata occasio regis veneno necandi a cos. spernitur, neque tamen regis de pace legati accipiuntur, priusquam Italia excessisset. Pyrrhus in Siciliam transit, arcessentibus Syracusanis. Romanorum cum Carth. foedus quartum renovatur. Interea Fabricius rem gerit feliciter adv. Samnites, Lucanos, Bruttios, Tarentinos, et Heracleam foedere astringit.

277 477 Cos. *P. Cornelius Rufin. II, C. Iunius Brut. Bub. II.)* Samnites urgent, sed incaute agentes ab iisdem desperatis clade afficiuntur. Dum Pyrrhus omnem fere Siciliam victor peragrat, Rufinus cos. Crotonem et Locros occupat.

276 478 Cos. *Q. Fabius Maximus Gurges II, C. Genucius Clepsina.)* Q. Fabius Samnitium Lucanorumque opes affligit: Pyrrhus, cum Lilybaeum diuturna obsidione expugnare non potuisset, Mamertinos aggreditur, sed dum imperandi studio abreptus multa molitur, subito Syracusani ceterique socii deficiunt. In Italiam reversus, persequentibus Carthaginiensibus, sacrilegio frustra debilitatas opes reparare studet.

275 479 Cos. *M'. Curius Dentatus II, L. Cornelius Lentulus.)* M'. Curius delectu severe habito, in Samnium profectus, cum Pyrrho confligit ad *Beneventum* (tum Maleventum) eumque vincit. Rex, Milone in praesidio arcis Tarentinae relicto, Epirum repetit, quasi maiores copias collecturus. Cens. C. Fabricius, Q. Aemilius Papus lustrum (33) condunt; censa civium capita 271224.

274 480 Cos. *M'. Curius Dentatus III, Ser. Cornelius Merenda.)* Ambo cos. Samnites, Lucanos, Bruttios persequuntur.

273 481 Cos. *C. Fabius Dorso,* suff. C. Fabricius III, *C. Claudius Canina II.)* Triumphat C. Claudius cos. de Lucanis Bruttiisque. Coloniae Lat. deducuntur *Paestum* (s. Posidoniam) in Lucanis, *Cosam* in Etruscis, cf. Plin. nat. hist. 3, 8. Legati a Ptolemaeo Philadelpho missi de Pyrrho victo gratulantur, et foedus faciunt cum Rom. Sextilia virgo Vestalis incesti damnata defoditur in terra.

272 482 Cos. *L. Papirius Cursor II, Sp. Carvilius Max. II.)* Pyrrho rege Argis occiso, *Samnites* a Sp. Carvilio cos. *ad deditionem adiguntur* (a. 72 postquam bellum ortum est), item Lucani et Bruttii pacem petunt a L. Papirio, *Tarentum* ipsum a Rom. terra, mari a Carthag. obsessum, Milone agente, deditur Romanis: armis navibusque traditis et tributo imposito libertate frui iubetur. Censores M'. Curius et L. Papirius (lustr. 34) Anienem veterem in urbem ducere incipiunt.

271 483 Cos. *C. Quinctius Claudus, L. Genucius Clepsina.)* Rhegium expugnatur, trecenti ex legione Campana, qui vivi in deditionem venerant, Romae supplicio afficiuntur, urbs veteribus civibus cum libertate restituitur.

270 484 Cos. *C. Genucius Clepsina II, Cn. Cornelius Blasio.)* Bellum geritur cum Sarsinatibus Umbris.

Digitized by Google

a. Chr.	u. c.	
269	485	Cos. *Q. Ogulnius Gallus, C. Fabius Pictor.)* Motus aliqui, in Samnitibus excitati, comprimuntur. Picentes deficiunt. Eodem a. primum *argentum signatum* esse traditur, Plin. 33, 44.
268	486	Cos. *App. Claud. Crassus (Caeci f.), P. Sempronius Sophus.)* Picentes cruentissimo proelio a Sempr. victi, Asculo capto, in deditionem veniunt agroque multantur. Coloniae Lat. *Ariminum* in Senonibus, *Beneventum* in Samnitibus Hirpinis deducuntur.
267	487	Cos. *M. Atilius Regulus, L. Iulius Libo.)* Sallentinis, qui soli in Italia nondum Romanis parent, bellum indicitur: pugna a cos. vincuntur, Brundisium, portus opportunissimus, capitur.
266	488	Cos. *Num. Fabius Pictor, D. Iunius Pera.)* Umbri Sarsinates et Sallentini cum Messapiis, in ultimo Italiae angulo siti, in deditionem accipiuntur. De illis cos. mense Octobri, de his mense Febr. triumphant.

Periodus quarta, ex quo Romani tota Italia potiti sunt, usque ad Carthaginem et Corinthum deletas, anno a. Chr. nat. 146, *u. c.* 608.

a. Chr.	u. c.	
265	489	Cos. *Q. Fabius Maximus Gurges III, L. Mamilius Vitulus.)* Volsinienses domini sive patroni, a clientibus suis oppressi, auxilium Rom. implorant. Q. Fab. urbem obsidet, sed ab erumpentibus vulneratus, priusquam rem conficere posset, obiit. — Censores sunt *Cn. Cornelius* et *C. Marcius II*, qui Censorinus ab ea re appellatus (lustr. 35): sed hoc eodem suadente, lege cavetur, ne quis postea *iterum* censor Romae fiat. Censa civ. capita 382234. Quaestorum numerus duplicatur, ut 8 sint.
264	490	Cos. *App. Claudius Caudex, M. Fulvius Flaccus.)* M. Fulvius, Volsiniis captis ac dirutis, severe in libertinos animadvertit, eam urbem postremam Italicarum in deditionem redigit. Mamertini ab Hierone Syracusano victi Carthaginiensium auxilium expetiverant, iisque arcem tradiderant, sed, dissensione orta, Romanam societatem, ut consanguineorum, implorant. Itaque C. Claudius trib. mil. a cos. Claudio praemissus, freto clam traiecto et Carthaginiensibus per dolum eiectis, Messanam praesidio tenet, quam illico societate inter se facta, Carthag. et Syracusani obsident. Initium BELLI PRIMI PUNICI: App. Claudius exercitum traiicit, Syracusanos fugat et Carthag. in castra munita compellit, ex quibus cum progredi non ausi essent, Rhegium redit. Munus *gladiatorium* hoc primum anno a D. Bruto in honorem patris defuncti editur. Coloniae in agros Picentium deducuntur *Firmum* et Castrum (civium) nec dubium quin eod. tempore etiam *Hadriam*.
263	491	Cos. *M'. Valerius Maximus, M'. Otacilius Crassus* ambo in Siciliam transiecti Messanam obsidione liberant (inde M'. Valerio cognomen *Messallae)*, et modo coniunctis, modo divisis copiis bellum gerunt. *Hiero* rex ad pacem petendam adigitur, quam et impetrat aequam, et servat cum fide: Segestani ad Rom. interempto Punico praesidio deficiunt: aliis urbibus receptis legiones reducuntur. *Aeserniam* in Pentris Samnitibus colonia deducitur.

a. Chr.	u. c.	
262	492	Cos. *L. Postumius Megellus, Q. Mamilius Vitulus* Agrigentum post obsidionem 7 mensium victo Hannone, qui ad urbem liberandam accesserat, multa incommoda passi tandem expugnant, Hannibale, Gisgonis filio, Punicum praesidium clam deducente. Urbs diripitur, homines veneunt.
261	493	Cos. *L. Valerius Flaccus, T. Otacilius Crassus.)* Carthag. oras Italiae crebris escensionibus factis infestant, in Sicilia duce Hamilcare cautius se gerunt, neque in plana descendere audent.
260	494	Cos. *Cn. Cornelius Scipio Asina, C. Duilius.)* (5 belli annus.) Classis ingenti studio intra 60 dies comparatur. Cn. Cornel., ei praepositus, cum 17 navibus ad insulas Lipareas a Carth. intercipitur, sed C. Duilius, qui in eius locum successerat, adhibitis *corvis*, Carthag. classem et Hannibalem ad *Mylas* superat: Segestanis obsidione liberatis, Romam redit ad triumphum et inusitatos antea honores. (Columna rostrata.)
259	495	Cos. *L. Cornelius Scipio, C. Aquillius Florus.)* Corn. Corsicam et Sardiniam insulas fugato Hannone Carth. duce aggreditur, Aleriam, Olbiam, alia oppida capit; triumphat magnifice. In Sicilia Florus rem Rom. aegre sustinet, sed triumphat tamen a. inseq.
258	496	Cos. *A. Atilius Calatinus, Q. Sulpicius Paterculus.)* Dum classis Romana circa Sardiniam versatur, Q. Sulp. in Sicilia cum Hamilcare difficile bellum gerit: fortitudine M. Calpurnii Flammae trib. mil. ex insidiis liberatus, Camarinam capit, sed mox a Lipara magno cum detrimento repellitur. Cens. C. Duilius, L. Cornel. Scipio lustrum (36.) faciunt.
257	497	Cos. *C. Atilius Regulus* qui primus *Serranus* dictus est, *Cn. Cornelius Blasio II.)* C. Atilius ad Tyndaridem cum Poenis navibus confligit et superior discedit. Terra nihil memorabile geritur, sed triumphat tamen de Poenis A. Atilius. Q. Ogulnius Gallus dict. (M. Laetorius Plancianus mag. eq.) feriarum Latinarum causa.
256	498	Cos. *L. Manlius Vulso Longus, Q. Caedicius*, suff. *M. Atilius Regulus II.)* Manl. et Reg. classe Poenorum ad Heracleam (Minoam) superata, *in Africam traiiciunt* et Clupeam capiunt, ea belli sede usuri. Manlius cum ingenti praeda Romam redit.
255	499	Cos. *Ser. Fulvius Paetin. Nobilior, M. Aemilius Paullus.)* Regulus procos. in Africa relictus ad Adin Poenorum exercitum vincit, et multis oppidis ipsaque Tunete capta, Carthaginienses obsidione premit. Sed hi, postquam inhonestam pacem facere noluerunt, nova disciplina militari a Xanthippo, Lacedaemonio, instituti, Romanos locis campestribus imprudenter usos profligant, ipsum Regulum capiunt. Vix duo milia militum Clupeam perveniunt eamque urbem tuentur, donec cos. celeriter collecta classe 350 navium, et Carth. terra marique fugatis, adveniunt, et militibus in naves impositis Siciliam repetunt. Sed iidem dum Pachynum circumnavigant, foeda tempestate totam fere classem amittunt. (10 belli annus.)
254	500	Cos. *Cn. Cornelius Scipio Asina II, A. Atilius Calatinus II* comparata de integro classe, Panormum expugnant, maximam urbem provinciae Carthaginiensium, triumphant prorogato imperio a. inseq.
253	501	Cos. *Cn. Servilius Caepio, C. Sempronius Blaesus* classe Africae

a. Chr u. c.

oram legunt et praedantur, sed in tempestatem incidunt ad Meningem insulam, ex qua aegre servati, dum Panormo Italiam repetunt, iterum tanta clade afficiuntur, ut senatus mari abstinendum censeat, nisi quot navibus commeatns exercitibus deportentnr. Triumphat tamen C. Sempr. cos. de Poenis.

Censores D. Iunius Pera, L. Postumius Megellus, qui idem praetor erat. Hoc mortuo ille abdicat.

252 502 Cos. *C. Aurelius Cotta, P. Servilius Geminus.)* Tib. *Coruncanius* primus pontifex maximus *de plebe* factus, idem peritissimus iuris pontificii. Cos. Himeram capiunt, Aurelius Liparam, sed neque hoc, nec sequeuti anno in planis cum Poenis congredi audent, Hasdrubalis exercitum et elephantos 140 metuentes.

Cens. M'. Valerius Messalla, P. Sempron. Sophus severam censuram agunt, lustro censa sunt 297797 capita. (lustr. 37).

251 503 Cos. *L. Caecilius Metellus, C. Furius Pacilus* frustra in Sicilia bellum gerunt.

250 504 Cos. *C. Atilius Regulus II, L. Manlius Vulso Long. II.)* Dum classis in Italia a cos. comparatur, *L. Metellus* procos. Panormi obsessus, opportunitate rei gerendae oblata, cum Hasdrubale confligit, et ingenti reportata victoria, elephantos omnes capit, qui in triumpho circumducti, Romae missilibus occiduntur. Metellus speciosum triumphum agit. Regulus tum Carthagine Romam missns de redimendis captivis mortem subire mavult, quam quidquam Romanis inntile suadere.

Cos. cum classe recens comparata in Sicil. profecti Lilybaeum omni apparatu oppugnant, sed cum urbs summa prudentia ac virtute ab Himilcone defendatur, incensis operibus suis omnem spem in obsidione habere coguntur.

249 505 Cos. *P. Claudius Pulcher, L. Iunius Pullus.)* P. Claudius, superbe reprehensis priorum dncum consiliis, cum Adherbale, Drepani praefecto, pugnam navalem contemptis auspiciis committit, eaque naves 93 amittit, ipse cum paucis evadit. In Italiam revocatns senatum ludit, dictatorem dicens M. Claudium Gliciam, qui scriba fuerat, (sine mag. eq.) et cito abdicare se coactus est.

Alter cos. cum ingenti classe navium onerariarum circa Pachynum metu Carthalonis sibi insidiantis versans, tempestate orta in litore importnoso totam classem perdit, quo factum, ut senatus iterum *mari abstinendum decerneret.* Dictator rei in Sicilia gerendae causa dicitur A. Atilius Calatinus, primus extra Italiam (L. Caecilius Metellus mag. eq.)

248 506 Cos. *C. Aurelius Cotta II, P. Servilius Geminus II.)* **Hamilcar Barcas** Carthag. dux in Sicil. mittitur, qui Bruttiorum Lucanorumque oram maritimam populatus, in Sicilia Epiercten occupat inter medios hostes, eamque tuetur. Romani a Lilybaeo non discedunt. — Aesulum et Alsium col. civium deductae.

247 507 Cos. *L. Caecilius Metellus II, N. Fabius Buteo* divisis copiis, Lilyb. et Drepana obsident; classis privatorum opibus ac periculo comparata praedatur per oram Africae.

Cens. A. Atilius Calat., A. Manlius Torquatus lust. 38. cens. 251222.

Nascitur Hannibal Poenorum imperator.

a. Chr.	u. c.	
246	508	Cos. *M'. Otacilius Crassus II, M. Fabius Licinus.)* Romae Claudiae, filiae Appii Caeci, multa dicta est ob inhumanam superbiam. Ti. Coruncanius dict. comitiorum causa, M. Fulvius Flaccus mag. eq. In Sicilia neque hoc, nec seq. anno, quo
245	509	Cos. *M. Fabius Buteo, C. Atilius Bulbus),* quidquam proficitur: tantam repente commutationem rerum insignis Hamilcaris prudentia facit. — Fregenas col. civium deducta, eodemque fort. tempore Pyrgos.
244	510	Cos. *A. Manlius Torquat. Atticus, C. Sempronius Blaesus II.)* Hamilcar Erycem urbem occupat eamque adversus Romanos, supra et infra eum sedentes, defendit. — *Brundisium* col. Lat. deducta.
243	511	Cos. *C. Fundanius Fundulus, C. Sulpicius Gallus.)* In magnis aerarii publicii angustiis, cum classis aedificanda esset, resp. privatorum opibus sustentatur, et 200 quinqueremes optimae construuntur. L. Caecilius Metellus creatur pontif. max.
242	512	Cos. *L. Lutatius Catulus, A. Postumius Albinus.)* (23. belli annus.) Alter cos. quia flamen Martialis esset, Romae retinetur a Metello pontifice max. Itaque ex praetoribus, *qui hoc primum anno duo creantur,* alter Q. Valerius Falto cum L. Lutatio cos. in Siciliam proficiscitur. Hi dum Drepanum terra marique oppugnant, Hannonem classe 400 navium onustarum ad obsidionem solvendam missum, *ad Aegates insulas* (a. d. VI Id. Mart.) profligant, 70 navibus captis, 50 demersis. Itaque Carth. desperata victoria per Hamilcarem de pace cum cos. agunt, et inducias impetrant.
241	513	Cos. *A. Manlius Torq. Atticus II, Q. Lutatius Cerco.) Pax Carthaginiensibus a populo Rom. datur,* ea condicione, ut Sicilia insulisque inter Sic. et Italiam sitis excedant, et decem annis 3200 talenta Euboica pendant. L. Lutatius procos. cum fratre cos. res in Sicilia componunt, eamque primam *provinciam pop. Rom.* faciunt. *Faliscos* temere rebellantes cos. intra sextum diem proelio acerrimo facto in deditionem accipiunt, dum haud pari fortuna Carthaginienses bello cum mercenariis suis et Afris implicantur. Duae tribus a censoribus C. Aurel. Cotta, M. Fabio Buteone (Instr. 39.) adiiciuntur Velina et Quirina, ut numerus 35, *qui postea mansit,* expletus fuerit. Romae templum Vestae combustum, sacra servata a Metello pont. max.
240	514	Cos. *C. Claudius Centho, Caeci f., M. Sempronius Tuditanus.)* Spoletium in Umbris colonia Lat. deducitur. Hoc eodem anno Livius Andronicus, auctor poësis dramaticae ap. Rom., fabulas agere coepit. Ludi Floralia instituti. Carthaginiensium mercenarii in Sardinia deficiunt, eiecti a Sardis frustra Romanos ad occupandam insulam exhortantur.
239	515	Cos. *C. Mamilius Turinus, Q. Valerius Falto.)* Hamilcar Barcas in Africa bellum internecivum cum mercenariis et Afris eorumque ducibus Spendio et Matho gerit. Nascitur Rudiis *Q. Ennius.*
238	516	Cos. *Tib. Sempronius Gracchus, P. Valerius Falto.)* BELLA GALLICA per 45 annos intermissa renovantur: P. Valer. initio victus mox damnum reparat. Alter cos. *Ligures,* novum hostem, aggreditur, inde in Sardiniam, vacuam a Carth. relictam, traiicit, magnumque numerum hominum captivorum deducit.

Digitized by Google

a. Chr. u. c.

Tumultuantibus Carthaginiensibus bellum Romani minitantur, quo fit, ut illi, rebus in Africa nondum satis compositis, non solum Sard. et Corsica abstinere, sed etiam 1200 talenta ad tributum adiicere cogantur. Compositis autem Africae rebus Hamilcarem in Hispaniam mittunt. M. Cato nascitur, sec. Livii rationes, sec. Cic. ann. 234.

237 517 Cos. *L. Cornelius Lentul. Caudin.*, *Q. Fulvius Flaccus* adversus Gallos et Ligures bellum gerunt.

236 518 Cos. *P. Cornelius Lentul. Caudin.*, *C. Licinius Varus.)* Boii arcessito transalpinorum Gallorum exercitu agrum Ariminensem reposcunt a Romanis, sed dum legati mittuntur et remittuntur, bellum inter ipsos Gallos oritur, et transalpini domos redire coguntur, tum Boiis, quod postulaverant, denegatur. P. Lentul. Ligures, C. Licin. Corsos bello premit. Sardi, Poenis clam adhortantibus, rebellant.

Cens. L. Cornelius Lentulus Caudinus, Q. Lutatius Cerco in mag. mortuus. Ludi saeculares tertii celebrantur.

235 519 Cos. *T. Manlius Torquatus*, *C. Atilius Bulbus II.)* Sardis a T. Manlio denuo subactis, *Ianus iterum clauditur.*

234 520 Cos. *L. Postumius Albinus*, *Sp. Carvilius Maximus.)* Cum Sardis, Corsis, Liguribus bellatur. Clandestini harum defectionum auctores Carthaginienses non iniuria habentur.

Cens. C. Atilius Bulbus, A. Postumius Albinus, lustr. 40.

233 521 Cos. *Q. Fabius Max. Verrucosus*, *M'. Pomponius Matho.)* Q. Fabius in Ligures, M'. Pomp. in Sardos bella gerunt ac de iis triumphant; accusati Carthaginienses iam ferocius se gerere incipiunt.

232 522 Cos. *M. Aemilius Lepidus*, *M. Publicius Malleolus* ambo in Sardinia rem gerunt, sed praeda redeuntibus a Corsis eripitur. C. Flaminius, trib. plebis, legem fert de agro Piceno et Gallico, eiectis Senonibus, viritim plebi dividendo.

231 523 Cos. *M. Pomponius Matho*, *C. Papirius Maso.)* M. Pomp. Sardos in montibus abditos persequitur (canibus usus in eo belli genere), C. Papirius, magna cum molestia Corsis ad deditionem adactis, primus in monte Albano triumphat. — H. a. C. Naevius poëta fabulas populo dare coepit, et primum in urbe divortium factum traditur a. Sp. Carvilio Ruga (alii id anno 227 accidisse narrant), cuius Sp. Carvilii libertus scholam grammaticam aperuisse traditur.

Comitia habentur a C. Duilio dict., C. Aurelio Cotta mag. eq.
Cens. C. Manlius Torquatus, Q. Fulvius Flaccus vitio facti abdicarunt.

230 524 Cos. *M. Aemilius Barbula*, *M. Iunius Pera* ambo adv. Ligures exercitus ducunt.

Cum Illyrii et privatim et publice in mari praedarentur, et urbes Graecas adiacentes impune diriperent, mittuntur ad Teutam, quae pro Pinneo filio tum genti imperitabat, legati C. et L. Coruncanii, quorum alterum regina superbiens ob libertatem linguae in itinere interficiendum curat. Quapropter et legato statua in foro ponitur, et ***bellum adv. Illyrios decernitur.***

Censores Q. Fabius Maximus Verrucosus, M. Sempronius Tuditanus condunt lustr. 41.

229 525 Cos. *L. Postumius Albinus II*, *Cn. Fulvius Centumalus* bellum Illyr. terra marique celeriter gerunt. Corcyram, adiuvante

a. Chr. u. c.

Demetrio Phario, deinde maris oram urbesque Apolloniam, Dyrrachium (s. Epidamnum), Nutriam, gentemque Atintanum in deditionem accipiunt. Cn. Fulvio Romam reverso, alter cos. relinquitur ad praesidium novorum sociorum.

228 526 Cos. *Sp. Carvilius Maximus II, Q. Fabius Max. Verrucos. II.)* Pax fit ea condicione, ut regnum penes Pinneum sit, tutore Demetrio, neve Illyrii piraticam exerceant; cuius rei causa Romanis, qui legatos in Graeciam miserunt, publice et a conciliis Achaeorum Aetolorumque et ab Atheniensibus insignes honores habentur.

In Hispania cum Poenorum imperatore Hasdrubale, qui anno superiore Hamilcari successerat, pactum fit, ne Iberum amnem transeat, utique Saguntinis libertas servetur.

C. Flaminius trib. pl. legem perfert de agro Piceno et Gallico, eiectis Senonibus, viritim plebi dividendo, Cic. Cat. mai. 4, sed cf. ann. 232.

227 527 Cos. *P. Valerius Flaccus, M. Atilius Regulus.) Quattuor praetores* creantur, ut sint qui in Siciliam et Sardiniam (cui fere adiuncta Corsica) cum imperio quotannis mittantur. C. Flaminius, Solino teste, primus praetor Siciliae.

226 528 Cos. *M. Valerius Messalla, L. Apustius Fullo.)* Adversus imminentem tumultum Gallicum, quoniam praeter Boios et Insubres etiam Taurisci et Gaesatae bellum parant, milites diligenter conscribuntur, quo tempore in tabulas relata paulo minus 800000 hominum, qui arma ferre possent, auctores sunt Polyb. 2, 24, Plin. 3, 24.

225 529 Cos. *L. Aemilius Papus, C. Atilius Regulus.)* Gallorum ingentes copiae praetorem pop. Rom. ad Faesulas concidunt, reliquias exercitus obsidione liberat Aemilius cos. Arimino approperans. Galli domum revertentes cum praeda, sequentibus Romanis, in alterum cos. incidunt, Pisis, quo ex Corsica appulerat, iter facientem; ancipiti acie circumdati ad 40000 caeduntur, 10000 capiuntur. C. Atilius in eo proelio cecidit, itaque L. Aemilius solus triumphum agit splendidissimum.

Cens. C. Claudius Centho, M. Iunius Pera lustrum condunt 42.

224 530 Cos. *T. Manlius Torquat. II, Q. Fulvius Flaccus II* Boios ad deditionem cogunt, sed quo minus ulterius progrediantur, imbribus et pestilentia impediuntur. Comitia in urbe habentur a L. Caecilio Metello dict., N. Fabio Buteone mag. eq.

223 531 Cos. *C. Flaminius Nepos, P. Furius Philus.)* Hi tandem cos. Padum traiiciunt, Insubres ad Adduam vincunt, non lectis antea senatus litteris, quibus auguriorum causa abdicare iubebantur, terramque devastant, adiuvantibus Gallis Cenomanis. Contra sen. auctoritatem populi iussu triumphant, sed triumphis actis statim abdicant, ut per interregem cos., qui Id. Mart. inirent, facti esse videantur.

222 532 Cos. *Cn. Cornelius Scipio Calvus, M. Claudius Marcellus.)* Insubres, quibus pax negata esset, novas Gaesatarum copias adducunt, adversus quos profecti cos. dum Cn. Corn. Acerras obsidet, M. Marcellus Gaesatas profligat, eorumque ducem Virdomarum occidit ipse. Acerris, Mediolano, Como captis, Insubres in deditionem adignntur. Cos. opima spolia Iovi Feretrio dedicat, triumphat Cal. Mart.

221 533 Cos. *P. Cornelius Scipio Asina, M. Minucius Rufus.)* Histri a

a. Chr. u. c.

cos. vincuntur. — Hoc anno **Hannibal**, Hamilcaris fil., Hasdrubale mortuo, dux Poenorum in Hisp. fit: mox, ceteris trans Iberum civitatibus subactis, animum ad Saguntum, sociam Rom. urbem, expugnandum adiicit.

220 534 Cos. *M. Aemilius Lepidus II, M. Valerius Laevinus* creati, postquam L. Veturius Philo, C. Lutatius Catulus, vitio facti, magistratu se abdicarunt, qua occasione Q. Fabius Max. dictator primum videtur fuisse.

Censores L. Aemil. Papus, C. Flaminius (lustr. 43) censent civium capita 270213, libertinos in 4 tribus urbanas redigunt, legem Metiliam de fullonibus a T. Metilio Crotone trib. pl. ferendam curant (Plin. 35, 197). C. Flaminius viam militarem Ariminum usque munit.

219 535 Cos. *M. Livius Salinator, L. Aemilius Paullus*, ambo adv. Illyrios a societate desciscentes profecti, Pharum captam diruunt; Demetrius ad Philippum Macedonem fugit: cum Pinneo rege foedus renovatur. Cos. quod ex praeda multa avertissent, accusantur, quorum alter ambustus evadit, alter Livius damnatus in solitudinem se abdit.

Placentiam et *Cremonam* sena milia colonorum Lat. deducuntur, quod aegerrime Galli ferunt. Primus medicus Graecus Archagathus ex Peloponueso Romam venit, eique civitate donato taberna publice artis exercendae causa emitur, Plin. 29, 12.

218 536 Cos. *P. Cornelius Scipio, Ti. Sempronius Longus.)* Sagunto ab Hannibale exciso, cum bellum contra Carthaginienses decretum esset *(secundum bellum Punicum)*, Ti. Sempr. cum classe et exercitu in Siciliam, quam proprie M. Aemilius praetor obtinebat, mittitur, inde in Africam traiecturus: P. Corn. in Hispan. profectus, cum Hannibalem Rhodano traiecto ad Alpes pergere comperisset, Cn. fratre legato in Hisp. dimisso ipse iter flectit, et Poeno superatis iam montibus cum 26000 milit. inter Gallos versanti ad *Ticinum* amnem occurrit, sed pugna equestri profligatus Placentiam cis Padum concedit. Galli ad Hannibalem deficiunt. Ti. Sempr. ex Sicilia revocatus, coniunctis cum collega copiis, ipse quoque vincitur ad *Trebiam* amnem. Hannibal in Liguria hibernat.

Lex *Claudia* a Q. Claudio trib. pl. lata, ne quis senator maritimam navem haberet.

217 537 Cos. *Cn. Servilius Geminus, C. Flaminius Nepos II*, suff. *M. Atilius Regulus.)* Hann., molestissimo per paludes facto itinere, in quo ipse altero oculo privatur, Etruriam ingressus cum C. Flaminio *ad lacum Trasimenum* confligit, totumque exercitum Rom. aut caedit cum cos., aut capit. Item paucis diebus post 4000 equites ab altero cos. Arimino praemissos capit. Inde in Picenum profectus, exercitu refecto, in Apuliam progreditur, ubi obviam habet *Q. Fabium Maximum II pro dictatore*, caute versantem, neque summam rei in discrimen committentem. Hann. in Camp. profectus et cum ingenti praeda revertens Romanos dolo eludit, unde audacior factus M. Minucius Rufus mag. eq., qui a pop. lege Metilia parem cum dictatore potestatem acceperat, incidit in insidias, ex quibus per Fabium liberatus eandem belli gerendi rationem probat. In Hisp. P. et Cn. Scipiones Iberum transeunt remque prospere gerunt. Comitiorum causa L. Veturius

Digitized by Google

a. Chr. u. c.

Philo dict. dicitur, M. Pomponio Mathone mag. eq., qui postquam vitio facti abdicarunt, interreges creati sunt.

216 538 Cos. *C. Terentius Varro, L. Aemilius Paullus II* ambo bellum adv. Hann. in Apulia gerunt 8 legionibus Rom. et sociorum pari numero. Fit pugna a. d. IV Non. Sex. *ad Cannas*, qua Rom. ita vincuntur, ut pauci fuga dispersi evaderent cum C. Terentio, multo maior pars cum altero cos. et Cn. Servilio procos. et M. Minucio caederetur. Sequitur defectio totius fere Italiae inferioris Campanorumque, et aliquanto post clades L. Postumii Albini cos. design. in Gallia. Romae a *dictatore M. Iunio Pera* (m. eq. Ti. Sempron. Gracchus, qui idem aed. cur. erat) 4 novae legg. conscribuntur et 8000 servi volones sacramento adiguntur. Hannibalem in Campania morantur et dictator et M. Claudius Marcellus, praetor II, Nolae praesidens, donec ille Capuam in hiberna concedit. *M. Fabius Buteo* iussu senatus a M. Terentio cos. dictator dicitur sine mag. eq. senatus explendi causa.

Romae propter penuriam argenti rogatione M. Minucii tr. pl. IIIviri mensarii facti. Legatus Delphos mittitur Q. Fabius Pictor, rerum scriptor. Duae virgines Vestales ob pudicitiam laesam condemnantur: una sibi ipsa mortem affert, altera viva sepelitur. Syracusis moritur rex Hiero.

215 539 Cos. *Ti. Sempronius Gracchus, Q. Fabius Maxim. Verrucos. III.)* Romae in comitiis uni consuli in locum L. Postumii occisi subrogando habitis M. Marcellus II creatus erat, sed *quia tum primum ambo cos. plebeii futuri fuissent*, quasi religionis causa comitia redintegrantur, et sufficitur Q. Fabius.

Tribus exercitibus cos. et M. Marcellus prorogato imperio pro cos. in Campania Hannibalis conatus impediunt, immo etiam M. Marc. primus prospere cum eodem ad Nolam iusto proelio confligit: inde Hann. in Apuliam hiematum concedit, quo eodem tempore Locri et Croto in potestatem Poen. veniunt. Sardinia a T. Manlio, qui bis cos. fuerat, tunc extra ordinem in locum Q. Mucii Scaevolae aegrotantis misso victis Poenis perdomatur, item in Hispania res a Scipionibus prospere geruntur. Gallia h. a. omissa. Resp. Rom. privatorum opibus sustinetur. — Sed in Graecia *Philippus* rex cum Hannibale foedus facit, et Syracusis *Hieronymus*, Hieronis nepos, rex factus statim animum ad easdem partes applicat.

Lex Oppia C. Oppii tr. pl. de luxuria mulierum.

214 540 Cos. *Q. Fabius Max. Verruc. IV, M. Claudius Marcellus III* (Liv. 24, 8), in Campania Casilinum expugnant et Samnites ceterosque Poenorum socios vastant, dum Hannibal occasioni intentus circa Tarentum versatur. Syracusis Hieronymo interfecto res turbantur, dum milites et vulgus Punicam, senatus Rom. societatem volunt. Cum superiores milites facti essent, *M. Marcellus* cos. in Siciliam profectus *Syracusas* terra marique *oppugnare coepit*, sed eius impetus Archimedis operibus reprimuntur. Simul tantae copiae Poenorum cum Himilcone mittuntur, ut bellum tota insula exardesceret. Etiam cum Philippo bellum coepit, Apolloniam obsidente, sed facile inde repellitur a M. Valerio Laevino, praet. a. 215, qui Orici hibernat. In Hispania bellum varie per Scipiones geritur, sed Saguntum tamen recipitur.

Cens. creati M. Atilius Regulus P. Furius Philus lustrum

a. Chr. n. c.

facere morte Phili prohibentur. Ludi scenici hoc primum anno ab aed. cur. facti (Liv. 24, 43).

213 541 Cos. *Q. Fabius Q. f. Maximus, Ti. Sempronius Gracchus II.)* Bellum in Italia lente geritur. Cos. alter in Apulia Arpos, alter Ti. Sempr. in Lucania et in Bruttiis aliquot oppida recipit, dum Hannibal aestatem circa Tarentum consumit, M. Marcellus in obsidione Syracusarum perdurat. In Hispania Scipiones iam debellasse sibi videntur, et de bello in Africam traiiciendo cogitant. Cum Syphace iungitur amicitia.

Comitia habentur per C. Claudium Centhonem dict., Q. Fulvio Flacco mag. eq.

212 542 Cos. *Q. Fulvius Flaccus III, App. Claudius Pulcher.)* Initio anni Hannibal, exercitu celeriter ex hibernis moto, urbem *Tarenti* per proditionem occupat, arcem terra marique claudit. Ad Campanos, obsidionem metuentes, Hannonem cum magna vi frumenti mittit, sed is a Q. Fulvio cos. vincitur castrisque exuitur. Rursus Ti. Gracchus ex Lucania propius cos. arcessitus in insidias incidit et interficitur, mox Hann. ipse in Campan. transgressus obsidionem Capuae solvit. Inde in Lucaniam abit, M. Centenium cum exercitu subitario caedit, item in Apulia Cn. Fulvium praet. fundit fugatque; interea vero, dum circa Tarentum et Brundisium commoratur, cos. Capuam iterum obsident et operibus factis oppugnant.

M. Marcellus *Syracusis* Hexapylon et Epipolas nocturno impetu capit, Neapolis et Tycha deduntur, tandem, frustra laborantibus Poenis, Achradina et Nasos, prodente Merico Hispano, vi *capiuntur*. Inde Marcellus adv. Poenos profectus Hannonem apud Agrigentum profligat.

In Hispania vero Scipiones divisis exercitibus debellaturi omnia perdunt: uterque circumventus, Celtiberis deserentibus domumque reversis, et Numidis cum *Masinissa* undique urgentibus, foede perit. Reliquias exercituum cis Iberum reductas aegre servat Q. Marcius, eq. Rom., a militibus dux creatus.

Romae P. Licinius Crassus in locum L. Cornelii Lentuli pont. max. factus, qui nondum sella curuli sedisset, Liv. 25, 5. Ludi Apollinares instituti.

211 543 Cos. *Cn. Fulvius Centumalus, P. Sulpicius Galba*, 8. belli annus, 23 legg.) Campanos cum acrius urgerent prioris anni cos. et C. Claud. Nero propr., Hannibal, omisso Tarento, exercitum eo ducit. Qui cum summa vi castra Rom. adortus tamen repulsus esset, ipsam Romam petit. Sequitur cum parte exercitus Q. Fulvius, neque interea oppugnatio cessat. Itaque Hannibal, cum frustra laborare se videret, usque ad Rhegium recedit. *Capua deditur*, senatores supplicio afficiuntur, ceteri patria emoventur, ager publicatur. M. Marcellus triumphat de Syracusanis; succedit ei M. Cornelius Cethegus praetor, cum C. Sulpicius praetor veterem provinciam obtineat. P. Sulpicius cos. succedit M. Valerio Laevino pro praet. in Graeciam et Macedoniam; foedus cum Aetolis iungitur. In Hispania cum C. Claud. Nero ab Hasdrubale decipi se passus esset, *P. Cornelius Scipio*, P. fil., a populo creatur, 24 annos natus, qui cum imperio procos. eo mitteretur, dato adiutore M. Iunio Silano propr.

a. Chr. u. c.

210 544 Cos. *M. Claudius Marcellus IV, M. Valerius Laevinus.)* Hannibal ad Herdoneam in Lucaula Cu. Fulvium procos. caedit, sed cum M. Marcello aequo Marte pugnat. In Sicilia M. Valerius cos. Agrigentum, prodente Mutiue Numidarum duce, capit, insulamque post abitum Poenorum pacat L. Cincio Alimento praetore veterem provinciam obtineute. Etiam iu Hispania P. Scipio res prospere gerit, qui Ibero traiecto Carthaginem novam opulentissimam urbem vi capit. Renovatur amicitia cum Ptolemaeo et Cleopatra, Aegypti regibus.

Comitia habentur a Q. Fnlvio Flacco dict., P. Licinio Crasso mag. eq. Censores creati L. Veturins Philo et P. Licinius Crassns propter mortem L. Vetur. ceusum uou perficiunt.

209 545 Cos. *Q. Fabius Max. Verrucos. V, Q. Fulvius Flaccus IV* Id. Martiis ineuut.) Dum M. Marcellus procos. cupide cum Hannibale in Apulia congreditur, et altero proelio vincitur, altero superior evadit, Q. Fabius castra ad Tarentum ponit, eamque urbem, Bruttiorum duce prodente, capit. Hispanos Scipio humanitate et sibi et Romanis conciliat, Hasdrubalemque Hamilc. fil. vincit apud Baeculam, qui inde fugiens Pyrenaeum saltum et Galliam petit.

Ex triginta coloniis pop. Rom., quae tunc erant, duodecim se ultra milites pecuniamque dare posse negant (Liv. 27, 9). Primus ex plebe creatus maximus curio C. Mamillus Vitulns.

208 546 Cos. *M. Claudius Marcellus V, T. Quinctius Crispinus,* 11. belli annus, 21 legg.) Cos. coniunctis copiis castra ad Venusiam adv. Hannibalem ponunt, sed exploratum iu tumulum propinquum profecti, incidunt in insidias ab Haun. structas, M. Marcell. interficitur, alter sauciatus non multo post moritur. Inde Haun. movens Locrorum obsidionem, quae coeperat, solvit.

Prorogatis imperiis sunt iu Macedonia P. Sulpicius procos., in Sardinia C. Anruncnleius pro praet., Syracusis M. Valerius procos.; veterem provinciam Siciliam obtinet Sex. Iulius Caesar pr. - Iu Hispania Scipionis auspiciis M. Silanus Magonem et Hannonem eorumque socios Celtiberos profligat, ipse Scip. Hasdrubalem, Gisgonis fil., usque ad Oceanum persequitur.*)

Lustrum (44.) conditum a cens. P. Sempronio Tuditano, M. Cornelio Cethego: censa 137108 capita: princeps senatus legitur Q. Fabius Maximus.

Comitia habentur a T. Manlio Torquato dict., C. Servilio mag. eq., qui idem aed. cur. erat.

Lege P. Licinii Vari, praet. urb., ludi Apollinares perpetui fiunt et in a. d. III Non. Quint. constituuntur.

207 547 Cos. *C. Claudius Nero, M. Livius Salinator II,* cf. a. 219. Liv. 27, 34). *Hasdrubal*, confecto itinere et adiunctis sibi Gallorum Ligurumque copiis, iamiam Italiam ingredi seque cum fratre coniungere parat. Adversus eum mittitur M. Livius cos. C. Nero, prosperis aliquot certaminibus cum Haun. ad Grumentum in Lucau. factis, subito, interceptis Hasdrubalis ad fratrem litteris, cum 7000 fortissimis milit. castra relinquens, ad collegam properat. Hasdrubal et cum eo 56000 host. ad

*) Haec Liv. falso ad a. seq. rettulisse, contra res a. 207 et 206 in Hispania gestas in unum annum coniecisse videtur.

Digitized by Google

a. Chr. u. c.

Metaurum fluvium caeduntur. Hannibal, dolore percitus, contractis copiis in Bruttios redit. Item in Hispania Hasdrubalis Gisg. f. spes recuperandae provinciae in irritum rediguntur: nam victus ad Silpiam ingentem exercitum perdit, et ultimum receptaculum Gades repetere cogitur. Hieme Scipio cum C. Laelio in Africam traiicit, ut *Syphacem* regem Masaesylorum ad Rom. societ. traducat.*) In Graecia P. Sulpicius procos. cum Attalo rege Aeginae hibernat, Euboeam capit.

C. Hostilius Cato pr. urb. et peregr. ac saepe per hanc aetatem utraque iurisdictio coniuncta est. Comitia habet M. Livius dict., qui idem cos. erat, Q. Caecilio Metello mag. eq.

206 548 Cos. *L. Veturius Philo, Q. Caecilius Metellus.)* Contra Hannib. a cos. nihil memorabile geritur, sed Lucani in dicionem pop. Rom. redeunt.

In Hispania *Scipio*, cum debellatum iam priore anno cum Carthag. esset, Hispanorum urbes munitas Castulonem, Illiturgin, Astapam expugnat, Indibilim regem deficientem (quo eodem temp. etiam militum Rom. seditio excitatur) profligat, cum Masinissa Numida clam foedus facit, ad ultimum etiam *Gades*, Magone profecto et excluso, in societ. accipit. Tum *Romam victor sexto anno redit.*

205 549 Cos. *P. Cornelius Scipio* (African.), *P. Licinius Crassus Dives* pont. max.). In Bruttiis, quam prov. P. Licinius cos. acceperit, nihil memorabile gestum. Scipionem, cui Sicilia provincia data permissumque erat, ut in Africam traiiceret, 7000 voluntar. milit. sequuntur, sed hoc toto anno in bello comparando versatur, nisi quod Locros data occasione in potest. Rom. redigit. *Mago*, Hannib. frater, Genuam classe traiecta occupat et bellum ibi praeparat, cui tres exercitus Rom. opponuntur. In Hispania Indibilis et Mandonius rebellant, sed vincuntur a procos. L. Cornelio Lentulo, qui idem aed. cur. erat, et L. Manlio Acidino.

In Graecia, cum Aetoli invitis Romanis iam cum Philippo pacem fecissent, P. Sempronius Tuditanus et ipse pacem facit aequis condicionibus.

Romae templum Virtutis et Honoris dedicatur, ante 17 annos a Marcello votum, praeda Syracusana exornatum. Item advehitur Pessinunte mater Idaea, a P. Scipione Cn. f., qui in Hisp. cecidit, Nasica, optimo viro excepta.

Comitia habet Q. Caecilius Metellus dict., L. Veturio Philone mag. eq.

204 550 Cos. *M. Cornelius Cethegus, P. Sempronius Tuditanus.)* In Bruttiis Sempr. cos. et P. Licinius procos. dubio Marte cum Hann. pugnant. Ex Sicilia *Scipio*, cui M. Cato quaestor est, *in Africam traiicit*, *Masinissam* a Syphace, nuper in societatem Carth. retracto, pulsum excipit, Uticam oppugnat, sed Syphacis et Hasdrubalis adventu in castra hiberna se confert.

Censores *M. Livius, C. Nero* mutuis inimicitiis magistratum gerunt: censa cum iis qui in exercitibus merebant 214000 (Instr. 45). Lex *Cincia* a M. Cincio Alimento tr. pl. de donis ac muneribus fertur.

*) Gesta *hoc* anno sunt quae Liv. lib. 28 a cap. 12 med. usque ad 19 tradit, sequentia usque ad c. 38 anno belli tertio decimo.

a. Chr. u. c.

203 551 Cos. *Cn. Servilius Caepio, C. Servilius Geminus,* 16. belli annus, 20 legg. 160 navibus.) In Africa Scipio procos. sublatis induciis bina castra Hasdrub. et Syphacis una nocte invadit, et incendio delet. Reliquiis copiarum altero proelio victis, Laelium et Masinissam ad regem persequendum mittit, qui eum tertio proelio victum capiunt Cirtamque in deditionem accipiunt. Carthag. Hannibalem et Magonem ex Italia revocant, sed Mago proelio acerrimo in Gallia a P. Quinctilio Varo pr. victus et vulneratus in itinere moritur, legati Romam de pace missi re infecta redeunt.

In Italia P. Sulpicius Galba dict. (mag. eq. M. Servilio) causas civitatum quae ad Hannibalem defecerant, cognoscit: Picentini, Bruttii, Lucani gravioribus foederibus astricti.

202 552 Cos. *M. Servilius Pulex Geminus, Ti. Claudius Nero.) Hannibal,* classe ad Leptim appulsa, Zamam venerat. Frustra cum Scip. de pace collocutus, ingenti proelio inter Naraggaram et Zamam urbes cum eo confligit, *vincitur,* civibus suis pacis auctor fit. Induciis trium mensium impetratis, legati Carthag. cum condicionibus a Scipione scriptis Romam proficiscuntur. Interea Ti. Nero cos., cui Africa provincia (alter cos. Etruriam provinciam habebat) pari cum Scipione imperio, obtigerat, maxima bellandi cupiditate flagrabat, sed rerum apparatu et tempestatibus impeditus provinciam non attingit. Is metus Scipioni in causis est, cur pacem fieri velit.

Comitiorum causa C. Servilius dict., P. Aelio Paeto mag. eq., nec ab hoc anno usque ad L. Sullam per 120 annos ullus dictator factus est.

201 553 Cos. *Cn. Cornelius Lentulus, P. Aelius Paetus.)* Populi iussu et patrum auctoritate *Scipioni arbitrium pacis,* invito Cn. Lentulo cos., *permittitur,* 18. belli anno. Inter pacis condiciones (Liv. 30, 37. 43) hae fuere: ut 10000 talenta in 50 annos aequis pensionibus descripta solverent, omnes longas naves et elephantos traderent, bellum iniussu pop. Rom. ne gererent. Rebus compositis exercitus ad triumphum in Italiam transiicitur, classis 38 nav. a M. Valerio Laevino procos. in Graeciam ducitur, ad observandum Philippum, de quo frequentes sociorum querelae ad senatum deferuntur. P. Aelius Tubero praetor primus universam Siciliam regit.

200 554 Cos. *P. Sulpicius Galba Maxim. II, C. Aurelius Cotta.)* Cum etiam Athenienses de agris a Philippo vastatis quererentur, senatus bellum contra regem decernit, et P. Sulpicius, cui ea provincia obtigerat, (alter cos. Italiam habebat) populo persuadet, ut idem iubeat. Adventu classis Romanae Athenae obsidione liberantur. In Gallia Insubres, Cenomani Boii rebellant coloniasque Rom capiunt ac diripiunt. De iis L. Furius Purpureo pr. triumphum agit, ex Hispania L. Lentulus ovans redit.

199 555 Cos. *L. Cornelius Lentulus, P. Villius Tappulus.)* P. Sulpicius procos. ad fines Macedoniae in Dassaretiis, Eordaea, Lyncestide levibus certaminibus cum Philippo pugnat, aliquot oppida capit, classe L. Apustius, eius legatus, cum Attalo rege et Rhodiis maris imperium obtinent. P. Villius cos. cum sero in provinciam venisset, Corcyrae hibernat*), alter

*) Ea re factum est, ut T. Livius res hoc anno gestas, lib. 31 inde a cap. 38, falso ad priorem annum retulerit.

a. Chr. u. c.

cos. Italiae praeerat. Galli Insubres Cn. Baebium Tamphilum propr. profligant. Cens. P. Cornel. Scip. African., P. Aelius Paetus lustrum (46.) condunt. Princeps senatus lectus P. Corn. Scipio Africanus. M. Porcius Cato aed. pleb.

198 556 Cos. *Sex. Aelius Paetus Catus, T. Quinctius Flamininus,* aedilitate et praetura omissa cos. factus). P. Villius primo vere consilia ingrediendae Macedoniae agitat, cum Flam. cos. belli gerendi cupidus supervenit. Is, Philippo ex angustiis ad Aoum fluvium, claustris Epiri, deiecto, per Epirum in Thessaliam procedit, adiunctis Athamanum et Aetolorum copiis. Philippus in Macedoniam recedit, cos. Elatia capta et factis cum Phil. induciis, in Locride et Phocide hibernat.

Alter cos. in Gallia nihil memorabile gerit. M. Porcius Cato praet. Sard.

197 557 Cos. *C. Cornelius Cethegus, Q. Minucius Rufus.) Sex praetores* prim. creantur, quorum quattuor duas Hispanias, Siciliam Sardiniamque cum imp. obtinere solent. Italiam uterque cos. habet. T. Quinctius procos., adiunctis sibi Achaeis et Nabide et Thebanis (per Attalum reg.), cum pax non convenisset, adv. Philippum in Thessaliam movet. Ibi dum ambo Scotussam petunt, in tumulis *Cynoscephalis* praecursorum certamen contrahitur, quibus cum utrimque copiae submittantur, tandem iusto proelio confligitur, quo Macedones prorsus vincuntur, Aetolis in ea re haud contemnendum auxilium praestantibus. Philippus Tempis cum procos. collocutus, indueias impetrat, quibus legatos de pace Romam mittat.

Uterque cos. triumphat ex Gallia, Cn. Cornelius Lentulus ovans redit ex Hisp. citer. Lex *Porcia* de provocatione fertur.

196 558 Cos. *L. Furius Purpureo, M. Claudius Marcellus* ambo Italiam prov. habent. Ex sententia X legatorum T. Quinctius *Philippo pacem dat* ea condicione, ut praesidia Maced. ex urbibus Graecis liberis deducat (imprimis Corintho, Chalcide, Demetriade), mille tal. pendat, cet. Illae civitates in libertatem restituuntur, sed in praesentia praesidiis Rom. obtinentur propter metum de Antiocho. Triumphat M. Marcellus cos. de Comensibus et Insubribus. IIIviri epulones instituti.

195 559 Cos. *L. Valerius Flaccus, M. Porcius Cato,* municeps Tusculan. 44 annos natus.) Antiochus rex in Europam transit et Lysimachiam urbem restitutam munit. Legatis Rom. ad eum missis, ut Graecas in Asia urbes liberas esse, neve in Europam traiicere velit, non paret. Ad eundem Hannibal Carthagine metu Romanae factionis profugus venit. In Graecia T. Quinctius procos. Nabidis tyr. Lacedaem. opes infringit, neque tamen delet. Argivi liberati concilio Achaeorum attribuuntur.

Cos. M. Porcius in Hisp. citeriore rem bene gerit, L. Flaccus cum Boiis propter silvam Litanam secundo proelio confligit.

Lex Oppia abrogata (cf. an. 215). *Nascitur Terentius.* Triumphant M. Helvius Blasio et Q. Minucius Thermus propraetores ex Hisp. cit.

194 560 Cos. *P. Cornelius Scipio African. II, Ti. Sempronius Longus,* quorum patres a. 218 cos. fuerant.) T. Quinctius, praesidiis ex urbibus Graecis deductis, quod dudum Aetoli cum indignatione flagitaverant, exercitum Rom. in Italiam ad triumphum deducit. Sempron. cos. cum Boiis acri proelio

a. Chr. u. c.

dimicat. Coloniae civium Rom. deducuntur *Puteolos*, *Vulturnum*, *Liternum*, *Salernum* in Campania, *Buxentum* in Lucania, *Sipontum* in Apulia, *Tempsam Crotonemque* in Bruttiis; Lat. coloniae decernuntur *Vibonem Valentiam* in Bruttiis, *Thurios* in Lucania. Alter cos. Scipio Italiam habet, triumphat M. Cato ex Hisp.

193 561 Cos. *L. Cornelius Merula*, *Q. Minucius Thermus* adv. Boios et Ligures bellum gerunt, ad Antiochum frustra legati mittuntur. Lustro condito a cens. Sex. Aelio Paeto, C. Cornel. Cethego censa civ. capita 143704; princeps senatus P. Scipio Afric. II.

192 562 Cos. *L. Quinctius Flamininus*, *Cn. Domitius Ahenobarbus* Ligurum ac Boiorum agros pervastant.

Exitu anni **Antiochus** rex, a Thoante Aetolorum principe incitatus, *in Graeciam traiicit*. Aetoli Demetriadem, rex Chalcidem occupant, Achaeis in Romana societate permanentibus. A. Atilius Serranus praet. cum classe in Graeciam mittitur.

191 563 Cos. *P. Cornelius Scipio Nasica*, *M'. Acilius Glabrio*, homo novus.) Consuli M'. Acilio advenienti iungitur Philippus, exercitus Rom. Athamania in potestatem redacta per Thessaliam ad saltum Thermopylarum pergit, quem rex insederat, sed praesidiis Aetolorum per M. Catonem legatum Callidromo deiectis, etiam regiae copiae profligantur et delentur. Rex praecipiti fuga Chalcidem et inde Asiam repetit, victores Phocidem, Boeotiam, Euboeam peragrant, inde reversi, Heraclea expugnata, Naupactum, Aetoliae caput, obsident. Aetolis obsecrantibus induciae dantur, quibus Romam legatos de pace mittant. Sed infecta pace revertuntur, liberum de se arbitrium senatui permittere nolentes.

P. Cornelius cos. Boios ad deditionem adigit et dimidia agri parte multat: eo inseq. a. *Bononia* col. deducitur. Triumphus Scip. cos., ovatio M. Fulvii propr. ex Hisp. ult. Romae ludi Megalenses in dedicatione aedis Magnae Matris celebrati, qui primi fuisse scenici traduntur, Liv. 36, 36.

190 564 Cos. *L. Cornelius Scipio* (Asiat.), *C. Laelius.)* L. Scipio cos. (nam Laelius cos. Italiam acceperat) comitante fratre Africano adv. Antiochum profectus Aetolis iterum 6 mensium inducias dat, inde per Macedoniam et Thraciam Lysimachiam pervenit, unde praesidium deduxerat Antiochus, postquam classis regia ad Myonnesum a L. Aemilio Regillo praet. et Eumene Rhodiisque devicta est. Romani in Asiam traiiciunt, et regium exercitum fere 70000 hominum ipsi 30000 ad *Magnesiam* devincunt. Antiochus protinus ex fuga legatos de pace mittit, et inducias impetrat. Victor exercitus, deditis Asiae civitatibus, Magnesiae hibernat. Triumphus M'. Acilii, defectio solis a. d. V Id. Quint.

189 565 Cos. *M. Fulvius Nobilior*, *Cn. Manlius Vulso.)* Victo Antiocho tributum 15000 talentum imponitur, et Asia cis Taurum montem adimitur, cuius maior pars Eumeni, Lycia et Caria Rhodiis datur, urbes Graecae in libertatem restituuntur (Liv. 37, 55 seq.). Cn. Manlius successor L. Scipioni missus Gallo-Graecorum tres gentes bello persequitur, sed culpam neglectae disciplinae militaris fert. Interea M. Fulvius, in cuius comitatu erat Q. Ennius poeta, Ambracia capta, tandem *Ae-*

Digitized by Google

a Chr u. c.

tolorum spiritus frangit, eosque imperio pop. Rom. subiicit. Idem Cephalleniam subigit.

Triumphant L. Aemilius Regillus, L. Scipio, Q. Fabius Labeo ex Asia.

188 566 Cos. *M. Valerius Messalla*, *C. Livius Salinator.)* Cn. Manlius ex Asia revertens a Thracibus vexatur magnamque praedae partem amittit.

Lustro 48. cond. a cens. T. Quinctio Flaminino, M. Claudio Marcello censa sunt civ. capita 258318; princeps senatus P. Scipio Afric. III. Fundanis Formianisque lege Valeria suffragii latio in tribu Aemilia, Arpinatibus in Cornelia datur.

187 567 Cos. *M. Aemilius Lepidus*, *C. Flaminius.)* Dum ambo cos. in Liguribus bellum gerunt viasque militares Flaminius ab Arretio Bononiam, Aemilius ab Arimino Placentiam perducit: Romae rogatione Petillia et auctore M. Catone quaestiones de captis ab Antiocho rege pecuniis adversus P. et L. Scipiones exercentur. P. magnifica defensione usus in Literninum se abdit, neque Romam revertitur, absentem protegit Ti. Sempronius Gracchus trib. pl., cui ob eam causam Cornelia minor in matrimonium datur. L. Scipio multatus pauper reperitur. Triumphi M. Fulvii de Aetolis, Cn. Manlii de Gallo-Graecis.

12000 socii Lat. Romae conquisiti per Q. Terentium Culleonem praet. et domos remissi.

186 568 Cos. *Sp. Postumius Albinus*, *Q. Marcius Philippus* quaestiones Romae et per totam Italiam de clandestinis coniurationibus et novis religionibus exercent. *Senatuscons. de Bacchanalibus.*

Q. Marcius cos. a Liguribus Apuanis insidiis circumvenitur.

185 569 Cos. *Ap. Claudius Pulcher*, *M. Sempronius Tuditanus.)* Adversus eos M. Sempron. profectus saltum usque ad *Macram* fluv. aperit: Appius in Liguribus Ingaunis bellum feliciter gerit. In Hispania ab ambobus praetoribus prope Toletum acriter pugnatur, praecipua C. Calpurnii laude. Philippus rex, legatis missis, qui eum in regni finibus coercerent, magnopere offenditur. Ovatio L. Manlii proc. ex Hisp.

(P. Scipio Africanus b. a. vita decedit secundum Cic. Cat. 6.)

184 570 Cos. *P. Claudius Pulcher*, *L. Porcius Licinus.)* Censuram severe gerunt M. Porcius Cato, L. Valerius Flaccus, iidem in consulatu collegae: L. Flamininum senatu movent, L. Scipioni equum publicum adimunt, ex vetere Catonis in familiam Scipionum odio. Prima basilica Porcia aedificata. Duae col. civium *Potentia* in Picenum, *Pisaurum* in agrum Gallicum deducuntur. Triumphi C. Calpurnii Pisonis et L. Quinctii de Lusitanis Celtiberisque. Moritur Plautus (Cic. Brut. 15).

183 571 Cos. *M. Claudius Marcellus*, *Q. Fabius Labeo.)* Hannibal cum T. Quinctius Flamininus legatus ad Prusiam Bithyniae regem venisset, veneno sumpto moritur, quo eod. a. Philopoemen a Messeniis interficitur. Romae Demetrius, Phil. filius, patrem excusat et eximiis honoribus a senatu ornatur, quod ipsum imprudenti iuveni exitii causa fit. Coloniae deducuntur *Mutina* et *Parma* civium, Lat. *Aquileia*, unde Galli transalpini expulsi.

182 572 Cos. *Cn. Baebius Tamphilus*, *L. Aemilius Paullus* prospere adv. Ligures bellum gerunt. A. Terentius ex Hisp. cit. ovat.

a. Chr.	u. c.	
181	573	Cos. *P. Cornelius Cethegus, M. Baebius Tamphilus.)* L. Aemilius procos. Liguree Iugaunos in deditionem accipit, item Q. Fulvius Q. f. praetor de Celtiberis triumphum meretur. *Saturnia* et *Graviscae* civ. Rom. coloniae in Etruria conduntur. Cos. legem de ambitu ferunt.
180	574	Coe. *A. Postumius Albinus, C. Calpurnius Piso,* suff. *Q. Fulvius Flaccus, Cn. f.)* Prioris a. cos. Ligures Apuanos in deditionem acceptos, ad 40000 hominum, in Samninm deducunt: ex eadem gente paulo post Q. Fnlvius ad 7000 eodem tradncit. Pestilens annus eet.
		Lex *annalis* a L. Villio trib. pl. fertur, quot annos nato magistratus petere liceat. P. Cornelius et M. Baebius procos. triumphant.
179	575	Cos. *L. Manlius Acidinus Fulvian., Q. Fulvius Flaccus, Q. f.* (fratres germani). Q. Fulviue cos. Ligures deditoe ex montibne in loca campestria deducit, ac triumphum agit. In Hiepania hoc anno, cum 4 tantum praetores lege Baebia crearentur, Ti. Gracchus et L. Postumius propraet. de Celtiberis et Lusitanis egregias victorias reportant. Romae censores creati M. Aemiline Lepidue, pont. max., M. Fulvius Nobilior inimicitias veteres reip. causa componunt (Cic. de prov. cons. 9.), lustrum 50 condunt, principem eenatus legunt ipsum censorem M. Aemilinm. Basilica Fulvia aedificatur, quo loco postea fuit Aemilia.
178	576	Cos. *M. Iunius Brutus, A. Manlius Vulso.)* A. Manlius adversus Istroe male re geeta tumnltum tota Italia excitat, dein, collega adiuvante, damnnm acceptum reearcire etudet. Trinmphant Ti. Gracchue de Celtiberis, L. Poetumius de Lueitauis.
177	577	Cos. *C. Claudius Pulcher, Ti. Sempronius Gracchus.)* C. Claudius Istros iam a prioribus cos. fractos ad deditionem adigit, inde Liguree profligat, in quorum agro *Luna* col. civium Rom. collocatur, eodemque fere tempore *Luca* col. Lat. in agro Pieano. Triumphum de utraque gente agit, legem etiam fert de sociis in civitates snas reducendie. Ti. Gracchus Sardoe rebellantes domat.
176	578	Cos. *Cn. Cornelius Scipio Hispallus,* suff. *C. Valerius Laevinus, Q. Petillius Spurinus.)* Valer. et Petillius in Liguribus bellum gerunt, ibi Q. Petillius est occieue, ut ambo cos. in eo magistratu mortui sint. Ti. Gracchue in Sardinia rebelles perseqnitur.
175	579	Cos. *P. Mucius Scaevola, M. Aemilius Lepidus II* pont. max.) Per interreges facti cos. Ligures, qui Lunam Pisasque depopulati erant, snbigunt. Ti. Gracchus de Sardie domitis triumphat (Sardi venales); triumphant etiam C. Laevinus et P. Mucius de Liguribue.
174	580	Coe. *Sp. Postumius Albinus Paullulus, Q. Mucius Scaevola.)* L. Scipio, sive is Cn. fuit, Africani filine degener, gratia Cicereii olim clientis eui praetor hoc anno factus traditur. Q. Voconius Saxa trib. pl. legem perfert de mulierum hereditatibus, quam Cato 65 annorum suadet. Cens. Q. Fnlvius, Q. f., Flaccus, A. Postumins Albinns severe magistratum exercent, cum Q. Fnlviue ipeum fratrem germanum Cn. Fulvium senatu moveat, principem eenatns legunt M. Aemilium II. Hi cene. vias in urbe silice sternendas locaverunt (Instr. 51). Ap. Clandins Centho proc. ovane ex Celtiberia redit.

a. Chr.	u. c.	
173	581	Cos. *L. Postumius Albinus, M. Popillius Laenas.)* Popillius cos. bellum adv. Ligures Statiellos gerit, in eosque deditos graviter consulit, improbante senatu. Ab altero cos. privatim Praenestinis irato, perniciosus mos inventus est, ut socii publice magistratus Rom. excipiant, iisque quae postulent praebeant. Frequentes legationes ad Aetolos Thessalosque componendarum seditionum causa, item ad Achaeos, Eumenem, Ptolemaeum mittuntur, quia bellum cum Perseo Macedonum rege dudum praeparatum imminet. Philosophi Epicurei Alcius et Philiscus urbe eiiciuntur (Athen. 12, 68), pistores eodem fere tempore incipiunt esse (Plin. 18, 107).
172	582	Cos. *C. Popillius Laenas, P. Aelius Ligus, ambo primum de plebe.)* Ligures Statielli populi iussu in libertatem restituuntur. Eumenes rex, Romam cum venisset eximiis honoribus ornatus, senatum ad bellum cum Perseo protinus gerendum adhortatur: eum revertentem prope Delphos latrones a Perseo conducti opprimunt ac paene interficiunt, quare senatus *amicitiam Perseo renuntiat*, et bellum summa cura parat, legatosque ad socios de auxiliis mittit, et in Africam, qui bellum inter Masinissam et Carthaginienses componant.
171	583	Cos. *P. Licinius Crassus, C. Cassius Longinus, item ambo de plebe.)* Perseo legatis huc illuc mittendis opportunum belli gerendi tempus perit, dum P. Licinius (nam Cassio cos. Italia evenerat) cum egregio ferme 30000 mil. exercitu in Thessaliam venit. Neque tamen improspere bellum a rege circa Larissam geritur, qui si viribus suis in tanta Graecorum omnium propensione usus esset, delere Rom. exercitum potuit. Per hiemem Boeoti a cos., neque minus a Lucretio praet., classis praefecto, vexantur.
170	584	Cos. *A. Hostilius Mancinus, A. Atilius Serranus.)* Eadem hieme Macedones classem Rom. Orei hibernantem opprimunt et aliquot naves abstrahunt, neque per aestatem quidquam satis Romanis procedit. Hostilius cos. per Cambunios montes in Macedoniam ingressurus vincitur, a diversa parte Ap. Claudius in Dassaretiis Uscanam temere aggressus turpiter repellitur. Epirotae ad Perseum deficiunt. Alter cos. Atilius in Liguria nihil memorabile gerit.
169	585	Cos. *Q. Marcius Philippus II, Cn. Servilius Caepio.* Praetor C. Sulpicius Gallus, Graecis litteris eruditissimus.) Q. Marcius cos. (nam Servilio Italia obtigerat), per Callipeucen saltum in Maced. ingressus, in eum locum se coniicit, unde, si bellum gerere Perseus didicisset, reditus non erat. Sed ille in fugam praecipitem se dat, et vix demum resipiscit, cum castella Macedonum, quibus via per angustias in Thessaliam ferens intercludi posset, a Rom. expugnantur. Neque vero ceteris opportunitatibus scienter utitur, avaritia occaecatus, praesenti Illyriorum et Gallorum auxilio, item Eumenis et Rhodiorum, qui dudum animos a Romanis alienos haberent. Quinquennio peracto, quo senator nullus mortuus est (Plin. 7, 49) cens. fiunt C. Claudius Pulcher, Ti. Sempronius Gracchus, a quibus libertini ex rusticis tribubus in Esquilinam coniiciuntur. M. Aemilius princeps senatus III. Basilica Sempronia extruitur. *Ennius* poëta moritur.

a. Chr. u. c.

168 586 Cos. *L. Aemilius Paullus II, C. Licinius Crassus.)* Paullus cum supplemento ad exercitum profectus partem copiarum per Cambunios montes in Macedoniae plana demittit, quo fit, ut Perseus, munimentis ad Enipeum fluv. relictis, Pydnam recedat. Sequitur cos. et acie cum Macedonibus confligit, prid. Non. Sept. (Nocte antecedenti defectio lunae fuerat a C. Sulpicio, cf. ann. 166, tunc trib. mil. praedicta). Caesis aut dispersis peditibus rex cum omni equitatu effugit, et desperans de salute cum paucis Amphipolim, inde Samothracen petit. Ibi deceptus a Cretensi, qui eum ad Cotym Thraciae regulum transvehendum receperat, Cn. Octavio praef. class. sese dedit et ad cos. mittitur. *Macedonia* intra paucos dies *in potest. Romanorum venit.* L. Anicius praetor triginta diebus bellum Illyricum conficit, Scodra capta et Gentio rege dedito. Idem Epirotas, qui defecerant, in potest. redigit.

167 587 Cos. *Q. Aelius Paetus, M. Iunius Pennus (ambo de plebe).* Ex sententia X legatorum Macedonia in quattuor regiones divisa, quarum inter se conubia tolluntur, libera esse iubetur dimidiumque tributi solvere Romanis, quod regi debuerit. Item Illyrii liberantur et vectigal pendere iubentur. Rhodiis haud multum abest, quin bellum indicatur. Epirotarum, qui ad Perseum defecissent, oppida ad 70 ab exercitu ex Maced. redeunte uno die diripiuntur. Neque tamen milites praeda explentur. *Paulli triumphus,* ipsi funestus, *finem affert tributorum.* Cn. Octavius de manubiis porticum Octaviam fac. curat. Triumphant L. Paullus per triduum, Cn. Octavius, L. Anicius. Cos. in Liguribus nihil memorabile gerunt.

In h. a. Livii Annales nobis desinunt.

166 588 Cos. *M. Claudius Marcellus, C. Sulpicius Gallus.)* Cos. in Gallis Alpinis et Liguribus bello gesto triumphant.

Andria *Terentii* fabula editur ludis Megalensibus.

165 589 Cos. *T. Manlius Torquatus, Cn. Octavius.)* Achaeorum principes ferme mille, ut criminibus initae cum Perseo societatis, accusantibus Callicrate et Andronida, se purgent, Romam evocantur, et indicta causa circum municipia et colonias custodiendi dimittuntur, neque in patriam, nisi post 16 annos redeunt. (Polybius.)

164 590 Cos. *A. Manlius Torquatus, Q. Cassius Longinus †)* Perseus Albae moritur. Cens. L. Aemilius Paullus, Q. Marcius Philippus (lustr. 53), censa c. c. 337022, princeps senatus M. Aemilius Lepidus IV.

163 591 Cos. *Ti. Sempronius Gracchus II, M'. Iuventius Thalna †,* ambo de plebe; ille Galliam regit, M'. Iuventius Corsos rebelles domat.

Ptolemaeus Philometor a fratre Physcone eiectus Romam venit supplex: legati mittuntur ad regnum componendum, cf. supra p. 46.

162 592 Cos. *P. Cornelius Scipio Nasica, C. Marcius Figulus,* vitio facti abdicarunt (cf. Cic. de div. 2, 35), suffecti *P. Cornelius Lentulus, Cn. Domitius Ahenobarbus.)* Cn. Octavius consularis in Syriam missus cum naves longas, quae contra foedus paratae essent, combureudas curasset, a plebe furente interficitur: Romae statua ei in foro collocatur. (Cic. Phil. 9, 2.)

161 593 Cos. *M. Valerius Messalla, C. Fannius Strabo.)* Lex *Fannia* de

a. Chr. u. c.

sumptibus coenarum fertur, curaturque ut Graeci philosophi ac rhetores in urbe ne sint.

160 594 Cos. *L. Anicius Gallus*, *M. Cornelius Cethegus*, ex quibus hic Italiam habet, L. Gallus Liguriam. L. Aemil. Paullus moritur, in cuius honorem filii P. Scipio et Q. Fabius ludos funebres faciunt. Adelphi *Terentii* agitur.

159 595 Cos. *Cn. Cornelius Dolabella*, *M. Fulvius Nobilior.)* Ex iis alter Italiam regit, M. Fulvius Ligures Veleates subigit ac triumphum meretur (octogesimo anno ex quo cum his pertinacissimis hostibus pugnatum est). Romae cens. P. Scipio Nasica, M. Popillius Laenas, censa civ. capita 338316; princeps senatus M. Aemilius V (lustr. 54).

Crates Mallotes legatus Attali regis Pergameni Romae grammaticas scholas habet.

158 596 Cos. *M. Aemilius Lepidus*, *C. Popillius Laenas II.*

157 597 — *Sex Iulius Caesar*, *L. Aurelius Orestes.)* Ad bellum inter Carthag. et Masinissam componendum legati mittuntur, inter quos *M. Cato*, ex eo tempore perpetuus in senatu auctor Carthaginis delendae. Ariarathes, Cappadociae rex, Romae ut restituatur impetrat. Colonia *Auximum* in Picenum deducitur.

156 598 Cos. *L. Cornelius Lentulus Lupus*, *C. Marcius Figulus II.)* Bellum cum Dalmatis, C. Marcio duce, geritur, haud prospere initio; alter cos. Italiam habet. Leges *Aelia* et *Fufia* de iure comitiorum h. a. latae putantur.

155 599 Cos. *P. Cornelius Scipio Nasica II*, *M. Claudius Marcellus II.)* Legati ab Atheniensibus de multa Oropica missi, Carneades Academicus, Diogenes Stoicus, Critolaus Peripateticus, Romae iuvenes philosophiam et rhetoricam docent. Theatrum lapideum a C. Cassio censore inchoatum ac paene absolutum demolitur Scipio cos. Idem Dalmatas, Delminio capto, ad deditionem adigit. M. Claudius in Liguribus triumphum meretur.

154 600 Cos. *Q. Opimius*, *L. Postumius Albinus*, suff. *M'. Acilius Glabrio.)* Q. Opimium cos. cum Liguribus Oxybiis et Deceatibus, qui Massiliensium oppida Antipolim et Nicaeam vastarant, bellum gerit eosque agri parte multat. M'. Glabrio cos. in Gallia versatur. Censores M. Valerius Messalla, C. Cassius Longinus lustr. condunt 55, a quibus princeps senatus legitur *M. Aemilius Lepidus VI*, pont. max.

153 601 Cos. *Q. Fulvius Nobilior*, *T. Annius Luscus*, ambo de plebe, Calendis Ian. magistratum ineunt (qui posthac dies legitimus mansit), cum bellum Celtibericum denuo exarsisset, per 20 continuos annos gestum. Q. Fulvius cos. his h. a. ab illis vincitur, dum L. Mummius praet. in ulteriore Hisp. felicius rem gerit.

152 602 Cos. *M. Claudius Marcellus III*, *L. Valerius Flaccus †)* Marcellus cos. Celtiberos urget multaque oppida capit, Cordubam aedificat. M. Atilius Hisp. ulter. regit. Cum Carthaginienses clam bellum parare nuntientur, de bello contra eos gerendo in senatu diversis sententiis certatur inter Scipionem Nasicam et M. Catonem, cuius eodem hoc anno filius in praetura moritur. Triumphat L. Mummius ex Hisp.

151 603 Cos. *L. Licinius Lucullus*, *A. Postumius Albinus*, qui res Ro-

a. Chr. u. c.

manas oratione Graeca scriptitavit, Gell. 11, 8.) L. Lucull. cos., delectu magno cum labore peracto (P. Scipio Aemilianus trib. mil.), in Hisp. profectus, Vaccaeos subigit, inde in Lusitaniam pergens Ser. Sulpic. Galbam praet., qui male pugnaverat, adiuvat. Proximo vere Galbae Lusitanorum exercitus se dedit, quos fide violata partim trucidat, partim in servitutem vendit, paucis fuga servatis, inter quos *Viriathus*, suae gentis ultor futurus.

Carthag. adv. Masinissam 88 a. natum bellum movent, iniussu senatus, qui, Numida accusante, nihil dum gravius constituit, nisi quod 10 legati mittuntur.

'Hoc ferme anno C. Laelius trib. pl. legem Liciniam de modo agrorum videtur restituere voluisse (Plut. Ti. Gr. 8).

150 604 Cos. *T. Quinctius Flamininus, M'. Acilius Balbus,* quo a. Cic. dialogum de senectute habitum finxit.) Lex auctore M. Catone h. a. lata videtur, *ne quis bis cos. fieret,* servata 50 circiter annos. Achaeorum olim evocatis, quorum tunc supererant fere 300, in patriam reditus conceditur. De Carthaginiensibus, a Masinissa iam bello victis, acriter in senatu certatur, tandem M. Catonis sententia vincit, ut bellum iis indicatur et novi cos. in Africam mittantur. Uticenses Romanis sese dedunt. C. Vetilius Hisp. ult. rogit.

149 605 Cos. *L. Marcius Censorinus, M'. Manilius Nepos,* ambo plebeii.) Carthaginiensibus Romae se dedentibus imperatur, ut 300 obsides dent, et cos. dicto audientes sint. Obsidibus acceptis datisque Q. Fabio Maximo praetori Siciliae cos. Lilybaeo Uticam traiiciunt. Ibi ut naves longae armaque cuiusvis generis sibi tradantur, imperant. Quo facto tandem ultimum mandatum expromunt, ut Carthag. aliam urbem decem milia passuum a mari condant, veterem dirui patiantur. Qua iniuria ad furorem adacti Poeni bellum censent gerendum. Romani urbem adorti repelluntur. Cos. Manilius levibus certaminibus ab Hasdrubale extra urbem urgetur neque exercitum nisi P. Scipionis, trib. mil., virtute ac providentia servat.

In Hisp. ulteriore *Viriathus Lusitanus* bellum excitat, et C. Vetilium praet. cum exercitu caedit. Andriscus, simulatus Persei filius, regnum Macedoniae occupat et P. Iuventio Thalna praet. victo atque occiso Thessaliam vastat.

Ludi saeculares Romae celebrantur. M. Cato moritur, 90. aetatis anno, ut Liv. tradidit, 85. ut Cicero.

L. Calpurnius Piso, trib. pl., sociorum causa legem *de pecuniis repetundis* fert, Liv. ep. libr. 49; inde prima quaestio perpetua instituta. L. Scribonius Libo trib. auctore M. Catone rogationem fert de Lusitanis in libertatem restituendis, sed Galba lacrimis ac pueris se defendit. (Cic. Brut. 23.)

148 606 Cos. *Sp. Postumius Albinus Magn., L. Calpurnius Piso Caesoninus.)* L. Piso cos. auxiliis Numidarum adiutus (apud quos Masinissa superiore a. mortuo tres reguli, Micipsa, Gulussa, Manastabal, illius filii) aestatem frustra in oppugnandis minoribus urbibus, Clupea, Hippone Zareti consumit. L. Mancinus pr. Siciliae et classi praeest. Bithyas Numida ad Carthag. transfugit, iisque fidelem operam praestat. Alter cos. Postumius, dum Galliam et Italiam obtinet, viam Postumiam ab Genua Veronam munit.

Sed Andriscum in Macedonia Q. Caecilius Metellus praetor

Digitized by Google

a. Chr.	u. c.	
		bis victum capit. In Lusitania *Viriathus* etiam h. a. praetorem C. Plautium Hypsaeum bis vincit.
147	607	Cos. *P. Cornelius Scipio Aemilian., C. Livius Drusus.)* P. Scipio cum aedilitatem peteret, legibus solutus, 37 annos natus, cos. factus Africam pop. iussu provinciam accipit, M. Atilius Serranus pr. classem sortitur. Megara partem urbis Carthag. capit, ceteram urbem acrius obsidione premit, castris in ipsis terrae faucibus communitis. Portu urbis operibus clauso, Carthaginienses alium portum fodiunt, ac naves ante comparatas subito emittunt, quibus aegre victis ac depressis etiam a mari urbs clauditur. Poenorum castra ante urbem expugnantur, Nepheris aliaque oppida capiuntur. Bellum cum Achaeis propter vetus huius gentis adv. Lacedaemonios odium conflatur. In Hisp. *Viriathus* Claudium Unimanum praet. fundit insignique praeda potitur. Cens. L. Cornelius Lentulus Lupus, L. Marcius Censorinus censent c. c. 334000; princeps senatus P. Scipio Nasica.
146	608	Cos. *Cn. Cornelius Lentulus, L. Mummius,* qui *Achaicus* appellatus est.) In Africa Scipio Aemilianus procos. cetera urbe capta, arcem Carthaginis Byrsam, vicis ad eam ferentibus incensis, per 7 dies oppugnat. Tandem deditione facta, *urbs incensa diruitur,* Africa tributaria, praeter Uticam, facta, in provinciae formam redigitur. L. Mummius cos. bellum Achaicum, a L. Metello propr. affectum, proelio apud Corinthum commisso, conficit. *Corinthus capta deletur.* Achaia cum vetere Macedonum regno in unam provinciam coniungitur, ut iam sint omnino sex provinciae. In Hisp. C. Nigidius Figulus pr. infeliciter contra Viriathum pugnat. Triumphant Q. Metellus et P. Scipio.

Periodus quinta a Carthagine Corinthoque deletis usque ad annum 30 *a. Chr. n., Ol.* 187,3, 724 *u. c., ex quo Caesar Octavianus (Augustus), mortuo Antonio, solus reip. Romanae praeesse coepit.*

a. Chr.	u. c.	
145	609	Cos. *Q. Fabius Max. Aemilian., L. Hostilius Mancinus.)* Q. Fabius cos. ulteriorem Hisp. sortitus disciplinam militarem restituit, et caute adv. Viriathum eiusque socios agit. C. Laelius Sapiens praetor et Romae clarus habetur, et in Hisp. citeriore Viriathi ferociam reprimit. C. Licinius Crassus tr. pl. frustra fert legem de sacerdotibus a pop. creandis, dissuadente C. Laelio.
144	610	Cos. *Ser. Sulpicius Galba, L. Aurelius Cotta.)* Q. Fabius, imperio prorogato, bellum adv. Viriath. prudenter ac prospere gerit. Q. Marcius Rex pr. peregrinus aquam Marciam Romam ducit. Cos. ambo Italiam habent. Triumphat. L. Mummius.
143	611	Cos. *Ap. Claudius Pulcher, Q. Caecilius Metellus Maced.* (postquam bis repulsam tulit). In Hisp. citeriore contra Celtiberos a Viriatho excitatos Q. Metellus prospere pugnat, verum in ulteriore Quinctius a Viriatho castris exutus Cordubam se abscondit.

a. Chr.	u. c.	
		Ap. Claudins cos. qui Italiam prov. acceperat, gloriolae militaris cupidus, cum Salassos, gentem Alpinam, invasisset agrique parte multasset, iniussu senatus et pop. maiore sua infamia, quam laude triumphat. Praetor urbanus M. Aemilius Lepidus, peregrino prorogatur imperinm novo more.
142	612	Cos. *L. Caecilius Metellus Calvus, Q. Fabius Max. Servilian.)* Q. Fabius cos. (nam alter cos. Italiam et Galliam habebat) magno cum exercitu adv. Viriathum profectus, nihil tamen memorabile gerit, neque illum in Lusitaniam abeuntem consequi potest. (L. Fannius, gener C. Laelii, trib. mil.) Q. Metellns procos. in citeriore prov. Celtiberorum animos frangit, severitate pariter et clementia clarus. Pseudophilippus alter in Macedonia a L. Tremellio Scrofa quaest. praetoris A Licinii Nervae opprimitur. Cens. P. Scipio Africanns, L. Mummius, nec ingenio nec moribus convenientes (lustr. 57).
141	613	Cos. *Cn. Servilius Caepio, Q. Pompeius,* homo novus C. Laelio deiecto cos. factns.) Q. Fabius Servilianus in Lusitania, prorog. imp. initio prospere rem gerit, sed dum Erisanam urbem oppugnat, Viriatho erumpente in angustias compulsns pacem cum eo aequis condicionibus facit. Q. Pompeius cos. (alter cos. Italiam et Galliam habebat) cum citeriorem Hisp. a Q. Métello paene subactam accepisset, bellum contra Numantinos et Termestinos, arma tradere nolentes, orsns, utramqne urbem frustra obsidet. — P. Mucius Scaevola trib. pl. In Macedoniam succedit D. Innius Silanus Manlianus pr., qui repetundarum accusatus a patre naturali T. Manlio Torquato punitur (Liv. ep. 54).
140	614	Cos. *C. Laelius Sapiens, Q. Servilius Caepio.)* Ex iis Laelius Italiae praeest, Q. Servilius pacem a fratre suo cum Lusitanis factam rescindit, et Viriathum, cum ad omnes pacis condiciones, modo ne arma Lusitani traderent, descendere vellet, clam per proditores *interficiendum curat.* Q. Pompeius procos. citerioris Hispan. a *Numantinis,* quos frustra obsederat, ad pacem faciendam adigitur. Nascitur L. Licinius Crassus orator, triennio ante M. Antonius orator.
139	615	Cos. *Cn. Calpurnius Piso, M. Popillius Laenas*).* Q. Pompeius, cum snccessor M. Popill. venisset, pacem se fecisse negat, neque Numantini Romae ius suum obtinent. Ipse Romae ac-

*) Etiam hi conenles ambo ex plehe creati, quod cnm hac aetate et saepissime fiat, et ab ipsie Romanis tanquam res nulline momenti negligatur, porro annotare supersedebimns. Nimirum discrimen gentinm patriciarum ac plebeiarum iam pridem ita exoleverat, nt nihil eeset in rep., qnod plebeii *iure* assequi non poesent: hoc tantum vetustae religionie causa servabatnr, nt interreges et flamines maiores non caperentur nisi ex patriciis. Cf. Cic. de dom. 38. Liv. 4, 54. Iam vero alind discrimen, ut fit, ortum erat inter homines *nobiles* et ignobiles, neque minore industria opus erat *novorum* hominum ad effringendos nobilitatis carceres, qnibns consnlatus circnmseptus tenebatur, quam olim fortissimorum illorum tribunorum, qni plebis iura defenderant. Sed haec in singulis hominibns. Longe graviora eodem fere tempore certamina *optimatium* ac *popularium* extiterunt, quibus ipse status reip. vehementor concussus, et ad extremum pessumdatus eet.

a. Chr. u. c.

cusatus tamen propter populi gratiam absolvitur. Sed ne cos. quidem quidquam memorabile agit. In ulteriore Hisp. Q. Caepio reliquias belli Viriatbici persequitur. In Sicilia P. Popillius pr. servorum motus coercet, quibus ab boc tempore insula perturbatur.

Romae *Lex Gabinia* tabellaria, plebi gratissima, perfertur, ut in magistratibus creandis non voce, sed tabellis suffragia dentur. Cbaldaei a C. Cornelio Hispallo pr. peregr. ex urbe pelluntur (Val. Max. 1, 3, 2).

138 616 Cos. *P. Cornelius Scipio Nasica (Serapio* ludibrii causa de servi cuiusdam similitudine appellatus, Plin. 21, 10), *D. Iunius Brutus (Callaicus).* Dum D. Iunius cos. deditos Viriatbi milites, agris attributis, Valentiae collocat, et arma per Lusitaniam, siugula oppida aggrediens, circumfert, M. Popillius procos. a Numantinis vincitur ac fugatur. Romae cos. a trib. pl. C. Curiatio in vincula coniiciuntur. L. Sulla dict. nascitur.

137 617 Cos. *M. Aemil. Lepidus Porcina, C. Hostilius Mancinus.)* Dum Romae L. Cassius Longinus trib. pl. (cf. Cic. p. Sest. 48) *legem Cassiam* tabellariam de iudiciis perfert, C. Hostilius cos. servandi exercitus causa pacem cum Numantinis *aequis legibus* facit, quam mansuram esse et ipse et Ti. Gracchus quaestor ceterique honestissimi in exercitu iuraut. Sed eam irritam esse senatus iubet: alter cos. in Hisp. missus a Numantinis quidem abstinet, sed Vaccaeos, eorum socios, adiunctis D. Bruti, qui Lusitaniam pacaverat, copiis, aggreditur.

136 618 Cos. *L. Furius Philus, Sex. Atilius Serranus.)* Idem M. Aemilius procos. Pallantiam in cit. Hisp. frustra obsidet, et recedens magna clade afficitur. Imperium ei abrogatur et L. Furius cos. (nam alteri Italia cum Gallia obvenerat) successor mittitur, qui Numantinis pacis, quam populus infectam iussisset, auctorem Mancinum dedit, quem illi non acceperunt.

Interea D. Brutus Lusitaniam, Letben (Oblivionem) fluv. transgressus, usque ad Oceanum perdomat.

Cens. Ap. Claudius Pulcber Q. Fulvius Nobilior (lustr. 58). P. Mucius Scaevola praetor.

135 619 Cos. *Ser. Fulvius Flaccus, Q. Calpurnius Piso.)* Q. Piso cos. rem adversus Numantinos nihilo melius, quam qui ante eum duces fuerant, gerit, sed in ulteriore provincia D. Iunius prorog. imp. ingentem *Gallaecorum* exercitum, qui Lusitanis auxilio venerant, caedit. Alter cos. Vardaeos, gentem Illyricam, victos in deditionem accipit. M. Cosconius Macedoniae praetor cum Scordiscis prospere pugnat.

In Sicilia ingens *servorum motus* existit, qui, Eunu rege creato, exercitum 70000 fere bom. colligunt et praetorem C. Pisonem fugant. Etiam in ceteris orbis terrarum partibus ejusmodi motus oriuntur.

134 620 Cos. *P. Cornelius Scipio Afric. Aemil. II* (legibus solutus cos. factus, cum non peteret), *C. Fulvius Flaccus.)* Cum L. Plautius Hypsaeus praet. in Sicilia a servis victus castrisque exutus esset, C. Fulvius cos. eo cum exercitu mittitur.

P. Scipio, cui Hisp. citerior prov. extra ordinem data esset, auxiliis a sociis et regibus contractis, inter quos *Iugurtha* a Micipsa patruo missus erat, exercitum luxuriosum ad severissimam disciplinam revocat, agros Numantinorum vastat, ibidemque hibernat, ut inopia civitatem urgeat. Cum Scipione

a. Chr. u. c.

sunt C. Marius, qui prima stipendia faciebat, et C. Lucilius, satirarum scriptor.

133 621 Cos. *P. Mucius Scaevola* (is qui ius civile fundavit et hanc scientiam in gentem Muciam intulit), *L. Calpurnius Piso Frugi.)* P. Scipio procos. *Numantiam* firmissimis munimentis claudit, eamque post 15 mensium obsidionem eo adigit, ut, plerisque civium interfectis, reliqui se dederent, quibus sub hasta venditis, *urbs diruitur.* — L. Piso cos. in Sicilia servos Messanam obsidentes vincit.

Romae *Ti. Sempron. Gracchus*, trib. pl., *legem agrariam*, postquam M. Octavio Caecinae intercedenti potestatem abrogavit, perfert, ne quis ultra 500 iugera possideret, utique IIIviri crearentur, qui quod superesset agri publici, plebi dividerent. IIIviri creati sunt Ti. et C. Gracchi, et Ap. Claudius, socer Tiberii, qui iidem pecuniam, quae ex *Attali regis Pergameni hereditate* obvenisset, ad agrum colendum instrumentumque rusticum comparandum colonis dividerent. Sed Gracchi consilia, cum aperte tolli non possint, impediuntur ab optimatibus, ipse, cum iterum trib. fieri studeret, a P. Scip. Nasica consulari eodemque pont. max. (quoniam P. Mucius cos. a talibus consiliis abhorrebat) tumultu facto, cum 300 asseclis in Capitolio occiditur, eorumque corpora in Tiberim proiiciuntur.

132 622 *P. Popillius Laenas, P. Rupilius*, commendatione Africani factus, novi cos., quaestiones de sociis Gracchanae seditionis exercent, neque tamen non senatus ipse auctor legis agrariae fit, creato in locum Tib. Gracchi triumviri P. Licin. Crasso, C. Gracchi socero. P. Scipio Nasica, ut populi odio eripiatur, in Asiam legatus mittitur, quam paene omnem *Aristonicus*, Eumenis se filium ferens, occupaverat, ibique decedit.

P. Popillius Italiam Galliamque acceperat, vias muniendas curat. P. Rupilius in Sicilia Tauromenium Ennamque servorum sedes capit. P. Scipio Africanus de Numantinis, D. Brutus de Lusitanis et Gallaecis triumphant: hic templum Martis in circo Flaminio de manubiis extruit.

131 623 Cos. *P. Licinius Crassus Mucian.*, frater P. Mucii, cos. a. 133, *L. Valerius Flaccus*, flam. Mart.) P. Crassus cos. et pont. max. (loco P. Nasicae) populi iussu (cf. Cic. Phil. 11, 8) contra Aristonicum profectus rem haud prospere gerit, et initio inseq. anni ad Leucas ab hostibus oppressus perit. P. Rupilius procos. Siciliam, Eunu capto, pacat et ex sententia x legatorum leges dat, quibus provincia administretur. — Romae C. Papirius Carbo trib. pl. seditiosam legem fert de trib. pl. reficiendis, quam P. Africanus et C. Laelius dissuadent.

Cens. Q. Caecil. Metell. Maced., Q. Pompeius, *ambo primi de plebe*, creantur (lustr. 59).

130 624 Cos. *C. Claudius Pulcher, M. Perperna.)* M. Perp. consul (sed originis peregrinae) Aristonicum victum Stratoniceae ad deditionem adigit, sed priusquam triumphare posset, a inseq. ipse Pergami obit.

Q. Metelli censoris vita in periculum vocatur a furioso trib. pl. C. Atinio Labeone, Plin. nat. hist. 7, 143. Pont. max. P. Mucius in locum fratris fit.

Digitized by Google

a. Chr. u. c.

129 625 Cos. *C. Sempronius Tuditanus, M'. Aquillius* deiecto, ut videtur, L. Rupilio, qua de causa P. Rupilius frater a vita recessit (Cic. Tusc. 4, 17; Lael. 20). M'. Aquill. bellum Asiaticum conficit, dum alter cos., ut iudicia de agro publico dividendo evitet, rebus adv. Illyrios Iapydes gestis triumphum meretur.

Romae novae seditiones a IIIviris agro dividendo, C. Graccho, C. Carbone, M. Fulvio excitantur, quorum iniuriis adversus socios cum P. Africanus gravissime se opposuisset, mane in lectulo mortuus inventus est, aetatis anno 56.

128 626 Cos. *Cn. Octavius, T. Annius Luscus Rufus.)* M'. Aquillius et hoc et inseq. a. Asiam provinciam pacat procos.

127 627 Cos. *L. Cassius Longinus Ravilla, L. Cornelius Cinna.) C. Lucilius* poëta floret.

126 628 Cos. *M. Aemilius Lepidus, L. Aurelius Orestes.)* M. Iunius Pennus trib. pl. legem fert de peregrinis urbe pellendis, inter quos pater M. Perpernae olim consulis repetitur. L. Aurelius cos. Sardiniam prov. sortitus, C. Gracchum quaestorem habet. Memorabile incendium Aetnae montis et in Lipareis insulis procuratur. M'. Aquillius post triumphum repetundarum accusatus a P. Lentulo ex Asia absolvitur.

125 629 Cos. *M. Plautius Hypsaeus, M. Fulvius Flaccus.)* M. Fulvius cos. seditiones excitat rogatione proposita *de civitate sociis Italicis danda*, quam cum senatus impedire vellet, cos. adv. Salluvios Gallos Massiliensium accolas mittitur. *Fregellanos* ob negatam civitatem rebellantes L. Opimius pr. ad deditionem adigit, urbemque diruit.

Cens. Cn. Servilius Caepio, L. Cassius Longinus (lustr. 60) censent civium cap. 390736, aquam Tepulam in urbem ducunt.

124 630 Cos. *C. Cassius Longinus, C. Sextius Calvinus.)* M. Fulvio in Gallia transalpina prorogatur imperium; nihilominus uterque cos. ibidem bellum gessit. Cum idem factum esset in Sardinia et L. Aurelio procos., *C. Gracchus* pro quaest. non expectato successore provinciam relinquit, et postquam satis populo se excusavit, ingenti omnium studio trib. pl. creatur.

123 631 Cos. *Q. Caecilius Q. f. Metell. (Balearicus), T. Quinctius Flamininus.)* C. Gracchus legem agrariam fratris renovat, *frumentariam* fert, qua frumentum parvo pretio publice dari pauperibus iussit, *de libertate civium Rom.*, ne de capite civis iniussu populi indicetur, *viariam* cet., quibus rebus cum plebis gratiam sibi comparasset, in a. inseq. tribunus, non petens, reficitur.

C. Sextius procos in Gallia, victis Salluviis, a. inseq. Aquas Sextias condit. Q. Metellus Baleares piraticam exercentes aggressus, facile vincit, et Palmam Pollentiamque in maiore insula urbes civium Romanorum aedificat.

Triumphat M. Fulvius procos. de Liguribus Vocontiis Salluviisque.

122 632 Cos. *Cn. Domitius Ahenobarbus, C. Fannius Strabo*, deiecto L. Opimio, commendatione C. Gracchi creatus.) C. Gracchus, ut optimatium ac senatus potentiam minueret, *lege iudiciaria* lata, indicia a senatu ad equites Rom. transfert. Idem legem *de provinciis ordinandis* fert, ut provinciae ante comitia futuris magistr. decernantur, utilissimam ad tollendum magistratuum ambitum. Idem morem instituit, ut praetores exacto in urbe magistratus anno in provincias proficiscantur.

Digitized by Google

a. Chr. u. c.

His ceterisque eius actionibus summa ope senatus resistit, adversario comparato *M. Livio Druso* trib., cuius largitionibns longe maioribus (duodecim coloniarum ternum milium civium) studio abreptus favet, imprimis dum C. Gracchns in Africa commoratur, IIIvir coloniae Carthaginem, quae prima extra Italiam fuit, lege Rubria deducendae creatus. Itaque reversus ille legem *de suffragiis sociorum* perferre non potest, et privatus inimicitiis adversariornm obiicitur.

Interea Cn. Domitius cos. (nam C. Fannio cos. Italia evenerat), provincia a C. Sextio accepta, bellum contra Allobroges et Arvernos, in agros Aeduorum, sociorum pop. Rom., incursantes, parat. Trinmphant C. Sextius proc. de Liguribus Vocontiis Salluviisque, L. Aurelius Orestes proc. ex Sardinia.

121 633 Cos. *L. Opimius*, *Q. Fabius Max. (Allobrog.)*, *Aemiliani fil.)* L. Opim. cos. Graccho inimicissimus per M. Minucium tr. pl. legem de colonia Africana tollere instituit, cui cum M. Fulvins consularis et C. Gracchus vehementer resisterent, tumultu facto cos. senatus anctoritate (per M. Aemil. Scaur.) armatus, Aventino vi capto, fugientes *Fulvium* et *Gracchum* ac praeter eos *magnam civium multitudinem caedit*. Etiam postea quaestiones de sociis coninrationis crndeliter exercentur, nec firmatis optimatium opibns leges agrariae servantur.

In Gallia Cn. Domitius procos. hostes apnd Vindalium vincit, cum altero exercitu cos. Q. Fabins de Arvernorum rege Bituito prope Isarae Rhodanique confluentes ingentem victoriam a. d. VI Id. Aug. reportat. Seqnitur Allobrogum et Arvernorum deditio. Triumphat Q. Metellns proc. de Balearibus.

120 634 Cos. *P. Manilius*, *C. Papirius Carbo.)* L. Opimius maiestatis crimine apnd populum a P. Decio trib. accusatur, sed a C. Carbone cos. ac senatu defensns, absolvitnr. M. Octavius trib. pl. Semproniam legem frum. abrogat et tolerabilem aerario reddit. Asiam Q. Mucins Augur regit, accusatus ex ea prov. ab T. Albucio. Triumphat Q. Fabins de Allobrogibus. Videntur h. a. cens. lustr. 61 condidisse, sed nomina eorum ignorantur.

119 635 Cos. *L Caecil. L. f. Metell. (Dalmaticus)*, *L. Aurelius Cotta.)* C. Carbo maiestatis accusatnr a L. Crasso eloqueutissimo iuvene (21 annos nato), et voluntaria morte a severitate iudicum se vindicat. *C. Marius* trib. pl. legem de suffragiis ferendis, renitente senatu et Metello cos., perfert. Idem Metellus, cum Macedoniam provinc. accepisset, gloriae cupidns bellum Dalmatis infert, nullaqne re memorabili gesta, a. 117 trinmphat et cognomen ex more gentis suae sumit. Cotta cos. Italiam habet et cnm Gallis pugnat.

118 636 Cos. *M. Porcius M. f. M. Censorii n. Cato †*, snff. *Q. Aelius Tubero*, *Q. Marcius Rex.)* M. Cato in Africam (sine dubio propter Micipsae Numidiae regis mortem, filiornmqne eius discordiam) profectns ibidem moritnr. Q. Marcius, cui Italia provincia evenit, Stoenos, gentem Alpinam, caedit, in Gallia *Narbonem Marcium* coloniam civinm Rom. condit, triumphat a inseq. Hoc anno triumphat Cn. Domitins proc. de Arvernis.

Digitized by Google

a. Chr. u. c.

117 637 Cos. *L. Caecil. Metell. Q. f. Diadematus*, *Q. Mucius Scaevola Augur*, C. Laelii gener.) C. Marius duplicem utriusque aedilitatis repulsam uno die fert. Cos. in Italia manent, L. Metellus viam Salariam reficit.

116 638 Cos. *C. Licinius Geta, Q. Fabius Max. Eburnus*, Q. Aemiliani fil., superato M. Scauro factus.) Discordia inter Iugurtham filiosque Micipsae orta tandem eo evadit, ut Iugurtha Hiempsalem interficiendum curet, Adherbalem armis petat. Ex cos. Q. Fabius Macedoniam prov., in qua triumphum meretur, accipit, C. Licinius Italiam.

C. Marius praetor ultimo loco factus, de ambitu accusatus, aegre pari sententiarum numero effugit.

M. Terentius Varro, rerum Romanarum peritissimus, nascitur.

115 639 Cos. *M. Aemilius Scaurus, M. Caecilius Q. f. Metell.)* Q. Metellus Macedonicus moritur, quattuor filios summis honoribus functos relinquens. (Vell. 2, 11.) In eius locum a cens. L. Caecilio Metello Dalm., Cn. Domitio Ahenob. (Instr. 62) legitur princeps senatus M. Scaurus cos., qui idem de Gallis Karnis h. a. triumphat. Eiicitur senatu C. Licin., cos. a. 116, ipse censor a. 108. Alter cos. M. Caec. in Sardinia rem gerit.

114 640 Cos. *M'. Acilius Balbus, C. Porcius Cato.)* C. Cato Macedoniam prov. sortitus in Thracia adv. Scordiscos totum exercitum amittit: victores barbari Macedoniam Thessaliamque populantur, donec a T. Didio pr. reprimuntur.

C. Marius propr. Hisp. ulteriorem a latronibus liberat. Is primus notus, qui praetura in urbe exacta propr. in prov. exierit.

Tres virgines Vestales incestus arguuntur, una damnatur, duae absolvuntur a collegio pontif. (L. Metello pont. max.), qua in re L. Crassi eloquentia pro Licinia dicentis elucet. Q. Hortensius nascitur.

113 641 Cos. *C. Caecilius Q. f. Metellus Caprarius, Cn. Papirius Carbo.)* Cuius iudicii infamia motus populus rogatione Peducaea L. Cassium quaest. extra ordinem creat, qui idem iudicium severissime exercet. Accusatur etiam M. Antonius orator, tunc quaestor Asiae. C. Cato consularis ex Macedon. repetundarum crimine, sed revera propter amissum eius opera exercitum damnatur.

Cos. propter metum belli Cimbrici in Italia retinentur, Metellus feliciter rem gerit adv. Thraces, sed Cn. Carbo adv. Cimbros Italiae imminentes profectus eosque ad Noreiam aggressus vincitur castrisque exuitur, quam ob rem a M. Antonio iuvene accusatus aegre absolvitur. Veruntamen Cimbri ab Italia iter in Galliam avertunt.

112 642 Cos. *M. Livius Drusus, L. Calpurn. Piso Caesoninus.)* M. Drusus successor T. Didii, qui h. a. triumphat, Maced. prov. adeptus Scordiscos ultra Danubium submovet. Iugurtha, quem nobilium Romanorum, pecunia corruptorum, gratia et defenderat et auxerat, tandem ultimum facinus ausus, Adherbalem fratrem adoptivum, Cirta contra senatus denuntiationem expugnata, captum occidit. Quo facto C. Memmii actionibus ad pop. commotus senatus *bellum contra Iugurtham gerendum* censet.

111 643 Cos. *P. Cornel. Scipio Nasica †, L. Calpurnius Piso Bestia.)*

a. Chr. u. c.

L. Piso, assumpto M. Scauro legato, in Africam profectus mox pecunia corruptus Iugurtham in deditionem simulatam accipit, et pace facta Romam redit. Sed rogatione C. Memmii trib. L. Cassius pr. mittitur, qui regem ipsum Romam adducat. Ibi dum trib. altercationibus certatur, Iugurtha Massivam, Masinissae nepotem, regni competitorem necat, sed nova quaestione perterritus Roma profugit. Romae contentiones trib. pl. P. Luculli et L. Annii, qui magistratum continuare nitebantur, comitia impediunt. Triumphant eodem die mense Sextili, fratres M. Caecilius ex Sardinia, C. Caecilius ex Thracia. Lex *Thoria agraria* (cuius reliquiae extant) a Sp. Thorio tr. pl. fertur, qua possessoribus agri publici vectigal imponitur idque pauperibus dividitur.

110 644 Cos. *M. Minucius Rufus*, *Sp. Postumius Albinus.)* Alter cos. M. Rufus in Maced. prov. cum Scordiscis pugnat. Rescisso Calpurniano foedere Sp. Albinus cos. in Africam mittitur, qui bello segniter gesto, cum ad comitia Romam redisset, A. Albinum, fratrem, legatum exercitui praeficit. Sed is proelio victus et sub iugum missus ad ignominiosam pacem adigitur. Eius rei causa C. Mamilius trib. rogationem fert, ut de pecuniis ab hoste captis quaeratur. Damnantur multi, quattuor consulares, L. Bestia, C. Cato, qui Tarraconem in exilium abit, Sp. Albinus, L. Opimius, ipse pontifex C. Sulpicius Galba, qui primus sacerdos iudicio publ. damnatus est.

109 645 Cos. *Q. Caecil. L. f. Metell. Numidicus*, *M. Iunius Silanus.)* Q. Metellus in Africam cum C. Mario, P. Rutilio, legatis profectus, disciplina militari restituta, Iugurtham proelio vincit et ad deditionem adigit. Qui cum apparatum bellicum bona fide tradidisset, iamque ipse exposceretur, consilium mutat et bellum redintegrare coepit.

Alter cos. Silanus a Cimbris, quibus sedes a sen. negatae essent, in Gallia transalp. vincitur. M. Minucius procos. triumphum a inseq. in Maced. meretur. Cens. M. Aemilius Scaurus M. Livius Drusus, quia M. Livius moritur, lustrum non condunt, sed Scaurus in Liguribus viam Aemiliam sternit, pontem Mulvium facit

108 646 Cos. *Ser. Sulpicius Galba*, *L. Hortensius*, eoque damnato *M. Aurelius Scaurus.)* M. Scaurus adv. Cimbros et ipse infeliciter pugnat. Q. Metellus prorog. imp. Numidiam vastat: sed dum bellum lente gerit, Numidarum proditionem expectans, C. Mario calumniandi sui materiam praebet, qua ille usus et Romam profectus cos. declaratur. Cens. Q. Fabius Max. Allobrog. C. Licinius Geta lustr. 63 condunt.

107 647 Cos. *L. Cassius Longinus*, *C. Marius*, tr. pl. L. Crassus.) Marius populi iussu Numidiam prov. accipit: in supplementum exercitus etiam *capite censos* legit. Sed priusquam in provinciam venit, Q. Metellus, Thala capta, Iugurtham regno excedere et ad Bocchum Mauritaniae regem se recipere coegerat. Neque tamen non belli materia relicta erat, cum novis copiis contractis duo reges accederent. Eos cos. duobus proeliis ita vincit, ut Bocchus pacem petat, ad quam faciendam legati Romam mittuntur.

Interea alter cos. L. Cassius a Tigurinis Gallis cum magna parte exercitus et L. Pisone legato consulari caeditur, reliquum exercitum servaturus C. Popillius, alter legatus, in-

a. Chr. u. c.

honestam pacem emit. Sed is Romam reversus a C. Coelio trib., qui eam ob causam legem tabellariam fert, perduellionis reus fit et solum vertere cogitur.

106 648 Cos. *C. Atilius Serranus, Q. Servilius Caepio.)* Pace facta cum Boccho rege, L. Sulla quaestor a Mario ad eum missus barbaro persuadet, ut Iugurtham, in Mauritania versantem, vivum in potestatem Rom. tradat. Quo facto cum debellatum esset, Numidiae res componuntur, regnumque inter Bocchum posterosque Masinissae dividitur.

Q. Servilius cos. postquam suadente L. Crasso sua lege (non diu valitura) iudicia senatui reddidit vel cum senatu communicavit, in Galliam profectus Tolosam capit, et ingentes ibi praedas facit, praecipue templo Apollinis sacratissimo spoliato, quarum minima pars in aerarium refertur, maior a cos. intervertitur.

M. Tullius Cicero III Non. Ian., *Cn. Pompeius* prid. Cal. Oct. *nati sunt.*

105 649 Cos. *P. Rutilius Rufus, Cn. Mallius Maximus* superato Q. Catulo factus.) Ingenti clade res Rom. a Cimbris afficitur, qui Q. Caepionem et Cn. Mallium cos. inter se dissidentes in Gallia ita devincunt, ut ex duobus exercitibus Rom. perpauci fuga evadant. Captus etiam M. Scaurus, cos. legatus, ac per superbiam occisus. Rutilius cos. exercitu, quem diligenter arte dimicandi instituit, Italiam tuetur. Q. Caepio agente C. Norbano tr. pl. imperio abrogato in carcerem coniectus, ex quo a L. Antistio Regino tr. pl. liberatus aufugit Smyrnaeque exul vivit. (Trib. pl. L. Cotta, T. Didius.)

104 650 Cos. *C. Marius II, C. Flavius Fimbria*, homo novus item superato Q. Catulo factus.) Itaque C. Marius legibus solutus absens cos. creatur, qui ipsis Cal. Ian. de Iugurtha triumphat et magistratum iuit. Inde adv. Cimbros profectus totum annum in bello apparando militibusque exercendis consumit, dum hostes iter ad Gallos et Hispanos avertunt.

Romae tribuni plebis Cn. Domitius Ahenobarb. *legem Domitiam de sacerdotiis* fert, qua potestas sacerdotum cooptandorum ad populum transfertur (Cic. in Rull. II, 7), M. Silano, cos. a. 109, ob cladem Cimbricam, diem ad pop. dicit: C. Servilius Glaucia lege sua iudicia iterum ad solos equites transfert, et *de repetundis* acrius sancit: L. Cassius Longinus legem fert, qua senatu excluditur, quem pop. damnasset.

103 651 Cos. *C. Marius III*, absens creatus, *L. Aurelius Orestes †.)* C. Marius etiam h. a. dum Cimbri a Celtiberis repelluntur, Italiae praesidet, nullo nisi levi bello gesto.

In Sicilia novi servorum fugitivorum motus erumpunt, Athenione duce C. Servil. Cascam pr. vincentium. Piratae Cilices maria infestant, contra quos M. Antonius pr. cum imperio procons. quaestore C. Norbano mittitur.

Romae T. Albucius praetorius repetundarum a Sardis postulatur et C. Iulio Caesare Strabone accusatore damnatus in exilium Athenas abit.

Aedilitatem curulem gerunt L. Crassus et Q. Scaevola, pont. max. populi suffragio Cn. Domitius creatur.

102 652 Cos. *C. Marius IV, Q. Lutatius Catulus.)* Marius, suadente L. Appuleio Saturnino tr. pl. cos. refectus Ambronum ac Teutonorum copias *ad Aquas Sextias* ingenti proelio delet,

a. Chr. u. c.

dum collega castris ad Athesim fluv. positis Italiae finibus adv. Cimbros praesidet. In Sicilia L. Lucullus pr. contra fugitivos male pugnat, mox eam ob causam damnatus. D. Iunius Silanus pr. in Hisp. ult. Lusitanos domat.

Cens. Q. Caecilius Metellus Num. C. Caec. Met. Caprarius, fratres patrueles, lustr. 64 condunt.

101 653 Cos. *C. Marius V, M'. Aquillius.)* Marius, Roma profectus, exercitum cum Q. Catulo procos. iungit, qui cum Cimbrorum impetum ferre non posset, castris ad Athesim fluv. relictis, retro cesserat. Tum vero *Cimbri* in campis Raudiis non procul Verona ingenti caede *vincuntur* et delentur.

Alter cos. bellum in Sicilia cum fugitivis prudentius gerit. Hisp. Tarraconensem regit C. Caelius Caldus, cos. a. 94. Parricidii poena de Publicio Malleolo, matris interfectore, sumitur.

100 654 Cos. *C. Marius VI, L. Valerius Flaccus.)* *L. Saturninus* per vim tribunus plebis iterum factus cum *C. Servilio Glaucia* praetore et C. Saufeio quaestore, clam favente Mario cos., remp. agrariis legibus perturbat, Q.que Metellum urbe cedentem in exilio esse iubet; frumentariam eius actionem Q. Caepio, qu. urbanus, impedit. Sed cum occiso C. Memmio, consulatus candidato, vim pararet, ut cum ipse trib. refectus esset, Glaucia cos. crearetur, C. Marius senatus auctoritatem secutus seditiosos cives armis in Capitolium compellit, deditos in tumultu trucidari patitur, a. d. IV Id. Dec. M'. Aquillius procos. in Sicilia fugitivos persequitur ac fame delet.

Colonia Eporedia in Vagiennis deducitur, nec post hanc ulla nisi militaris. Gallia transalpina in provinciae formam redigitur, quae octava fuit.

C. Iulius Caesar nascitur a. d. IV Id. Quint.

99 655 Cos. *M. Antonius* (orator), *A. Postumius Albinus.)* Praet. Q. Mucius cum L. Crasso. C. Claudius Pulcher magnificam aedilit. gerit elephantosque primus producit. Sex. Titius trib. pl. seditiosus legem agr. fert. Opprimuntur reliquiae seditionis Appuleianae damnatis quibusdam popularibus (cf. Cic. p. Rab. c. 9): Q. Metellus revocatur in patriam lege Q. Calidii trib. et praecipuo studio Q. filii.

Bellum in Sicilia per M'. Aquill. finitur, in quo circiter decies centena milia fugitivorum occisa.

98 656 Cos. *Q. Caecilius Metellus Nepos*, Balearici filius, *T. Didius*, novus homo.) Lex Caecilia Didia fertur de legibus per *trinundinum* promulgandis. M'. Aquillium repetundarum ex Sicilia accusatum Antonius orator defendit. L. Domitius Siciliae praeest severe. Triumphat L. Corn. Dolabella ex Hisp. ult. de Lusitanis.

97 657 Cos. *Cn. Cornelius Lentulus, P. Licinius Crassus.)* In Hisp. citeriore grave bellum cum Celtiberis geritur a T. Didio procos., sub quo Q. Sertorius trib. mil. meretur. Alteram Hisp. accipit P. Crassus cos.

Cens. L. Valerius Flaccus M. Antonius (lustr. 65).

96 658 Cos. *Cn. Domitius Ahenobarbus, C. Cassius Longinus.)* Cum Ptolemaeus Apion regnum Cyrenaicum testamento populo Rom. donasset, senatus liberas esse illas civitates iubet.

95 659 Cos. *L. Licinius Crassus*, orator, gener Q. Mucii Auguris, *Q. Mucius Scaevola*, pont. max.) Lege Licinia Mucia *de civibus*

a. Chr. u. c.

regundis, qua magnus sociorum numerus, pro civibus Rom. se gerentium, in suas quique civitates remittuntur, sociorum animi irritantur. L. Crassus cum in Alpibus triumphi materiem quaesisset, triumphare a collega prohibetur. Asiam regit Q. Mucius Scaevola legato P. Rutilio Rufo.

94 660 Cos. *C. Caelius Caldus*, homo novus, *L. Domitius Ahenobarbus.)* Hoc vel superiore anno nascitur M. Cato Uticensis.

93 661 Cos. *C. Valerius Flaccus, M. Herennius* victo L. Philippo factus.) Triumphant ex Hispaniis, citeriore Didius, ulteriore P. Crassus. Quies fere est a bellis.

92 662 Cos. *C. Claudius Pulcher, M. Perperna.)* L. Sulla ex praetura Ariobarzanem regem Cappadociae instituit, quam terram Mithridates Ponti rex invaserat. C. Sentius in Macedonia varie pugnat eamque provinciam diutissime, fere usque ad. ann. 81, regit.

Romae P. Rutilius vir consularis ac summae integritatis ab iratis equitibus damnatur, a quorum iniuriis Asiam olim defenderat: exilium Smyrnae aequissimo animo fert. Cens. moribus dissimiles Cn. Domitius, L. Crassus lustrum 66 condunt.

91 663 Cos. *L. Marcius Philippus, Sex. Iulius Caesar.) M. Livius Drusus*, trib. pl., iuvenis nobilis et ambitiosus, novis legibus
16 ferendis remp. perturbat, quam confirmare volebat. Sempro-
Cic. nias leges, frumentariam, agrariam renovat: *iudiciaria*, qua senatui, 300 equitibus aucto, iudicia restituit, utrumque ordinem offendit: dum legem *de civitate sociis danda* fert, occiditur, auctoribus, uti traditum est, Q. Caepione et L. Philippo cos. Leges Liviae iam vivo ipso abrogantur ex SC.

Quo facto socii Italici coniurant, summam rerum Corfinii collocant, consules creant Q. Popaedium Silonem, Marsum, et C. Papium Mutilum, Samnitem: **BELLI SOCIALIS** sive **MARSICI** s. **ITALICI** initium faciunt Asculani, Q. Servilio procos. caedendo. Q. Pompeius pr. cum exercitu eo missus, repellitur. Romae interim Q. Varius Hybrida trib. pl. legem de maiestate adversus eos fert, quorum ope socii concitati essent. Causam dicunt a. inseq. M. Scaurus, M. Antonius, Cn. Pompeius Strabo, in exilium pelluntur L. Calpurnius Bestia, C. Aurelius Cotta, postea ab Sulla restitutus, alii; ipse etiam Q. Varius.

H. a. initio *Cicero* dialogos de orat. habitos fingit: moritur L. Crassus vix 50. annum ingressus.

90 664 Cos. *L. Iulius Caesar Strabo, P. Rutilius Lupus.)* Consulibus bellum adversus socios decernitur, L. Caesari *Samnium* cum legatis Sulla, L. Cinna, Q. Catulo, M. Antonio, alteri cos.
17 Rutilio *Marsi* cum legatis C. Mario, Cn. Pompeio, C. Per-
Cic. perna, Q. Caepione. Libertini tum primum militare coeperunt, Liv. ep. 74. C. Caecilius Metellus propr. provinciam Galliam transalpinam Salluviis victis tuetur. Bellum grave et ancipitis eventus geritur, nam C. Perperna vincitur, ipse cos. Rutilius a P. Vettio Catone insidiis circumventus mense Quint. occiditur, Q. Caepio a Pompaedio Silone caeditur, unus C. Marius feliciter pugnat, Marsosque profligat, quos exceptos L. Sulla caedit. Sed rursus ancipiti pugna facta, Marius valetudinis simulatione imperio se abdicat. Samnites Campaniam vastant et Mario Egnatio duce L. Caesarem fu-

a. Chr. u. c.

gant, mox ab eodem apud Acerras profligantur, qua demum victoria reportata Romae saga pouuntur.

Lege *Iulia* cos. exeunte h. a. iis populis, qui ad eam diem in fide mansissent (Latinis et Umbris et aliquot populis Etruriae) civitas optima cum iure honorum datur, potestas etiam fit cos. et censoribus paulatim reliquorum pop. Italicorum in eandem recipiendorum.

In Asia Mithridates regna Bithyniae et Cappadociae invadit, sed repellitur a M'. Aquillio, Manilio Mancino, legatis.

89 665 Cos. *Cn. Pompeius Strabo, L. Porcius Cato.* Praett. Q. Metellus Pius, L. Lentulus, P. Gabinius, App. Claudius, C. Co-
18 sconius. Aedilis cur. C. Iulius Caesar Strabo, frater L. Cae-
Cic. saris censoris, et fr. uterinus Q. Catuli cos. 102). Cn. Pompeius cos. (in cuius exercitu M. Cicero adolescens merebat) Pelignis ac Vestinis domitis, Asculum, urbem Picentium, diu oppugnatum tandem capit, et triumphat de Picentibus. Ser. Sulpicius legatus Marrucinos in potestatem redigit. *Marsos* L. Cato cos. persequitur, eoque per insidias occiso, L. Murena et Q. Metellus Pius, legati, ad deditionem adigunt.

Adversus Samnites, quorum summa rerum collata Aeserniam est, L. Sulla, item L. Catonis legatus, et classe et terra rem gerit ac de eorum duce Cluentio ingentem victoriam reportat. Idem Hirpinis devictis Bovianum capit.

Lege Plautia Papiria, a trib. pl. C. Carbone, M. Plautio Silvano lata, quae legem Iuliam supplet, iis qui foederatis civitatibus ascripti essent, civitas datur. Cn. Pompeius cos. transpadanam Galliam componit. Seditio fit in urbe feneratorum a L. Cassio tr. pl. concitata, qua A. Sempronius Asellio pr. urbanus perit. Fertur lex Plautia de vi eademque iudiciaria. *Censores P. Licinius Crassus, L. Iulius Caesar* creantur, qui novorum civium causa octo novas tribus addunt, sed reliquum censum non suscipiunt.

Interea Mithridates Ariobarzanem Cappadociae et Nicomedem Bithyniae reges regnis suis expellit.

88 666 Cos. *L. Cornelius Sulla*, 49. aetatis anno, *Q. Pompeius Rufus.)* Admittuntur ad honores populi Italici, velut per hos annos Minatii Magii Aeculanensis, atavi sui, duos filios praetores factos esse scribit Vell. 2, 16. Q. Pompaedius Silo novum Samnitium exercitum conscribit: a Mam. Aemilio victus ta-
19 men Bovianum recipit, sed paulo post a Ser. Sulpicio cum
Cic. exercitu caeditur.

Consulibus, Sullae provincia Asia et Macedonia cum bello Mithrid. datur, Q. Pompeio Italia cum exercitu Cn. Pompeii. *P. Sulpicius* trib. pl. capitali odio a Q. Pompeio dissidens legem, ut novi cives et libertini in omnibus 35 tribubus suffragia ferant, per vim, fugato L. Sulla, perfert. Idem utrumque consulem provincia spoliat, et per factionem suam C. Mario seni ambitioso 70 amplius annorum Asiam prov. extra ordinem tradit. L. Sulla una cum collega ad exercitum suum in Campania confugit, eoque Romam ducto Sulpicias leges tollit earumque auctorem cum C. Mario et x aliis hostes ab senatu iudicari iubet. Sulpicius ipse occiditur, Marii, pater et filius, effugiunt, circaque Africae oram versantur.

Interim rex Mithridates totam Asiam praeter Rhodum et

Digitized by Google

a. Chr. u. c.

Magnesiam ad Sipylum, interfectis ubique civibus Romanis, possederat.

Q. Pompeius cos. ad exercitum a Cn. Pompeio accipiendum profectus, seditione militum, sed quam dux concitaverat, interficitur.

87 667 Cos. *Cn. Octavius, L. Cornelius Cinna.)* Archelaus, praefectus classi Mithridaticae, insulis receptis Athenas venit, et libenter recipitur ab Atheniensibus. L. Sulla initio anni Roma profectus totam aestatem in oppugnanda urbe ac portu consumit, dum *L. Cinna* Romae contra iusiurandum, quod Sullae abeunti dederat, novas turbas concitat, lege Sulpicia referenda exulibusque revocandis. Quo victo ab optimatibus et eiecto *L. Cornelius Merula*, flamen Dialis, consul fit. L. Cinna Appii Claudii exercitum ad Nolam sibi conciliat. Cn. Pompeius et Q. Metellus, qui bellum cum Samnitibus gerebant, Romam arcessuntur. Contra C. Marius exul exercitu collecto ad Cinnam venit, eique sese alii ex urbe (Q. Sertorius, Cn. Carbo) totaque Samnitium gens adiungunt. Urbs Roma quattuor exercitibus obsidetur. Cn. Pompeius fulmine ictus perit, milites transire coeperunt: urbs deditur: Metellus in Liguriam recedit. Intrant urbem Cinna et Marius et adversarios suos, principes viros, contra fidem ingulari iubent, Cn. Octavium et L. Merulam cos., M. Antonium, Q. Catulum, L. et C. Caesares Strabones, P. Lentulum al. P. Crassus, M. Divitis pater, ne idem pateretur, sua se manu interemit.

86 668 Cos. *L. Cornelius Cinna II, C. Marius VII*, cui Id. Ian. mortuo suff. *L. Valerius Flaccus.)* Sulla, cuius quaestor est L. Lucullus, urbem portumque Athenarum Cal. Martiis capit, nec tamen Munychiam, quam tuetur Archelaus, expugnare potest. Inde contra exercitum regium proficiscitur, qui, Macedonia et Thessalia occupatis, ducibus eodem Archelao et Taxile in Boeotiam descendit. Eum Sulla ad Chaeroneam vincit ac delet, Archelaus Chalcidem cum reliquiis copiarum sese recipit. Mithrid. Chios pessime afficit.

Romae in funere C. Marii C. Fimbria Q. Scaevolam vulnerandum curat. L. Flaccus cos., turpissimae legis auctor, qua creditoribus quadrantem solvi iussit, ex urbe ad bellum Mithridaticum mittitur venitque Byzantium, ubi hiemat. *Censores* L. Marcius Philippus, M. Perperna creati, *novos cives per veteres tribus distribuunt*, principem senatus legunt L. Valerium Flaccum (cos. a. 100), lustr. 67 condunt, quo reperta sunt civium capita 463000. Praetor M. Marius Gratidianus collegii nomine de probandis denariis edicit solus (Cic. Off. 3, 20. Plin. 33, 132).

85 669 Cos. *L. Cornelius Cinna III, Cn. Papirius Carbo*, Cn. consulis a. 113 filius, Romae bellum contra Sullam parantes saeviunt in nobiles, quorum permulti se ad Sullam conferunt. Is iterum cum Archelao ad Orchomenum pugnat, castraque eius capit: cum Archelaus Mithridatis iussu pacis condiciones tractat. Sulla per Macedoniam proficiscens cum Dardanis, Scordiscis, Dalmatis, Medis prospere bellum gerit. Eodem tempore, interfecto per seditionem militum L. Flacco, bellum contra Mithrid. pro Marianis partibus feliciter geritur a C. Fimbria legato. Is victis ducibus regiis Pergamum capit, Ilium diruit. Nascitur M. Brutus, dict. Caesaris interfector.

Digitized by Google

a. Chr. u. c.

84 670 Cos. *Cn. Papirius Carbo II, L. Cornelius Cinna IV.) L. Cinna* iu Asiam navigaturus, ut et L. Snllae occurreret et eam provinciam haberet, Anconae a militibus naves conscendere nolentibns *interficitur* nec quisquam ei sufficitur. *Sulla* terrestri itinere in Asiam transit pacemque cum Mithr. facit condicionibus iam pridem ab Archelao compositis, ut Bithynia et Cappadocia rex cederet, pecuniam classemque 70 navinm daret. Iam contra Fimbriam, castra ad Thyatira habeutem, proficiscitur, exercitum eius ad suas partes transdncit, ipsum ad mortem adigit. Deinde Asiae rebus compositis, ac restitutis ornatisque Iliensium, Chiorum, Magnesiorum, Lyciorum Rhodiorumqne civitatibus, reliquis ingenti pecunia 20000 tal. multatis, relicto cum dnabus legg. Valerianis L. Mnrena, exercitum in Graeciam traiicit. Interim in Africa Q. Metellus Pius frustra Sullanas partes contra C. Fabium praet. tuetur, profugus in Italiam.

83 671 Cos. *L. Cornel. Scipio Asiat., C. Iunius Norbanus Bulbus*, qui postea Rhodi proscriptione occisus est.) Cos. prorogato Cn. Carboni, cui quaestor fuit C. Verres, imperio, ingentes copias adv. Sullam contrahunt, item C. Marius filius, Q. Ser-
24 torius praetor. Sulla Brundisinm venit cum exercitu 5 legg.
Cic. 6000 equitum et cum Q. Metello Pio, constanti partium defensore, coninngitur. C. Norbanus ad Canusinm victus Capnam recedit, L. Scipionis exercitus apud Teanum, induciarnm tempore corruptns, ad Sullam transit. Ad eundem Cn. Pompeius, Cn. fil. adolescens 23 annorum, privatim conscriptis in Piceno tribus legg. victisque tribus hostium exercitibns, venit.

Romae Capitolium deflagrat, prid. Non. Quint. Q. Sertorius, cui ex praetura Hispania prov. evenerat, eo proficiscitur.

L. Murena bellnm cum Mithridate renovat, adintus ab Archelao transfuga, sed repulsis Romanis rex denuo Cappadociam invadit. Galliam transalpinam prospere regit C. Valerius Flaccns.

82 672 Cos. *C. Marius* (septiens consulis f. invenis 26 annornm), *Cn. Papirius Carbo III.* Pr. iterum M. Marius Gratidiauns.) C. Marins a Snlla ad Signiam vincitur et Praeneste urbem mnnitissimam compellitur. Romae L. Brutus Damasippns praetor, Marii consulis iussu, reliquos principes, qui cum Sulla sentire videbantur, interfecerat, P. Antistium, L. Domitinm, Q. Scaevolam. Sulla obsidionis Praen. cura Lncretio Ofellae demandata, Romam venit, et res pro tempore componit. Carbo cum Metello Pio ac Cn. Pompeio in Gallia cisalpina, cum Serviliis in Etruria pugnat: tandem victus, frnstra omni temptata fortuna, Italiam relinquit, Africam petens, sed enm e fuga retractum Cn. Pompeius in Sicilia necandnm curat. Pontius Telesinus, coacto 40000 Samnit. exercitu, cnm Marinm liberare non potuisset, sub ipsius urbis Romae moenibus cum Sulla depugnat Cal. Novembr. ac vincitur M. Crassi opera. Praeneste deditur: C. Marius semet ipse interimit; cives Praenestini caeduntur, agri pnblicantur.

Iam vero Sulla victor adversariorum in rep. omnium per L. Valerium Flaccum, principem senatus, interregem *dict. perpetuus creatur* (L. Valerio Flacco mag. eq.), per eundem

a. Chr. u. c.
legem de *proscribendis malis civibus* ferendam curat: eos ferme
4700 numero fuisse tradunt, quorum bona publicantur, liberi
iure petendorum honorum curulium excluduntur. Comitia con-
sularia aliorumque magistratuum suo arbitrio Sulla habet, ita
ut Ofellam arrogantius consulatum petentem interfici iusserit.
81 673 Cos. *M. Tullius Decula, Cn. Cornelius Dolabella). Sulla dicta-
tor* militum suorum legiones 47, militum circiter 120 milia,
in agros adversariorum deducit, Etruriamque paene totam se-
26 dibns suis evertit. Idem *leges Cornelias* multas fert, quarnm
Cic. pars ad pnblicum, pars ad privatum ius pertinet. Priorum
maxime memorabiles hae: de sacerdotiis, ut sacerdotes et pont.
19 max. a collegio cooptarentur, *iudiciaria*, qua senatui resti-
Caes. tnuntur iudicia, *tribunicia*, qua tribunornm pl. potestas ita im-
minuitur, ut auxilii latio iis relinquatur, ius legum ferenda-
rnm maiorumque magistratuum petendorum adimatnr, de ma-
gistratibus, quorum certum ordinem confirmat. Quaestionum
perpetnarum ratio amplificatur ac constituitur, *octo creatis prae-
toribus*, qui per annum iurisdictioni vel quaestionibus prae-
sunt, tum provincias accipiunt legesque vel novae de male-
ficiis feruntur vel veteres emendantur. Numerus quaestorum
additis novis XII augetur, ut sint *viginti*. Senatus allectis
ex equestri ordine fere 300 snppletnr.

L. Sulla dict. per biduum eodemque anno vel snperiore
L. Murena, postquam provinciam M. Minncio tradidit, de rege
Mithridate triumphant. Triumphat etiam de rege Hiarba ex
Africa Cn. Pompeius, primus eq. Rom., 24 annos natus. M.
Cicero ad causas agendas accedit, dicitque pro Quinctio.

Cn. Pompeius in Africa partes Marianas consectatus Cn.
Domitinm Ahenobarbum victum occidit, Numidiam, victo
Hiarba, Hiempsali restituit.

In Hisp. C. Annins Luscns proscriptos et in iis Q. Serto-
rium provincia expellit.
80 674 Cos. *L. Cornelius Sulla II, Q. Caecilius Metell. Pius.)* Vola-
terrae, quod oppidum Italiae ultimum restiterat, deduntur;
Mytilenae a M. Thermo praet. capiuntur ac diruuntur, in qua
expugnatione C. Caesar prima stipendia fecit, civicamqne
27 coronam mernit. In Hisp. *Q. Sertorius* a Lusitanis adintus
Cic. rebellat, quare Q. Metello cos. ea provincia decernitnr. Ci-
licia nova provincia fit, quam Cn. Corn. Dolabella, a. snpe-
rioris praetor accipit.

M. Cicero Sex. Roscium Amerinum parricidii reum de-
fendit.
79 675 Cos. *P. Servilius Vatia (Isaur.), Ap. Claud. Pulcher.)* L. Sulla
Felix, constituta republica, ineunte anno dictatura se abdicat.
P. Servilius cos. Ciliciam prov. bellumqne in piratas geren-
dum accipit. L. et M. Luculli aedilitatem curulem gerunt.

M. Cicero, Sullam metuens, Roma abierat, et Athenis sex
menses Antiocho Academico potissimum operam dat, sed
exercetur etiam apud Demetrium Syrum, nobilem dicendi ma-
gistrum.
78 676 Cos. *M. Aemilius Lepidus, Q. Lutatius Catulus.)* Sulla Puteolis
mortuo a. aet. 60 ac magnifice Romae in campo Martio se-
pulto, M. Lepidus cos. seditiosis contionibus acta Sullae re-
scindere parat: cui cnm collega resisteret, in Galliam trans-

Digitized by Google

a. Chr. u. c.

alp. provinciam snam profectus bellum minatur. Q. Catulus cos. legem de vi fert.

In Hisp. ulteriore Q. Metellns contra Sertorium bellum gerit, in citeriore L. Domitius ab Hirtuleio, duce Sertoriano, vincitur. Siciliae praeest C. Metellus Augur, L. Cornelius Sisenna pr. urb. et peregr.

P. Servilius praedones eorumqne receptores persequitur. M. Cicero Rhodi Apollonio Moloni et Posidonio Stoico operam dat.

77 677 Cos. *D. Iunius Brutus, Mam. Aemilius Lepidus Livianus*, ex interregno. L. Lucullus praetor, ex praetura Africam prov. accipit.) Cos. Italiam tuentur, at M. Lepidum Romam cnm exercitn petentem, Q. Catulus procos. ad pontem Mulvium pro-
23 fligat, iterum, adinncto Cn. Pompeio, in Etruria victum in
Caes. Sardiniam fugere cogit, ubi cum mortuns esset, exercitus dispersus, partim cum M. Perperna in Hisp. navigat ad Sertorium. Galliam transalp. accipit L. Manlius. De Thracibus triumphat a. ineunt. Cn. Cornelius Dolabella, accusatus repetundarum a C. Caesare adolescente: cui successor in Macedoniam missns est Ap. Clandins.

76 678 Cos. *Cn. Octavius, C. Scribonius Curio.)* Ex cos. Curio Macedoniam prov. nanciscitur, Cn. Octavius Galliam. In Asiam snccedit Terentio Varroni L. Iunius Silanus eamque prov. per biennium obtinet. Pompeius victo et occiso in Gallia cisalp. M. Brnto, Lepidi legato, hoste iudicato, propr. in Hispaniam cit. loco Q. Calidii mittitur pari cum Metello im-
31 perio, sed ad Laurouem a *Sertorio* vexatus in hiberna ad
Cic. Pyrenaeos montes concedit.

Cn. Sicinius tr. pl. frustra de dignitate tribunorum augenda agit.

75 679 Cos. *L. Octavius, C. Aurelius Cotta.* Praet. C. Licinius Sacerdos, M. Caesius.) Tribunis lege Aurelia cos. ius honorum petendorum restituitur. *Bithynia*, a rege Nicomede testamento pop. Rom. donata, a. inseq. in provinciae formulam redigitur atque una cum Cilicia L. Octavio cos. traditur. P. Servilius postquam Isauris domitis et Phaselide Olympoque nrbibus expugnatis *Ciliciam* adiunxit imperio, magnifice triumphat. *Cyrenae* provincia Rom. fit et P. Lentulo Marcellino quaestori propr. traditur. C. Curio procos. Dardanos, viciuam Macedoniae gentem, domat. C. Cotta cos. Italiam tenens ex Gallis a. inseq. triumphum quaerit.

In Hisp. Sertorius Calagurri obsessus erumpit, Q. Metellus in Lusitania, Cn. Pomp. in citeriore prov. hibernat, quo tempore Mithridates belli renovandi consilia agitans, societatem cum proscriptis civibns Rom. facit.

Q. Hortensins aed. cur., M. Cicero in Sicilia qnaestor Lilybaetanus praet. Sex. Peducaeo.

74 680 Cos. *L. Licinius L. f.* (cf. a. 102) *Lucullus, M. Aurelius Cotta.* Praet. urb. C. Verres, peregr. L. Piso, trib. pl. L. Quinctins, Oppianici patronus.) Cos. L. Lucullus Italiam, M. Cotta Galliam transalp. prov. accipiunt, sed cum Mithridates cum ingentibus copiis in Asiam se effunderet, id bellum, L. Octavio in Cilicia mortuo, consulibns decernitur, ut Lncullns terra, M. Cotta mari gereret. Cottam Mithridates apnd Chalcedona

a. Chr. u. c.

terra fundit, mari classe exuit: tum ille Cyzicum, urbem Romanis sociam, oppugnat, ipse obsidetur a Lucullo.

Metellus et Pompeius, rerum omnium inopia coacti, tota fere Hispania Sertorio cedunt.

M. Antonio, oratoris filio, IIIviri patri, ex praetura imperium maritimum adversus praedones latissime patens mandatur.

73 681 Cos. *M. Terentius Varro Lucullus* (frater germanus L. Luculli), *C. Cassius Varus.* Trib. pl. M. Licinius.) Ad Cyzicum Mithridates exercitu toto fame deleto, tandem fugam navibus petit, classem praeterea tempestate amittit apud Parium et Heracleam.

74 gladiatores e ludo Campano effugiunt, ducibus Crixo et Oenomao Gallis, *Spartaco* Thrace, mox effractis ergastulis ingentem hominum multitudinem colligunt, Claudium Pulchrum, C. Cassii cos., cui Italia prov. evenerat, legatum profligant. *(Bellum Spartacium sive servile.)* Eam ob causam etiam M. Lucullus, quamvis Macedoniam sorte accepisset, cum exercitu Italiam tuetur.

C. Verres per annos 73, 72, 71 propr. Siciliam vexat.

72 682 Cos. *L. Gellius Poplicola, Cn. Cornel. Lentulus Clodian.* Praet. Q. Hortensius, trib. pl. M. Palicanus.) Ambo cos. cum C. Cassio proc. tribus exercitibus Italiam tuentur. Gellius cos. Crixum et fugitivos Germanos caedit, Spartacus contra utrumque consulem profligat, et C. Cassium procos. ad Mutinam in fugam compellit: tamen retro vertit iter ad inferiorem Italiam.

In Hisp. *Q. Sertorius* a coniuratis Romanis militibus suis Oscae *interficitur* octavo ducatus anno, cuius imperium cum cupide M. Perperna arripuisset, a Cn. Pomp. vincitur et occiditur.

In Asia Lucullus Pontum bello aperit, ipse Amisum, Cotta Heracleam oppugnat. Ex Macedonia a. ineunte triumphat C. Scribonius.

71 683 Cos. *Cn. Aufidius Orestes, P. Cornelius Lentulus Sura.*) M. Crassus praetor fugitivos in peninsula Rheginorum victos obsidet, Spartacus vi erumpit, sed mox cum ceteris caeditur, reliquias belli Pomp. ex Hisp. rediens excipit ac delet.

M. Antonius, imperio maritimo ad vexandos socios abusus, victus a Cretensibus moritur. L. Lucullus in Cappadocia, relicto ad Amisum L. Murena legato, diu adv. Mithridatem parum prospere pugnat, tandem in fugam eum coniicit.

Triumphant Romae Q. Metellus et Cn. Pompeius ex Hispania; ovans in urbem redit M. Crassus. Galliam transalpinam regit M. Fonteius.

70 684 Cos. *M. Licinius Crassus, Cn. Pompeius Magnus* (legibus solutus) tribuniciam potestatem restituunt, item censuram, quas dictator Sulla sustulerat. *Aurelia lege (L. Aurelii Cottae*
37 Cic. praetoris) extremo anno iudicia senatui equitibus tribunisque aerariis communia fiunt.

L. Lucullus Amisum ac Sinopen compluresque alias urbes capit, M. Cotta Heracleam captam diripiendam militibus dat. Mithridates, regno eiectus ad Tigranem, regem regum, confugit, generum suum.

Digitized by Google

a. Chr. u. c.

Cens. denuo post 17 annos mense Quintili creati L. Gellius Publicola, Cn. Lentulus Clodianus asperam censuram agunt, qua 64 senatores, inter eos P. Lentulus, superioris anni cos., senatu moti sunt, et lustrum condunt, quo 450000 cives censi; princeps senatus legitur Q. Catulus, cos. a. 78. Pompeius mense Sextili ludos votivos magnificos edit elephantis depugnantibus. Triumphat M. Lucullus Thracibus domitis ex Macedonia, in quam L. Culleolus successit. *Cicero* aedilis des. orat. Verrinas partim apud M'. Acilium Glabrionem praet. repetundarum habet partim scribit. P. Vergilius Maro poëta Id. Oct. nascitur Andibus in agro Mantuano.

69 685 Cos. *Q. Hortensius, Q. Caecilius Metell. Creticus.)* Lucullus, Euphrate traiecto et Tigranis copiis fugatis, Tigranocerta, caput Armeniae, obsidet, ad quod liberandum cum venisset
38 Cic. Tigranes, Lucullus, relicto ad urbem Murena, ipse cum exiguis copiis ingentem Tigr. exercitum fundit. Tigranocerta cum magna praeda capiuntur. Siciliam adversus piratas defendit L. Metellus.

Romae Hortensius cos. Q. Metello collegae Macedoniam prov. cedit, ipse Italia contentus. Templum Iovis Capitolini (cf. a. 83) restitutum a Q. Catulo dedicatur. M. Pupius Piso ex Hisp. triumphat. *M. Cicero* curulem aedilitatem gerit, collega M. Caesonio.

68 686 Cos. *L. Caecilius Metellus* (in mag. nullo suffecto mortuus), *Q. Marcius Rex.)* Lucullus Artaxata ultimam Armeniae urbem petiturus, seditionibus militum impeditur: revertitur, Nisibin capit ibique hibernat: dum interea Mithr., pulso M. Fabio, minorem Armeniam recuperat. Ciliciam prov. sortitur Q. Marcius cos. C. Caesar quaestor in Hisp. ult. praetore Antistio Vetere.

Q. Metellus procos. Cretam intra triennium subigit.

Romae collegia, quae adversus remp. esse videbantur, tolluntur (cf. an. 58).

67 687 Cos. *C. Calpurnius Piso, M'. Acilius Glabrio.)* Mithridates in Pontum reversus C. Triarium legatum ad Irim fluvium cum exercitu 7000 mil. caedit regnumque suum recipit. Lucullus cum adv. Tigranem duceret, a militibus deseritur, appropinquante iam successore M'. Glabrione. Tigranes igitur progressus Cappadociam populatur impune.

Lex Calpurnia auctore senatu fertur de ambitu, qua constitutum est, ut damnati honorum petitione et senatu carerent.

L. Roscius Otho tr. pl. legem theatralem de primis XIV ordinibus fert. C. Cornelius tribunatum pl. gerit invisum optimatibus.

A. Gabinius trib. pl. legem perfert, qua Cn. Pompeio imperium totius orae maritimae bellumque contra praedones gerendum per triennium cum infinita potestate ac 25 legatis traditur (eadem lege Piso cos. Galliam transalpinam in idem tempus accepit). Id bellum summa celeritate conficitur, dum extrema hieme apparatur (legatus Pomp. L. Lollius Cyrenas componit, stipendia sub eo facit M. Terentius Varro)

66 688 Cos. *M'. Aemilius Lepidus, L. Volcatius Tullus.)* — ineunte vere suscipitur, media aestate absolvitur, navibus 400 castel-

a. Chr. u. c.

41 lisqne 120 captis, multis hominum milibus aut occisis aut in
Cic. mediterraneas regiones translatis. Eidem Pompeio lege *Manilia* C. Manilii tr. pl. (suasore *M. Tullio Cicerone praetore* de repetundis) bellum contra Mithridatem decernitur. Subito rerum status mutatur: Mithridates Cappadocia et Armenia expellitur, victus nocturno ad Euphratem proelio (Nicopolis) in Colchidem fugit. Tigranes perterritus supplex in castra Pomp. venit, regnum Armeniae ei restituitur, sed Sophene et Gordyene adimitur.

Africam ex praetura regit L. Sergius Catilina. C. Aquillius Gallus praet. urb. formulas de dolo malo primus protulit. (Reliqui cum Cic. praetores fuerunt P. Cassius, Q. Voconius Naso, M. Plaetorius, C. Flaminius, C. Orchivius, C. Antonius.) Cic. causam agit A. Cluentii de veneficio accusati.

Cos. designati P. Autronius Paetus, P. Cornelius Sulla ambitus damnantur, accusatores in eorum locum fiunt consules

65 689 *L. Aurelius Cotta, L. Manlius Torquatus.*) Pomp. Mithridatem in Bosporum fugientem persequitur, Albanos devincit, sed
35 longitudine viarum defessus in Pontum revertitur, eumque
Caes. in provinciae formam redigit. Armeniam minorem Deiotaro Galatarum tetrarchae dat, socio fideli.

Rogatione C. Papii trib. pl. peregrini urbe eiiciuntur, quorum ingens numerus Romam confluxisset. L. Catilina de repetundis defendente Cicerone absolutus circa Non. Dec. primam coniurationem facit. L. Torquatus cos. Macedoniam prov. sortitur.

Cens. creati M. Crassus et Q. Catulus cum de aliis rebus, tum de transpadanis in civitatem recipiendis dissentientes abdicarunt. Praet. Ser. Sulpicius, L. Murena, Q. Gallius, quo praetore Cic. pro C. Cornelio maiestatis reo dicit. Aediles curules C. Iulius Caesar et M. Bibulus, quaestor aerarii M. Cato.

H. a. a. d. VI Id. Dec. natus est Venusiae Q. Horatius Flaccus poëta.

64 690 Cos. *L. Iulius Caesar, C. Marcius Figulus*, qui antea C. Minucius Thermus fuit.) Pomp. in Syriam proficiscitur, quam Antiocho, Cyziceni nepoti, victi Tigranis spolia legenti, adimit et in provinciae formulam redigit. L. Murena ex praetura Galliam Narbonensem regit, successor C. Pisonis, cos. ann. 67.

Romae consulatum L. Sergius Catilina petit: postquam repulsam tulit, iterum contra remp. coniurat.

Cens. L. Aurelius Cotta, M'. Acilius Glabrio, a tr. pl. impediti abdicarunt.

63 691 Cos. *M. Tullius Cicero, C. Antonius Hybrida.* Praet. L. Valerius Flaccus, Q. Metellus Celer, C. Pomptinus, C. Sulpicius,
44 C. Cosconius.) Legem agrariam, a P. Servilio Rullo trib.
Cic. latam, Cic. ineunte anno cos. dissuadet, tribus, quae extant, orationibus, et intercessione L. Caecilii tollit.

Idem consilia, quae L. Catilina ad perturbandam remp. ceperat, in senatu aperit a. d. XII Cal. Nov., qui postridie cos. summam reip. potestatem permittit. Tum Catilina, post quam comitiis consularibus repulsam tulit, *coniurationem* init. Cic. hominem a. d. VI Id. Nov. in senatu, qui in aede Iovis Statoris habebatur, graviter accusatum urbe excedere cogit

a. Chr. u. c.

(I orat. in Cat.). Is cnm ad exercitum a C. Manlio Faesulis collectum se contulisset, fasces sumit bellumque contra patriam molitur. Cic. a d. v Id. Nov. orat. alteram ad Quirites habet atque efficit, nt Cat. hostis iudicetur. Tum iudicio legatorum Allobrogum proditis coniuratis Cic. a. d. 3 Non. Dec. orat. tertiam habet, denique Non. Dec. (orat. quarta) anctore senatu, iussn consulis in carcere necantur quinque principes, P. Lentulus Sura, praetor, C. Cethegus, senator, L. Statilius, P. Gabinius Cimber, M. Caeparius.

Pomp. in Iudaeam arcessitus ab Hyrcano et Aristobulo fratribns, de regno sive pontificatu Iudaeorum maximo decertantibus, templum expugnat, Hyrcanum regnare iubet, Arist. captivnm abdncit, gentem stipendiariam facit. Amisum reversus, cum interim Mithr. Pauticapei a militibus suis et filio Pharnace ad mortem adactus esset, huuc iu Bosporo regnare iubet, ipse castella Pontica recipit provinciamque compouit.

C. Caesar in locum Metelli Pii, victis Q. Catulo et Servilio Isaurico, pont. max. creatur a populo, cui hoc ius T. Atius Labienus trib. pl., antiquata lege Cornelia, restituerat. L. Lucnllus hoc demum anno triumphat de regibus Mithrid. et Tigrane. P. Lentulus Spinther magnifice fungitur aedilitate curuli.

Cos. Ciceroni sorte evenerat Macedonia, C. Antonio Italia cum Gallia; sed Cic., ut collegam sibi conciliet, primnm provincias commutat, deinde Italiam cum Antonio communicat, denique suam deponit ac Q. Metello decerni patitur. Itaque Anton. et Metellus ad Catilinam bello persequendum accinguntur.

Cicero legem Tulliam, qua ambitus severius punitur, fert, et L. Murenam cos. design. ambitus reum defendit, pro C. Rabirio, quem perduellionis T. Labienus tr. pl. accusarat, dicit.

H. a. 9 Cal. Oct. nascitur *C. Octavius,* qui postea *Augustus* appellatus est.

62 692 Cos. *D. Iunius Silanus, L. Licinius Murena,* praet. *C. Iulius Caesar, C. Vergilius, Q. Tullius Cicero,* apud quem M. Cicero Archiam poetam defendit, trib. pl. *M. Porcius Cato.)* Cati-
38 lina, cum iter in Galliam per Q. Metellum Celerem propr.
Caes. clausum invenisset, in agro Pistoriensi exercitui C. Antonii procos. occurrit, victusque a M. Petreio legato, cum 3000 circiter hom. caeditur. Etiam in ceteris Italiae partibus coniurationis socii opprimuntur. Romae de vi accnsantur et damnantur Catilinarii P. Antronius, L. Vargunteius, M. Laeca, P. Cornelius, Ser. Sulla, sed huius frater P. Sulla a Cic. defensus oratione, quae extat, absolvitur.

Ex cos. L. Murena Italiam habet, D. Silanus Hisp. citer. Bithyniam regit C. Papirius Carbo, qui primus fuit proconsulnm huius prov., Galliam Narb. C. Pomptinus. Triumphat mense Maio Q. Metellus Creticus ex Creta insula.

Trib. pl. L. Calpurnius Bestia et Q. Metellus Nepos adiuti a *C. Caesare* pr. civitatem seditiosis actionibus turbant. P. Clodius adolescens, Ap. Claudii consulis a. 79 filius, sacra bonae Deae polluit.

61 693 Cos. *M. Pupius Piso Calpurnian., M. Valerius Messalla Niger (Menogenes).* Cn. Pompeius, rebus praeclare gestis, tertium

a. Chr. u. c.

triumphat (per biduum prid. C. Oct.), cuius opera publicis pop. Rom. reditibus bis millies HS paene alterum tantum (ter millies quadringenties) adiectum esse tradit Plutarch. Pomp. 45. *Syria* nova prov. fit.

Q. Cicero Asiae per triennium praeest, cum successerit L. Flacco, Hisp. ult. C. Caesar, Siciliae C. Vergilius, Africae Q. Pompeius Rufus. Ex cos. Piso Ciliciam, M. Valerius Italiam sorte acceperat. C. Pomptinus Allobroges domuit. Romae P. Clodius incesti reus absolvitur.

Censor est C. Scribonius Curio, collega incerto, principem senatus legunt Q. Lutatium Catulum II, sed lustrum non condunt.

60 694 Cos. *L. Afranius, Q. Caecilius Metellus Celer.)* Cum Pompeii opibus et erga milites largitionibus acriter resistant optimates neque acta eius confirmari patiantur, Q. Metello cos., L. Lucullo, Q. Catulo ducibus, ille ad popularem factionem se confert. Iam vero Caesar, ex Hisp. redux, Pompeium et M. Crassum inter se ac sibi ita conciliat, ut eorum arbitrio omnia in rep. gerantur. *(Triumviratus* ab urbanis dictus.) Lex Flavia agraria anni initio a L. Flavio tr. pl. frustra fertur.

C. Antonius proc. Macedoniae redit, succedit ei C. Octavius ex praetura, Augusti pater, municeps Veliternus. Ex cos. propter metum belli Helvetici L. Afranius Italiam sorte accepit, Q. Metellus Galliam Narbon.; sed hunc quidem L. Flavius tr. pl. cum exire non pateretur, in urbe mansit atque ineunte anno inseq. mortuus est.

Lex Caecilia de abolendis Italiae vectigalibus lata a Q. Metello Nepote, praetore.

59 695 Cos. *C. Iulius Caesar, M. Calpurnius Bibulus.)* C. Caesar cos. (primus post Sp. Cassium) initio anni *legem agrariam* fert, ut ager publicus publiceve a volentibus emptus per XXviros plebi Rom. divideretur. Eam superato collega, invito senatu, vehementer resistentibus optimatibus, sed suasore Pompeio, qui iam eius gener factus erat, mense Aprili perfert; mense Maio addit, ut ager Campanus ac campus Stellatis circiter 20000 civium, qui ternos pluresve liberos haberent, extra sortem divideretur. Idem Caesar equitibus Rom. publicanis

41 remissionem locationis Asianae, quam per biennium frustra

Caes. a senatu petiverant, conficit per populum Pompeiique acta a senatu confirmanda curat. Consulibus decretae erant simulatione belli Helvetici Italia Galliaque provinciae, quarum cum poeniteret Caesarem, per P. Vatinium tr. pl. legem Vatiniam ferendam curat. Hac lege *Gallia cisalpina*, Rubicone fluvio terminata Illyricoque amplificata, nova provincia fit, Italia ex numero provinciarum eximitur, quam consules quotannis regant, *Creta* a Macedonia separatur, denique nova Gallia cisalpina Caesari in quinquennium (a Cal. Mart. huius anni ad Cal. Mart. ann. 54) traditur cum hac potestate, ut quot vellet legatos sibi sumat Novumque Comum coloniam 5 milium hominum deducat. Mox senatus defuncto opportune Q. Celere, Narbonensis proc., hanc quoque provinciam Caesari adiicit. Vatinius etiam de alternis consiliis reiiciendis fert, Q. Fufius Calenus de suffragiis indicum seorsim ferendis, Caesar ipse de repetundis severius sancit.

C. Antonius repetundarum ex Macedonia damnatur, in qua

a. Chr. u. c.

causa defendenda cum Cicero quiddam in Caesarem dixisset, hic *P. Clodium*, ut eius tribnnatu Ciceronem nrat, a patriciis ad plebeios transdncit; defendit Cicero etiam L. Flaccum, repetundarum ex Asia reum.

58 696 Cos. *L. Calpurnius Piso Caesoninus, A. Gabinius.)* P. Clodius trib. pl. latis seditiosis legg. de auspiciis, de imminnenda
49 censorum potestate, de collegiis restituendis (cf. ann. 68),
Cic. de frnmento gratis plebi dando, omnia impedimenta actionum snarnm tollit. Idem M. Catoni extra ordinem negotinm dat, nt propraetore Cyprum spoliato Ptolemaeo rege in provinciae formam redigat, ac consulibus Pisoni Macedoniam (in locnm L. Appuleii), Gabinio Syriam (in locnm Cn. Lentnli Marcellini) cum magna pecunia in triennium tradit. Eiusdem rogatione *Cicero* impugnatns, qnod socios Catilinae indemnatos necasset, cnm cos. inimicis uteretur, Pompeius et Crassus enm proderent, mense Martio ultro *in exilium abiit.* Lege Clodia aqua et igni ei interdicitur, domus diruitur, praedia diripiuntur.

M. Aemilius Scaurus aedilis cur. magnificentia ludornm longe omnes vincit, opesqne suas consumit; praetores fuerunt L. Domitius Ahenobarbus, P. Nigidius Figulus, philosophns idemqne mathematicus, Lentulus Crus (cos. a. 49), C. Memmius.

C. Caesar mense Martio ab urbe profectus Helvetios novas sedes quaerentes ad Bibracte in Aedнorum terra vincit et in deditionem accipit. Mox Ariovistnm, regem aliqnot popnlorum Germanicorum, cis Rhenum Aequos ac Sequanos imperio prementem, profligat, et trans Rhennm fugere cogit.

Cicero Thessalonicae apnd Cn. Plancium, quaestorem L. Appuleii, commoratur, dum Romae, iam etiam Pompeio favente, de eius reditu agitur.

57 697 Cos. *P. Cornelius Lentulus Spinther, Q. Caecilius Metellus Nepos.)* Belgae ad bellum contra Rom. coninrant; Caesar eornm fines cnm 8 leg. ingressns facile omnes ad deditionem adigit, praeter Nervios, quos acerrimo ad Sabim amnem proelio vincit. Ob eas res senatns snpplicationem quindecim dierum decernit.

Romae *de Ciceronis reditu* ferunt tribnni plebis T. Annius Milo, P. Sestius, M'. Curius, T. Fadius, Q. Fabricius, C. Sextilius, M. Cispius, C. Messinius (dno soli impedinnt, Num. Quintius et Sex. Atilius Serranns), omnes praetores praeter Ap. Pnlchrnm, P. fratrem. Lex a P. Lentulo cos. perfertur tandem comitiis centnriatis pr. Non. Sext. Redit Cicero in nrbem initio mensis Sept.

Cicerone auctore lege a cos. lata Cn. Pompeio in quinqnenn. curatio rei annonariae datur. Cos. accipiunt provincias, Spinther Ciliciam, Nepos Hisp. citer. Ptolemaeus Auletes Aegypto expulsns Romam venit, auxilium qnaerens. Catullus poeta comes C. Memmii propr. Bithyniae.

56 698 Cos. *Cn. Cornelius Lentulus Marcellinus, L. Marcius Philippus,* praetores *M. Scaurus, C. Claudius,* P. frater, *Q. Ancharius, Cn. Domitius Albinus,* aedilis cnr. *P. Clodius,* trib. pl. *Cn. Plancius.)* In Gallia civitates Armoricae, ad Oceanum versae, rebellant, initio a Venetis facto. Caesar, maxima pecnnia ex aerario Rom. accepta, classem comparat, eosqne

a. Chr. u. c.

pugna uavali superatos in deditionem adigit, dum Q. Titurius Uellos, P. Crassus M. fil. Aquitanos subiicit.

L. Piso Macedoniae, A. Gabinins Syriae praeest, pessima uterque fama sua: itaque in senatu Cicero oratione de provinciis consularibus habita efficit, ut L. Pisoni successor decernatur. Idem P. Sestium accusatnm de vi, eodemque anno M. Caelium defendit, in Vatininm dicit. De Ptolemaeo in regnum redncendo in senatu certatur: tandem SCtum fit, omnino non redncendum esse. M. Cato Cypro iu proviuciae formam redacta venditisque Ptolemaei regis bonis Romam redit cum magna integritatis atque abstiuentiae fama.

Pompeius et Crassus cum Caesare Lncae mense Aprili conveniunt: inde Pompeii Crassique potentia in urbe in dies augetur omnibusque bonis tam invisa est, ut plerique cnm cos. Marcellino curia abstineant. Cos. ipsi nullam provinciam accipiunt, sed ex praetura habent Sardiniam Ap. Claudins Pulcher, Hisp. ult. Sex. Quinctilius Varus, Africam Q. Valerius Orca.

55 699 *Cn. Pompeius Magnus II*, *M. Licinius Crassus II* per vim ex interregno consules facti, suis factionibus M. Catonem a prae-
52 turae petitione repellunt, Vatinium intrudunt. Cum consules
Cic. Pompeius Hisp. ulter., Crassus Syriam sortiti essent, quarum provinciarum eos poeniteret, L. Trebonius tr. pl., qnoniam forte Q. Metellus Nepos, Hisp. citer. proc., mortnns est, Id. Nov. legem tulit, qua Pompeio utraqne Hispania, Crasso Syria cnm magna pecunia bellique gerendi facultate iu quinquennium tradita est, eodemqne die cos. ipsi legem tulerunt, qua Caesari provinciae in alterum quinquennium ab Id. Nov. huius anni ad Id. Nov. anni 50 prorogatae sunt. Pompeius theatrum dedicat et magnificeutissimos ludos facit.

Caesar Germanos Usipetes et Teuchtheros Rheuum transgressos caedit, ipse Rheuum poute facto traiicit, et 18 dies in Germania, recedeutibus Suevis, versatur. Inde exercitu in Morinos ducto, cum 2 leg. iu Britanniam traiicit, insulam coguoscere cupiens. Pace facta reversus cum omuibus legionibus in Belgis hibernat. A. Gabinius Ptolemaeum, iniussu populi, in Aegyptum reducit eumque aliqnot secundis proeliis factis, iugenti mercede accepta, in regnum restituit.

M. Cicero iu L. Pisouem dicit et libros de oratore scribit (vide eum ad Att. 4, 13).

Pompeius legem iudiciariam fert, Crassus de sodaliciis, T. Annins Milo praeturam gerit. Cens. M. Valerius Messalla Niger, P. Servilius Vatia Isauricus principem seuatus leguut Cu. Pompeium, sed lustrum Isaurico mense Septembri mortuo uou coudunt.

54 700 Cos. *L. Domitius Ahenobarbus*, *Ap. Claudius Pulcher.*) Caesar iterum in Britau. traiicit, victis hostibns obsidibusque acceptis redit. Sed hieme Eburoues in Gallia, Ambiorige rege auctore, rebellant et legionem Rom. ibi hibernautem caedunt: Q. Cicero in Nerviis aegre castris defensis, a Caesare obsidioue liberatur.

In Syria M. Crassus exeunte anno priore ab urbe profectus bellum coutra *Parthos* parat, sed in Mesopotamia aliquamdin versatns in provinciam redit eamque despoliat, imprimis Iudaeorum templum.

Digitized by Google

a. Chr. u. c.

Pompeius, dum provinciae per legatos, L. Afranium et M. Petreium, administrantur, in urbe remansit, sed ei h. a. grave vulnus familiare infligitur, Iulia uxore et parvo filio ex ea suscepto mortuis. Triumphat a. d. IV Non. Nov. C. Pomptinus ex Gallia de Allobrogibus. Ciliciam prov. accipit Ap. Claudius cos. *Gabinius* ex Syria reversus apud M. Catonem praetorem repetundarum quamvis a Cicerone defensus damnatur. Cicero Cn. Plancium aedilem curulem (cum A. Plotio) ambitus defendit, et pro M. Scauro repetundarum ex Sard. accusato dicit: idem aestate in Cumano libros VI de re publica scribit scena dialogi in annum 129 a. Chr. remota. *Asinius Pollio* alterum et vicesimum annum agens, C. Catonem tribuniciam accusat.

53 701 Cos. *Cn. Domitius Calvinus*, *M. Valerius Messalla*, septimo demum mense magistratum ex interregno ineunt, comitiis foedo ambitu perturbatis.

In Gallia Caesar civitates, quae rebellaverant, omnes subigit, etiam Rhenum ad perterrendos German. animos iterum traiicit. Sed in Oriente *M. Crassus* funestam expeditionem adv. Parthos suscipit; nam proditus in Mesopot. ab Abgaro Osrhoëno, Parthorum exercitu circumdatur, et Publio filio fortissimo cum equitibus caeso, turpi fuga Carrhas petit; inde ad colloquium cum Orode duce Parth. progressus a. d. V Id. Iun. necatur, exercitus vix decima pars in provinciam redit. In Crassi locum M. Cicero augur cooptatur. M. Favonius, M. Iuventius Laterensis aediles, L. Aemilius Paullus, C. et M. Claudii Marcelli praet.

52 702 Cos. *Q. Caecilius Metellus Pius Scipio*, ex Cal. Sextil. a *Cn. Pompeio*, genero suo, ascitus. Initio anni nulli cos. in rep.
48 sunt, petunt per vim ac seditionem *T. Annius Milo*, M. Scau-
Caes. rus, P. Plautius Hypsaeus. Interea T. Milo inimicissimum suum P. Clodium praeturae candidatum in via Appia (a. d. 13 Cal. Febr.) caedit. In Clodii funere T. Plancus Bursa,
55 tr. pl., curiam incendit (eamque ob causam inseq. a. a. Ci-
Cic. cerone accusatus omnibus sententiis damnatur), etiam C. Sallustius Crispus trib. acres cum Milone inimicitias exercet. Catone auctore *Cn. Pompeius* a. d. V Cal. Mart. *absens III cos. sine collega declaratur*. Is legem de caede, quae in via Appia facta erat, fert, qua lege a. d. VI Id. Apr. Milo, Cicerone defendente, damnatur et Massiliam in exilium abit, neque non etiam Clodianorum multi condemnantur, etiam postquam tribunatu abierunt, T. Plancus, Q. Pompeius Rufus. Idem Pompeius de ambitu fert, qua lege condemnantur Scaurus, Hypsaeus, C. Memmius Gemellus, qui Athenas in exilium abit, cui Lucretius carmen de rerum natura dedicarat.

Pro quibus meritis Pompeio provinciae in quinquennium usque ad Cal. Ian. anni 47 prorogantur, ipse legem tribuniciam ferendam curat, qua Caesari imperium usque ad comitia anni 48 prorogatur atque ut absentis ratio habeatur decernitur. Sed mox, cum legem de iure magistratuum ferret, in qua cum hoc erat, ut magistratus post quinquennium provincias sortirentur, tum illud, ut praesentes omnes profiterentur, Caesaris obliviscitur. Hinc contentio eius cum Caesare existit.

Scipio cos. potestatem censorum restituit (cf. ann. 58). Cicero de legibus scribit.

a. Chr. u. c.

In *Gallia* h. a. graviores motus, quam unquam antea, existunt: rebellant Arverni, duce Vercingetorige, mox tota Gallia conspirat. Caesar Arvaricum expugnat, sed a Gergovia, irrito conatu, abire cogitur; acerrime res geritur ad Alesiam, quam cum Caesar operibus circumvallatam teneret, coactus ex tota Gallia, etiam ex Aeduis, exercitus urbem liberare conatur. Hoc tandem victo, Vercingetorix sese dedit, Aedui ad obsequium redeunt: hiberna legionum opportunis ad continendam in officio provinciam locis collocantur.

Ex Syria *C. Cassius* quaestor incursantes Parthorum copias feliciter repellit.

51 703 Cos. *Ser. Sulpicius Rufus, M. Claudius M. f. Marcellus.* Praet. M. Iuventius Laterensis repetundarum, A. Plotius Silvanus.) Romae in senatu M. Marcellus cos. cupide pugnat, ut successor Caesari ante tempus mittatur, sed collegae moderatione et tribunorum intercessione reprimitur. *M. Cicero* lege Pompeia procos. in Ciliciam Ap. Claudii successor missus (quaestore C. Caelio Caldo) Parthos ab provincia sua defendit, et, victis in Amano monte hostibus, imperator ab exercitu appellatur. M. Bibulus, cos. a. 59, accipit Syriam, Macedoniam Cn. Tremellius Scrofa, successor Q. Ancharii, qui tenuerat ab ann. 55, Asiam Q. Minucius Thermus, Bithyniam P. Silius Nerva, Siciliam Q. Furfanius, Africam C. Considius Longus.

In Gallia C. Caesar bello finem imponit, persecutus Bellovacos, Treviros, Carnutos, Cadurcos, quos capto Uxelloduno severe punit, acceptaque in deditionem Aquitania. Legiones decem per totam Galliam in hiberna distribuit, iamque ambitiose favorem provinciae sibi conciliare studet.

50 704 Cos. *L. Aemilius Paullus, C. Claudius C. f. Marcellus.* Cens. *Ap. Claudius Pulcher, L. Calpurnius Piso,* ultimi ex privatorum numero *pop. suffragiis* creati mense Aprili, a quibus C. Sallustius Crispus senatu motus, mox per Caesarem restitutus. Lustrum non conditur. Aed. cur. M. Caelius.) In senatu de successore Caesaris agitur, eius absentis rationem haberi non placet, itaque *C. Curio* trib., a Caesare ingenti pecunia corruptus, postulat, ut etiam Pompeii exercitus dimittatur. Cum idem senatus censeret, res a cos. Marcello impeditur. Quo facto Curio iam palam Caesaris partes amplexus Ravennam se ad eum confert. Per simulationem Parthici belli duae legiones Caesari detractae ad urbem retinentur: Pompeio novus honos habetur, ut pro eius salute, cum forte Neapoli in morbum incidisset, a tota civitate publice vota susciperentur.

Moritur Q. Hortensius orator 63 annos natus. M. Cicero ex Cilicia Romam revertens VII Cal. Dec. Brundisium pervenit ac frustra pacem conciliare studet.

49 705 Cos. *C. Claudius M. f. Marcellus, L. Cornelius Lentulus* deiecto Serv. Galba facti.) Cum SCtum a. d. VIII Id. Ian. in sententiam Q. Scipionis, soceri Cn. Pompeii, factum esset, ut
51 C. Caesar dimisso exercitu privatus in urbem veniret, M. An-
Caes. tonius, Q. Cassius, trib. pl., quorum intercessio contempta esset, ad Caesarem clam aufugiunt, eique speciosam reip. invadendae causam praebent. Gallia transalpina L. Domitio, cos. an. 54, cisalpina M. Considio Noniano, praetori an. 52,

Digitized by Google

a. Chr. u. c.

decernitur. Caesar quicquid post eum diem, quo trib. pl. profugissent, actum esset, contra leges factum esse ratus, *Rubiconem* transit bellumque gerere incipit. Corfinio cum triginta cohortibus et L. Domitio tradito, Brundisium properat, quo Pompeius contractis quascunque potuit copiis se contulerat, eumque obsidet, neque tamen impedire potest, quominus cum omni exercitu in Graeciam a. d. xvi Cal. Apr. traiiciat. Inde Romam conversus Siciliam ac Sardiniam per legatos occupat rebusque pro tempore compositis (M. Antonium Italiae praefecit, cuius opera exules restituerat Gallisque transpadanis civitatem dederat) in Hisp. contendit, relicto ad Massiliam expugnandam Trebonio. Afranium et Petreium circa Ilerdam ad deditionem adigit a. d. iv Non. Sex., in ulteriore provincia M. Varro ab exercitu desertus sese dedit. Eidem exercitui et provinciae praeficitur Q. Cassius. Interea Massilienses a Trebonio vehementissime oppugnati, Caesari se dedunt. Ad quam urbem versanti nuntiatur, eum circa Id. Sext. Romae a M. Lepido praet. dictatorem sine mag. eq. comitiorum habendorum causa dictum, a quo die Caesaris regnum 4 annorum et 7 mensium numerari solet. Init eum honorem intraus exeunte Nov. in urbem, sed comitiis habitis post undecim dies se abdicat, Romaque mense Dec. proficiscitur.

Interea C. Curio, a Caesare missus, Siciliam in potest. redigit, sed in Africam transgressus cum exercitu a Iuba rege Numid. caeditur. P. Corn. Dolabella, Caesaris legatus, Illyrico a Pompeianis expellitur. Cicero, postquam aliquamdiu per praedia sua Italica erravit, ineunte mense Iunio Pompeium in Macedoniam consequitur.

48 706 Cos. *C. Iulius Caesar II, P. Servilius Vatia Isauricus.)* Caesar pr. Non. Iauuar. cum 7 legionibus (circ. 16000 milit.) Brun-
52 disio in Graeciam traiicit, Oricum Apolloniamque occupat,
Caes. castra ponit ad flumen Apsum, trans quem cum 9 leg. civium Rom. et magnis provinciarum auxiliis Pompeius consedit. Cum Caesare, transmisso cum 4 leg. mari, M. An-
59 tonius coniungitur. Inde circa Dyrrachium castra castris op-
Cic. ponunt, operibusque omnis generis faciendis alter alterum vincere student. Cum Pompeius superior factus esset, Caesar erumpit et in Thessaliam proficiscitur; sequitur Pomp. assumptisque duabus Syriacis legionibus, quas Scipio adduxerat, cum Caesare a. d. v Id. Sex. *ad Pharsalum* confligit (cuius exercitus 22000 erat, cum Pomp. 45000 armasset), sed equitibus turpiter in fugam coniectis vincitur. Expugnatis etiam castris, protinus Larissam, inde Amphipolim, post Mytilenas fugit, relictus exercitus Caesari deditur, ducum plerique diversis itineribus tutiora petunt, alii cum classe in Africam traiiciunt. Ipse Pomp. cum Rhodo Syriaque prohiberetur, Aegyptum petit, ibique a regiis ministris interficitur III Cal. Oct. (pridie natalem ipsius) 58 annos natus.

Interim Romae praetor M. Caelius remp. turbans a C. Trebonio praet. urbe expellitur, et cum T. Milone exule bellum molitus, armis opprimitur.

Caesar Pompeium insecutus ineunte Oct. Alexandream pervenit contentionesque regum Aegyptiorum componit. Romae circa med. Oct. cum alii insoliti honores ei tribuuntur, tum

Digitized by Google

a. Chr. u. c.

ab P. Servilio collega *dictator II* seditionis sedandae causa in annum (usque ad Cal. Ian. ann. 46) dicitur, mag. eq. M. Antonio. Eum honorem Caesar Alexandreae init; consulatum in quinquennium sibi oblatum non recipit nec Romae comitia habentur, ut anni insequentis maiore parte resp. sine ceteris curulibus magistratibus fuerit.

Cicero, dum apud Pharsalum pugnatur, Dyrrachii versatur cum M. Varrone, M. Catone; post pugnam Brundisium redit ibique Caesarem expectat. C. Asinius Pollio interest pugnae in Caesaris exercitu.

A. d. XV Cal. Nov. Octavianus, dictatoris sororis nepos, qui postea Augustus fuit, togam virilem sumpsit.

47 707 Caesar cum exiguas copias Alexandreae secum haberet, in maximo periculo versatur oppugnatus ab Aegyptiis: auxiliis undique arcessitis Ptolemaeum (VI Cal. Apr.) vincit regnumque Cleopatrae restituit. Inde post novem mensium commorationem adv. Pharnacem regem, Mithrid. filium, qui Domitio Calvino legato Caesaris victo Pontum receperat, proficiscitur, eumque ad urbem Zelam (IV Non. Sex.) felicissime vincit. Relicto ibi Domitio, qui regem persequeretur, Asiae res componit praemiaque bene de se meritis, imprimis Mithridati Pergameno, dat. *Deiotarum* regno Armeniae minoris multat.

Interea in Hisp. Q. Cassii Longini avaritia provinciam perturbat, quam ne Trebonius quidem missus pacare potest. Etiam Romae res perturbatae sunt ante Caesaris reditum, dum Antonius luxuriose et arroganter agit, P. Dolabella, trib. pl., Ciceronis gener, novis tabulis propositis, armis coercendus est.

Caesar Romam mense Sept. reversus *Q. Fufium Calenum*, *P. Vatinium* in tres reliquos anni menses cos. creat, pecunias undique colligit, partim a privatis, partim vendendis adversariorum bonis; senatum ambitiose legit, comitia anni inseq. habet, in quibus numerum praetorum auget, ut fiant 10. In Africam profecturus fortiter seditionem decimae legionis comprimit. Mense Dec. urbe exit atque a. d. XIV Cal. Ian. Lilybaeum pervenit.

Nascitur Sex. Aurelius Propertius poeta; Sallustius a Caesare restitutus praeturam adipiscitur.

46 708 Cos. *C. Iulius Caesar III*, *M. Aemilius Lepidus.)* Caesar a. d. VI Cal. Ian. (qui dies *hoc anno confusionis* vere est 8. Octob. anni 47) Lilybaeo solvit, et cum exiguis copiis (vix 4000)
54 Caes. in Africam appellitur, ubi Scipionis erant 10 legiones, regis Iubae 4. Bellum circa Ruspinam ducit, dum ceterae copiae conveniunt. Pluribus levibus proeliis factis, apud *Thapsum* VIII Id. Apr. (Non. Febr. secundum veram anni rationem) Scipionis exercitus profligatur, castra capiuntur. Sequitur celeris omnium civitatum deditio. *M. Cato Uticae semet ipse interimit*, Iuba rex ab urbe Zama exclusus, cum M. Petreio ad mortem depugnat: Scipio, Faustus Sulla, Afranius in fuga pereunt.

Caesar, Numidia in prov. formam redacta, per Sardiniam a. d. VII Cal. Sex. Romam reversus quattuor triumphos mense Sextili ducit, de Gallia, Aegypto, Pharnace, Africa, ludisque magnificentissimis plebem delectat. Novi honores in eum cumulati erant, ut *dictator in decem annos* (mag. eq. M. Le-

a. Chr. u. c.

pido) reip. const. causa, praefectus morum iu triennium esset, utique omnes magistratus creatos reuuntiaret: dimidiam caudidatorum partem ipse per libellos populo commeudat vel imperat. Rem utilissimam aggressus fastos perturbatos ordinandos curat, nnde fit, ut hic anuus quiudecim mensium sit. Forum suum templumque Veueris Geuetricis dedicat.

Cum iuterim iu Hisp. Cu. et Sex. Pompeii adolesceutes reliquias cladis Africanae coutraxisseut multosque ex provincia milites in partes traxissent, Caesar incredibili celeritate meuse Intercalari priore ab urbe proficiscitur. Quia aunus bic longior erat, res urbanas praefectis sex vel octo tradit, qui eas usque ad comitia inseq. anni gerunt.

Cicero Brutum et oratorem scribit, pro M. Marcello et Q. Ligario dicit.

45 709 Caesar Cordubam expugnare nequit, strenue defeudeute Sex. Pomp., sed *ad Mundam* acerrimo proelio victor existit, xv Cal. April. Iu ea pugua caduut T. Labienus, Attius Varus: iu fuga interficitur Cn. Pompeius. Cetera facile compouuutur. Sex. Pomp. latebris et latrooinio vitam sustentat.

Romam postquam uuntius de victoria pr. Parilia allatus est, *Caesar consul IIII* in decem anuos sine collega fit; *dictatura* etiam *perpetua* defertur. Utrumque honorem Caesar recipit ac Romam reversus mense Octobri quintum triumphat. Per seuatum, qnem multis etiam peregrinis repleverat, snmma qnaeqne facile obtinet, ut sacrosanctus esset, ut patris patriae et *imperatoris* (perpetuum) cognomen haberet, alia. Sed temperat sibi ipse. Nam comitiis omnium magistratuum rite babitis deposito cousulatu sufficit in reliquos menses *Q. Fabium Maximum* et *C. Trebonium*, illo mortuo pr. Cal. Iau. *C. Caninium Rebilum* iu reliquum anni diem. Dictatura conteutus magistrum equitum sibi legit Q. Aemilium Lepidum II; tum, postquam is exisset, iu auuum 44 C. Octavium, sororis filium, in aunum 43 Cu. Domitium Calvinum designat. Triumpbant a. d. III Id. Oct. Q. Fabius Maximus cos., Id. Dec. Q. Pedins procos., uterque ex Hispania.

Cicero Tulliam filiam morte amittit (circa Cal. Febr.), Academica et libros de finibus scribit, totum se pbilosophiae tradit.

44 710 Cos. *C. Iulius Caesar V*, suff. XVII Cal. Apr. *P. Cornelius Dolabella*, *M. Antonius*. Praet. C. Antonius, trib. pl. L. Autouius.) Caesar post ferias Latinas VII Cal. Febr. ovaus ex moute Albauo in urbem redierat, Lupercalibus (XV Cal. Mart.) diadema repudiarat. Cum autem bellum Parthicum moliretur,
56 seuatus decrevit, ut in triennium magistratus, comitiis ante
Caes. habitis, ordiuaret. Iam vero coniuratio fit a 60 ferme viris
libertatis studiosis, quorum priucipes habentur M. Innius Bru-
68 tus (sive post adoptiouem avuuculi sollemniter vocatus *Q.*
Cic. *Caepio Brutus)*, C. Cassius Longiuus, praet., C. Trebouius,
D. Brutus Albinus, cos. design., a quibus Idibus Martiis in curia Pompeii frequeuti seuatu coufoditur tribus et viginti vulueribus, quorum primum ei inflixit Tillius Cimber. Territis Caesaris amicis ac laetautibus bonis, seuatus, auctore *Cicerone*, XVI Cal. Apr. in aede Telluris obliviouem rerum praeteritarum decernit, ueque tameu uou Caesaris acta propter utilitatem publicam rata esse iubet. Coniuratis, quo tu-

a. Chr. u. c.

tiores essent, provinciae dantur, D. Bruto Gallia cisalp., M. Bruto Creta, Cassio Cyrene, Trebonio Asia, Tillio Cimbro Bithynia. *Sex. Pompeio*, cum copiis collectis ex Hisp. prodeunti, restitutio bonorum paternorum promittitur et praefectura maris datur. Mox *Antonius* omnia miscere coepit Caesaris nomine abusus et eius actis falsa inserens, sublata in perpetuum dictatura legem agrariam, iudiciariam, alias ferre, omnia omnibus vendere, ipse Galliam cisalp. cum exercitu, qui adversus Parthos praemissus erat, cupere, frater C. Antonius Macedoniam, Dolabella Syriam; eaque omnia invito senatu per populum assequuntur. Tum senatus, imprimis Cicero, validum praesidium in *C. Octavio* adolescente sibi invenisse videtur, qui Caesaris sororis nepos cum Apolloniam belli Parthici causa praemissus de caede cognosset, in urbem properat. Quo cum venisset ineunte fere mense Maio, quoniam testamento a magno avunculo adoptatus erat, heredem se ferens, ludis Victoriae faciendis (20. Iul.) legatisque cum fide dividendis et plebem et veteranos patris sibi conciliat. Sed contemnitur ab Antonio, quia nondum XIX aetatis annum implerat. Itaque veteranos patris ingenti pecunia concitat, mense Oct. Antonio duas legiones, Martiam et quartam, e transmarinis provinciis arcessitas, intercipit. Res ad bellum spectat. Nam Antonius cum reliquo exercitu exeunte Nov. in Galliam properat, D. Brutum vi eiecturus, eumque Mutinae, denuntiatione senatus non territus, obsidet.

Interea M. Brutus praetor Macedoniam, prius sibi a senatu datam, occupat, et C. Cassius in Syriam proficiscitur.

Cicero a. d. IV Non. Sept. orationem Philippicam I habet, alteram paulo post scribit, III et IV habet a. d. XIII Cal. Ian. Idem in rusticatione Tusculanas disputationes, de natura deorum et de divinatione libros, Catonem mai., Laelium, de officiis scribit.

43 711 Cos. *C. Vibius Pansa*, *A. Hirtius*. Praet. urb. M. Cornutus.) Cum Antonius a Mutina non discedat, neque inter eum et
64 senatum conveniat, tumultus decernitur, cos. cum C. Caesare
Cic. imperio praetorio (nam VII Id. Ian. primum fasces sumpsit) multisque eximiis honoribus ornato mittuntur, qui Brutum armis obsidione liberent. Primo proelio (15. Apr.) Pansa vincitur et vulneratur, mox reparato per Hirtium damno omni-
20 bus copiis ad Mutinam (paulo post 20. April.) congrediuntur.
Aug. Antonius victus castrisque exutus in Galliam fugit, sed coniunctus cum P. Ventidio et M. Lepido (29. Mai.) et Asinio Pollione et L. Planco (mense Sept.) vires suas reparat. Cum autem Hirtius in pugna cecidisset, Pansa ex vulnere Bononiae decessisset, toto veteranorum exercitu potitur Caesar ibique subsistit. D. Brutus, sua apud senatum gratia fretus, ei ne provinciam ingrediatur, interdicit.

Dum haec ad Mutinam geruntur, M. Brutus legiones in Macedonia Vatinio et C. Antonio volentes extorsit, Cassio Syria a C. Antistio et Statio Murco traditur; sed Trebonium Dolabella, per Asiam proficiscens, Smyrnae foede necat. Quapropter a senatu hostis iudicatur, Bruto Cassioque provinciae, quas privato consilio occuparant, decernuntur simul cum imperio transmarinarum omnium.

Itaque *Caesar Octavianus* exacerbatus cum exercitu Ro-

Digitized by Google

a. Chr. u. c.

mam revertitur, et senatu perterrito atque ad adulationem prolapso XIV Cal. Sept. (19. August.) consul cum Q. Pedio declaratur, 20 aetatis anno. Quaestione instituta *ex lege Pedia* omnes, quorum opera C. Caesar occisus esset, absentes damnantur, nominatim M. Brutus, C. Cassius, atque adeo Sex. Pompeius. Quibus rebus perfectis iam contra Antonium pergit, qui cum 17 leg. Alpes superaverat, et D. Brutum, a L. Planco et suo exercitu desertum, Aquileiae captum occidi iusserat. Itaque cum exercitus in agrum Bononiensem descendissent, colloquium imperatorum instituitur: paciscuntur, ut *Caesar*, deposito consulatu, cum *Antonio et Lepido triumvir* in quinquennium *reip. constituendae* fiat, provinciae distribuantur, et relicto in Italia Lepido, ambo cum vicenis leg. interfectores Caesaris persequantur. Ingrediuntur urbem, P. Titius tr. pl. legem de IIIviris reip. constituendae in quinquennium consulari potestate faciendis fert. Consulatu deposito Caesar Oct. sibi sufficit *C. Carrinatem*, in locum Q. Pedii subito mortui creatur P. Ventidius, qui tum praetor erat. Triumviratus prius quinquennium initur ex a. d. V Cal. Dec. ad pr. Cal. Ian. sextas (i. e. ann. 37): in idem tempus consules designantur. *Proscriptio* instauratur, qua 2000 equites, 300 senatores interfectos tradit Appian. bell. civ. 4, 5. Inter hos *M.* et *Q. Cicerones* sunt (7. Dec.) Totae civitates affliguntur, quarum agri veteranis assignantur: hominum fugae ad Brutum et ad Sex. Pompeium fiunt: pecunia undique corraditur a IIIviris ad bellum cum adversariis gerendum.

Triumphant *L. Plancus* IV Cal. Ian. ex Gallia, *M. Lepidus* et P. Vatinius pr. Cal. Ian., ille ex Hispania, hic de Illyrico. Lugdunum colonia in Gallia conditur.

Interim C. Cassius, Syria in potestatem redacta, Dolabellam Laodiceae captum ad mortem adigit, et cum Bruto, Thracibus victis, in Asiam transgresso Smyrnae de bello gerendo consultat. Inde diversi, ne qui a tergo hostes relinquantur, Cassius Rhodios, Brutus Lycios subigunt, et gravibus tributis imperatis bellum parant.

P. Ovidius Naso Sulmonensis h. a. natus est XIII Cal. April.

42 712 Cos. *L. Munatius Plancus*, *M. Aemilius Lepidus II*, pro quo debuerat esse D. Brutus.) Antonius et Caesar Oct. cum exercitibus, frustra prohibente Murco, Cassianae classis praefecto, in Graeciam traiiciunt, et Macedoniam emensi contra Cassium et Brutum *in campo Philippensi* castra ponunt. Proelium fit incerto eventu, nam utrimque dextro coruu vincentes et Antonius et Brutus, castra adversariorum capiunt, sed Cassius, cum, suis amissis castris, etiam Brutum devictum putet, infelici errore, sibimet ipse mortem consciscit. Disiectum eius exercitum Brutus colligit, et per viginti dies optimo consilio bellum ducens, hostes inopia premit, tandem militum vocibus cedens proelium committit, quo et ipse vincitur, fugae initio a Cassianis orto. Occiduntur multi nobiles iuvenes, Brutus in fuga pertemptatis militum animis, cum dimicare amplius nollent, voluntariam mortem obit. Ceteri, nisi qui ad Sex. Pompeium, qui iam occuparat Siciliam, evaserant, victoribus se permittunt, auctore *Messalla* (cos. a. 31). Inde divisis legionibus, Antonius in Asiam proficiscitur, Cae-

a. Chr. u. c.

sar Italiam repetit. C. Asinius procos. in Illyrico Parthinos tumultuantes vincit. Gallia cisalpina provincia tollitur ac rursus cum Italia coniungitur.

Censores L. Antonius Pietas et P. Sulpicius Rufus lustrum non fecerunt.

H. a. XVI Cal. Dec. natus est Tib. Claudius Nero, qui post imperavit.

41 713 Cos. *L. Antonius Pietas* (triumviri fr.), *P. Servilius Vatia Isauric. II.)* Caesari, plenum invidiae opus *agrorum veteranis dividendorum* aggresso L. Antonius et Fulvia, M. Ant. uxor, se opponunt, quasi causam senatus populique Rom. defendentes. Quae res paulo post in bellum erumpit: L. Antonius, arcessitis ceteris ducibus Antonianis, Romam capit Lepidumque eiicit: sed a Caesare Perusiam compellitur, ibique obsessus tandem (ineunte a. inseq.) inopia ad deditionem adigitur. *(Bellum Perusinum.)* Interea Sex. Pompeii opes augentur, cui cum classe Cassiana Statius Murcus se adiungit, dum Domitius Ahenobarbus, nemini se submissurus, cum alia classe Ionium mare obsidet.

Antonius per Asiam et Syriam proficiscens res facile componit (quo tempore *Herodes* et Phasaël, Antipae filii, Iudaeorum tetrarchae instituuntur), Cleopatram, reginam Aegypti, Tarsum evocat, cuius consuetudine tantopere delectatur, ut eam in Aegyptum usque sequatur.

Triumphat L. Antonius cos. Cal. Ian. ex Alpibus.

40 714 Cos. *Cn. Domitius Calvinus II*, *C. Asinius Pollio*, ille Octaviani, hic Antonii amicus. Qui cum abdicassent exeunte anno, suffecti sunt *L. Cornelius Balbus* maior, qui primus externorum hoc honore usus nec ullis antea magistratibus functus est, et *P. Canidius Crassus*, rursus ille a partibus Octaviani, hic ab Antonianis.) Caesar, Perusino bello confecto, ceteros duces et exercitus Antonianos partim in suam potestatem redigit, partim Italia expellit, ut Claudium Neronem praetorium, ipsumque consulem Asinium, qui Domitium Ahenobarbum in partes traducit. Mox Caesar Galliam et Hispaniam sibi adiungit, Lepidumque cum 6 leg. in Africam mittit. Sed cum a M. Antonio sibi vereretur, Sex. Pompeium, Scribonia in matrimonium ducta et Claudia, Fulviae filia, dimissa, sibi conciliare studet. Frustra. Nam Pomp. Antonium adiuvare mavult, qui Alexandrea relicta Athenis cum Fulvia congressus ab eaque concitatus in Italiam traiicit Brundisiumque obsidet. Sed priusquam bellum existat, ipso Caesaris exercitu flagitante, pax *foedere Brundisino* restituitur, et Antonii nuptiis cum Octavia, Caesaris sorore, C. Marcelli vidua, firmatur. Imperium ita dividitur, ut quidquid a Scodra, Illyrici oppido, ad orientem spectaret, Antonio, quidquid ad occidentem, Caesari pareret, Italia utrique esset communis. Octav. et Antonius ovantes urbem introeunt et imperatores II appellantur; nam primum eum titulum pepererant, Anton. an. 44, Octav. bello Mutinensi. Socios suos honoribus ornant, octo annorum magistratus designant. Q. Salvidienus Rufus, cos. design., quod contra Caesarem coniuravit, interfectus est.

Interea, T. Labieno exule duce, Parthi in Syriam impressionem faciunt, eamque, sola urbe Tyro excepta, facile occupant. Eorum auxilio Antigonus, Aristobuli filius, Iudaeus,

a. Chr. u. c.

Hierosolyma in suam potest. redigit, Phasaëlem et Hyrcanum, pont. max., capit. *Herodes* Romam confugit et ab senatu Rom. *rex Iudaeae* declaratur.

Lex Falcidia testamentaria lata.

39 715 Cos. *L. Marcius Censorinus, C. Calvisius Sabinus;* suff. *L. Cocceius, P. Alfenus.)* Populo Rom. efflagitante, IIIviri de pace cum Sex. Pompeio agunt: ipsi duces *ad promontorium Misenum* collocuti paciscuntur, ut in alterum quinquennium Le-
24 Aug. pidus, Antonius, Caesar IIIviri reip. constit. usque ad Cal. Ian. ann. 32 essent, Pompeius in totidem annos usque ad Cal. Ian. anni 33 Siciliam, Sardiniam, Corsicam cum Achaia procos. obtineret, tum consulatum gereret, proscripti qui apud Pomp. essent, restituerentur, ipsi ex paternis bonis septingentiens solveretur. Tum multi cives ad lares suos redeunt. Ornantur honoribus etiam Pompeii amici: quare, cum iam aliis consulatus promissi essent, tunc primum inventum est, ut non in annum, sed in partes anni designarentur consules, qui mos ab imperatoribus postea late propagatus est.

Roma Octav. in Galliam abit, Antonius in Graeciam transgressus, Athenis luxuriae se dat ibique hibernat, dum P. Ventidius, Labieno et Parthis victis, Ciliciam et Syriam recuperat, unde tertium imperatoris titulum sumit Anton.

Caesaris auspiciis Cn. Domitius Calvinus Cerretanos in Hisp. domat, M. Agrippa hoc et inseq. anno universae Galliae praefectus res prospere gerit, Rhenumque alter post Caesarem transit, Ubios intra fines imperii Rom. recipit.

Triumphat C. Asinius VIII Cal. Nov. de Parthinis, e manubiis atrium libertatis aedificandum et prima bibliotheca publica instruendum curat; triumpharat etiam L. Marcius cos. ipsis Cal. Ian. ex Macedonia.

38 716 Cos. *Ap. Claudius Pulcher, C. Norbanus Flaccus,* suff. C. Iul. *P. Cornelius Scipio, L. Marcius Philippus.)* Pax cum Sex. Pompeio denuo turbatur, cum neque Antonius Achaia illi cedat, et Menodorus libertus Pomp. ad Caesarem transeat, eique Corsicam insulam cum tribus leg. et 60 navibus tradat. Itaque Caesar, quamvis non adiutus ab Antonio (nam is Brundisium invitatus celeriter abierat), bellum suscipit, sed magno detrimento accepto, cum bis classis in freto Siculo perisset, mari abstinere cogitur. Idem h. a. Liviam abductam a Ti. Claudio Nerone, repudiata Scribonia, in matrimonium ducit, quae cum praegnans esset, mox Claudium Drusum in domo Caesaris parit.

P. Ventidius in Syria Pacorum, Orontis Parthorum regis filium, Euphratem transgressum, cum exercitu a. d. V Iun. caedit. Spolia victoriae legit Antonius, cuius sub auspiciis reportata est, sed triumphat Romae V Cal. Dec. Ventidius.

H. a. 67 praetores fuisse traduntur, cum alii in aliorum locum sufficerentur.

37 717 Cos. *M. Agrippa, L. Caninius Gallus,* suff. *Q. Fabricius, T. Statilius Taurus.)* Discordia denuo inter Antonium et Caesarem orta per Octaviam componitur. Imperatores cum primum per amicos inter se expostulassent, ipsi *Tarenti* congrediuntur. Pompeio praefectura et auguratus et consulatus adimuntur, sublato altero quinquennio IIIvirum potestas in novum alterum quinquennium ad Cal. Ian. sextas i. e. anni 31 proro-

a. Chr. u. c.

gatur. Caesar duas legiones Italicas Antonio ad bellum Parthicum tradit, accipit ab illo 100 naves rostratas.

M. Agrippa, Caesaris amicus, rei navali praepositus maguo studio naves comparat, portum Iulium, Lucrino et Averno lacubus cum mari coniunctis, efficit, in eoqne 20000 servos manumissos remigare instituit. (Ea opportunitate etiam crypta Neapolitana per montem Pausilypum facta videtur per Cocceium.)

C. Sosius, Antonii legatus, Hierosolyma post 5 mensium oppugnationem capit, *Herodes* rex instituitur, de Antigono, ultimo Maccabaeorum, Antiochiae snpplicium sumitur.

36 718 Cos. *L. Gellius Publicola*, *M. Cocceius Nerva*, snff. *L. Munatius Plancus*. Praetor est M. Bibulus, fil. cos. ann. 59, qui Munatio Planco in Syriam succedit.) Caesaris adversus Sex. Pom-
27 peium expeditio, Calvisio duce suscepta, rursns irrita cadit
Aug. vi tempestatum et perfidia Menodori. Tandem *Agrippa* ab Hiera insula traiicit et Tyndaridem in Sicilia capit, eodem tempore L. Cornificius et ipse Caesar circa Tauromenium appelluntur, sed haud pari cum felicitate: nam classis cum Caesare rediens ab hostibus vexatur, exercitus paene opprimitur. Omnia Agrippae virtute et legionum a Caesare submissarum numero (21) emendantur. Altera parte Lepidus, ex Africa traiectus, multas urbes recipit. Bellum decernitur proelio navali a. d. III Non. Sept. inter Agrippam et Pompeium, qno victus hic, amissis fere omnibus uavibus, in Asiam fugit et Mytilenis hiemat, deditionis leges cnm M. Antonio agitans. Messanam absente forte Caesare *M. Lepidus* cum legionibus Pompeianis in dicionem accipit, quo praesidio 22 leg. ferox Sicilia Caesarem decedere iubet. Sed a suis ipse militibus contemptus sine sanguine legionibns et *omni potestate privatus*, Circeios in perpetuum relegatur; etiam Africa, misso Statilio Tauro, Caesar potitur. His gestis rebus, dimissis callide veteranis, Caesar Idib. Novemb. ovans Romam redit et imperator III appellatur. (Urbi Caesare absente praefectus fuerat *C. Cilnius Maecenas*, eq. Rom., Q. Horatii Flacci patronus.)

P. Canidins, Antonii leg., Iberos in Asia domat, ipse Antonius cum 16 leg. impressione in Mediam facta bellum Parthis infert, quos dnm recedentes persequitur, duae leg. castris et impedimentis praesidio relictae conciduntur, ipse molestissimo itinere, vexatus ab hostium equitibus, redire cogitnr; in Aegyptum reversus lenimen doloris ex consuetudine Cleopatrae quaerit.

Triumphat a. d. XVI Cal. Sext. Cn. Domitius Calvinus ex Hispania.

35 719 Cos. *L. Cornificius*, *Sex. Pompeius*, *Sex. fil.*; suff. Cn. Nerins.) Sex. Pompeius, Cn. Magni filius, quietis impatiens copiis collectis in Asia bellum molitur, sed a ducibus Antonianis C. Furnio et M. Titio in Phrygia oppressus necatur. In Italia Caesar, seditione veteranorum oppressa, Iapydibus ac Pannoniis bellum infert, eorumque terras devastat. Ad conficiendum bellum relinquit Fnfium Geminnm. Antonius bellnm in Armenios parat, sed propere ad Cleopatram revertitur.

34 720 Cos. *L. Scribonius Libo*, *M. Antonius II* absens, qui cum non inisset, suff. *L. Sempronius Atratinus*, ex Cal. Iul. *Paullus*

a. Chr. u. c.

Aemilius et *C. Memmius*, ex Cal. Novemb. *M. Herennius Picens.)* Idem cum Agrippa Dalmatas rebellantes domat, Salonam, caput gentis, incendio delet; Salassos domat Valerius Messalla.

Antonius Artavasden, Armeniae regem, qnem in bello Parthico proditionis snspectum habuerat, fraudulenter aggressus in vincula coniicit, regnum in suam potestatem redigit, deque his rebus gestis et triumphum agit Alexandriae et imperator IV appellatur. Cleopatram, quam palam pro uxore habet, reginam regum publice appellat, atque eius filiis, partim ex Caesare, partim ex ipso susceptis, regna dividit.

Trinmphant prid. Cal. Iul. T. Statilius ex Africa, III Non. Sept. C. Sosius ex Iudaea, IV Id. Oct. C. Norbanus Flaccus ex Hispania.

Moritur a. d. III Id. Mai. C. Sallustius Crispns, rerum Rom. florentissimus auctor.

33 721 Cos. *C. Iulius Caesar Octavian. II* (Calend. Ianuariis suff. *L. Autronius Paetus*, Cal. Iul. M'. Acilius Aviola, Cal. Oct. Q. Laronius), *L. Volcatius Tullus* (suff. Cal. Mais L. Flavius, C. Fonteius Capito, Cal. Sept. L. Vinicius). Antonius societatem cum rege Medornm init, iam auxilia ad bellum cum Caesare faciendum quaeritans. Nam Octaviam nxorem, Roma ad ipsum componendae discordiae causa profectam, Athenis subsistere iubet, totumque se Cleopatrae amori dedit.

Caesar legiones suas exercitatas tenet, Dalmatas, denno a Statilio Tauro fractos, ipse ad stipendium solvendum adigit; nrbem Romam *M. Agrippa*, ultro suscepto *aedilitatis* onere, privato snmptu ornat, cloacas repurgandas curat, aquam Iuliam Romam ducit.

32 722 Cos. *Cn. Domitius Ahenobarbus, C. Sosius* — ex Cal. Iul. *L. Cornelius Balbus*, ex Cal. Novemb. *M. Valerius Potitus Messalla.)* Inimicitiae triumvirum in *bellum* erumpunt. Antonius Octaviae repndium mittit, Caesar gravibus in senatu et contione orationibus habitis, recitatoque Antonii testamento, perficit ut imperinm illi abrogetnr, et Cleopatrae bellum indicatur. Ambo cos. multique alii, qui Antonio faverent, ad enm proficiscuntur, Caesare non impediente: contra Antonii partes deserunt L. Plancns, M. Titins, M. Silanus. Utrimque copiae pedestres et navales contrahuntur, neqne tamen Anton. Cleopatram a se dimittit, sed cum ea Ephesi Athenisque luxuriose vivit, Patris hiemat in Achaia.

Romae triumphant L. Marcius Philippus et Ap. Claudius Pulcher ex Hisp., L. Cornificius ex Africa. Mortnus est h. a. septuagesimo septimo aetatis anno T. Pomponius *Atticus*, M. Tullii amicitia clarus.

31 723 Cos. *C. Iulius Caesar Octavian. III* (ex Cal. Oct. *Cn. Pompeius*), *M. Valerius Messalla Corvinus* (nobilis orator), ex Cal. Mais *M. Titius.)* Curam nrbis et Italiae gerit C. Cilnius Maece-
32 nas. Exercitus Caesarianus in Epirum traiicitur, castraque
Aug. ad sinum Ambracium ponit, ubi postea Nicopolis urbs condita, classis 250 navium, cnm ab Antoniana et numero et magnitudine navium superetur, remigio praestat. Tamen Antonius in gratiam Cleopatrae classe decernere statuit, *proelium committitur IV Non. Sept. in ostio sinus Ambracii ad promont. Actium.* Vincunt Caesariani, duce Agrippa. Fngae ini-

Digitized by Google

a. Chr. u. c.

tinm Cleopatra facit eamque Antou., oblitus officii, sequitur. (Caesar imp. VI appellatur). Relicta classis diu virtute militum se defeudit, donec iniectum ignem metuens deditur. Pedestris exercitus 19 legionum per 7 dies Antonium expectat, ueque Caesaris pollicitationibus movetur, sed postquam Canidius legatus, uuntiis Antonii allatis, per Macedoniam in Asiam dncere exercitum iussus est, deditiouem faciuut: Canidius profugit.

30 724 Cos. *C. Iulius Caesar Octavian. IV* (ex Cal. Iul. *C. Antistius Vetus); M. Licinius Crassus* (Idib. Sept. *M. Tullius Cicero*, oratoris fil., Cal. Nov. *L. Saenius Balbinus.)* Caesar consulatum iu Asia init, sed hiberna navigatione in Italiam redit, seditiouum comprimendarum causa; eadem celeritate revecto Syria a Didio, legato Ant., deinde Pelusium deditur, mox Antonium et classis et equitatus deserit, ut Cal. Sext. pro iuitio Rom. imperii in Aegypto nnmerentur. (Caesar imp. VII appellatur). Qno facto et falso mortis reginae nuntio allato, ille semet ipse interimit, idem Cleopatra facit, postquam se a Caesare uou servari nisi ad trinmphum intellexit. Antyllns, Autouii ex Fulvia, et Caesario, Caesaris dict. et Cleopatrae filii, iuterficiuutur, ceteros Antouii liberos Octavia et servat et educat. Ex Antonii amicis solis P. Cauidio et Cassio Parmensi, *qui solus interfectorum Caesaris supererat*, nou ignoscitur. Aegyptns in prov. formam redigitur, eique Cornelins Gallns, eques Rom., securitatis publicae causa, praeficitur: praeda tanta est, ut et militibns et ceteris quidquid debetur, facile Caesar persolvere possit. Sami hibernat, dum Romae certatim novi houores excogitantur, quibus ultra civilem modum tollatur.

Hic igitur *primus annus est imperii CAESARIS (AUGUSTI)*, quartusdecimus post eins primum cousulatum.

Romae Maecenas M. Lepidi, IIIviri filii, couiurationem opprimit, Statilius Taurus theatrum lapideum suis sumptibus absolvit.

Periodus sexta, ab inito CAESARIS AUGUSTI imperio usque ad Marci imperatoris mortem, anno post Christum natum 180.

a. C. u. c. imp.

29 725 2 *Quintum consulatum* (collega *Sexto Appuleio*, suff. Cal. Iul. M. Valerius Messalla) Caesar Sami init, et usque ad Cal. Oct. gerit. Romae Calendis Ian. senatus in eius acta iurat, novo more, sed postea sollemni. Alia in eiusdem honorem decerunntur, ut ei liceat indiciis condemnatos absolvere, sacerdotnm collegia, quem ad numerum videatur, augere, alia. In urbem redit mense Sextili (qui mensis ab a. 746 Augustns vocatur) et triumphum agit triplicem, primum (a. d. VIII Id. Sex.) de Pannoniis et Dalmatis, alterum navalem, tertium de Aegypto. Propter triumphos (pr. Id. Ian.) *Ianum claudit. Imperator perpetuo cognomine appellatur.* Rempublicam compouere aggressus *praefectus morum* assumpto M. Agrippa collega, seuatum severe legit, nominibus fere 200 expunctis, sed idem

a. C. u. c. imp.

cum censnm senatorum ampliasset, non habentibus benigne explet. Patriciorum numerum lege Saenia anget, aedes sacras vetustate collapsas (82) reficiendas curat, aedem Apolliuis Palatiui aedificat, Mansoleum condit. Aerarii curam ad praetores aut praetura functos transfert. M. Crassus proc. Macedoniae Bastarnas trans Haemum vincit. Triumphat L. Autronins Paetus ex Africa a. d. 17 Cal. Sept. Procos. Syriae fit M. Tullius Cicero, oratoris fil., qui paulo post Asiam procos. regit.

28 726 3 *Sextum consul cum M. Agrippa II* ipse *princeps senatus* renuntiatur: lustro post annum alterum et qnadragesimum (cf. a. 70) condito 4063000 cives censos esse ipse tradidit. Aedem Apollinis Palatini cum bibliotheca (8. Oct.) dedicat. Ludi Actiaci primum celebrautur. Ciceroni in Syriam prov. succedit A. Terentius Varro (cos. an. 23).

27 727 4 Cos. *Imperat. Caesar VII, M. Agrippa III.)* A. d. VII Id. Iau. Caesar in senatu orationem quasi imperinm depositnrns habet, sed in decennium sibi *prorogari* patitur, id quod quater postea repetitur, dum modo in quinquennium, modo in decenninm illud quasi onus suscipit. Sed Id. Iau. *provincias pacatiores senatui reddit*, in quas qnotannis quinqnennio post gestos magistratus ab senatu proconsnles mitterentur (*Asiam* et *Africam*, qnae consnlares sunt, *Baeticam Hispaniam, Narbonensem* Galliam (ab anno 22 a. Chr.), *Siciliam, Dalmatiam, Macedoniam, Cretam* cum Cyrenis, *Cyprum* (ab aun. 22), *Bithyniam*, quae praetoriae snnt); nam *Sardiniam* et *Corsicam* anno 6 p. Chr. rursns ad suam curam transtulit. *Sibi retinet* ferociores, et in quibus validis exercitibus opus esset, *Lusitaniam, Hispaniam Tarraconensem, Gallias, Ciliciam, Syriam cum Phoenice, Aegyptum*, quibns anno 11 a. Chr. permutatione facta, additur *Dalmatia.* Iu eas viri partim consulares, partim praetorii legati Caesaris pro praetoribus mittuntnr, tempore nou definito. L. Munatii Planci sententia Caesari novum cognomeu *Augusti* tribuitur (XVII Cal. Febr.).

M. Agrippa Pautheou dedicat. Ti. Caesar, qui postea imperavit, VIII Cal. Mai. togam virilem sumit. M. Crassus 4 Non. Iul. ex Thracia de Getis, Messalla Corvinns 7 Cal. Oct. ex Aquitania trinmphant.

Aestate Augustus in Galliam proficiscitur, inde in Hispaniam, nbi

26 728 5 *octavum consulatum* Tarracoue init collega *T. Statilio Tauro II.* Bellum adversus Cantabros et Astures geritur, ex quibus Sex. Appuleius procos. 7 Cal. Febr. triumphat.

Cornelius Gallus, olim Aegypto praefectus, qnod multa contra Augustum et dixit et fecit, coudemnatus semet ipse interimit. C. Sentius Saturninus Syriam provinc. accipit.

Septa Iulia in campo Martio ab Agrippa dedicantur, Dio Cass. 53, 23. Cf. Cic. ad Atticum 4, 16 fin.

25 729 6 Cos. *Caesar Augustus IX, M. Iunius Silanus.)* Augustns huuc quoque consulatum Tarracone init, administrat in Hispania bellum adversns *Cantabros* et Astures, sed aeger Tarraconem reversus, eius rei curam C. Antistio, T. Carisio legatis committit: domitis illis gentibus, veteranorum colonia Augusta Emerita in Lusitania conditur (Aug.

Digitized by Google

a. C. u. c. imp.

imp. VIII). Salassi, gens inalpina, numquam satis pacata, per A. Terentium Varronem, cum rebellasset, paene deletur: in eorum agro Augusta Praetoria (Aosta) conditur. Ianus iterum Aug. nomine clauditur. Iulia, Aug. filia, nubit M. Marcello, Octaviae filio.

Gallo-Graecia cum Lycaonia, Amynta rege mortuo, a M. Lollio in provinciae formam redigitur. Iuba, filius Iubae olim regis, Gaetulorum rex fit.

P. Vergilius Maro poëta, absolutis Georgicis, Aeneidem incipit, cuius coepti carminis famam celebrat Sex. Propertius.

24 730 7 Cos. *Caesar Augustus X, C. Norbanus Flaccus.)* Augustus per morbum absens a senatu *omnibus legibus solvitur.* Cum paulo post Cal. Ian. in urbem venisset, ara Fortunae Salutari dedicatur. Cantabri et Astures, digresso eo, rebellantes cito in potestatem rediguntur a L. Aemilio, IIIviri fratre. Aelius Gallus, Aegypto praefectus, expeditionem in Arabiam felicem suscipit, sed cum morbi ingruerent, multis amissis militibus, reverti cogitur.

23 731 8 *Undecimo hoc consulatu* Augustus sese abdicat, ac L. Sestium
sufficit, quamvis olim M. Bruti partes secutum: collega
Aug. *A. Terentio Varrone Murena*, postquam is ante initum cos.
40 tr. mortuus est, *Cn. Pisone.* Dictaturam sibi oblatam a po-
pot. pulo constanter deprecatur, sed *imperium proconsulare* et
1 (V Cal. Iul.) *tribuniciam potestatem perpetuam* accipit: ac
simul decernitur, ut in omnibus provinciis maiorem habeat potestatem, quam quicunque iis praesit. Agrippa Marcelii potentiam non ferens cum procos. in Syriam missus esset, Mytilenas secedit, provinciamque per legatos regit. Aug. gravissimo morbo correptus in vitam revocatur ab Antonio Musa medico, sed eadem curatione adhibita sex mensibus post, aetatis anno vicesimo, *mortem obit M. Marcellus*, Augusti gener, tum maxime aedilis. Tiberius, postea imperator, quaesturam gerit. Parthorum legatio Romam venit.

22 732 9 Cos. *M. Claudius Marcellus Aeserninus, L. Arruntius.)* Fannii
Caepionis et Licinii Murenae coniuratio contra Augustum
tr. detegitur ac vindicatur. Censura perpetua non accepta,
pot. censores ille creat *L. Munatium Plancum, Paullum Aemilium*
2 *Lepidum*, ultimos hos ambos ex privatorum numero; lustrum tamen non conditur. Curatores viarum instituuntur.

Cantabri denuo rebellant. C. Petronius, Aegypti praefectus, Aethiopum reginam Candacen expellit. Narbonensis Gallia et Cyprus senatui traduntur.

Exeunte anno Augustus in provincias transmarinas profecturus transit in Siciliam; quare

21 733 10 Cos. *M. Lollio, Q. Aemilio Lepido* Romae tumultus fuit,
cum in locum Augusti consulatum deprecantis Q. Lepidus
Aug. et L. Silanus petant. Itaque *Augustus* M. Agrippam urbi
42 tr. praeficit, eundemque sibi generum assumit, data in matri-
pot. monium *Iulia*, vidua Marcelli: Syracusis et alibi in Sicilia
3 colonias veteranorum collocat, Graeciae res ordinat, Sami hibernat.

Triumphat L. Sempronius Atratinus procos. ex Africa a. d. IV Id. Oct.

Digitized by Google

a. C. u. c. imp.

20 734 11 Cos. *M. Appuleius*, *P. Silius Nerva.)* Samo Augustus per
Asiam in Syriam proficiscitur: Phraates rex Parthorum
tr. metu imminentis belli captivos et signa, olim Crasso et
pot. M. Antonio adempta, remittit. Indi amicitiam Rom. missis
4 legatis expetunt. *Tigranes* in regnum Armeniae per Tiberium Neronem, Augusti privignum, instituitur (Aug. imp. IX). Aug. Samum in hiberna redit eamque civitatem liberat. Nascitur C. Caesar, Agrippae ex Iulia filius. Ipse Agrippa Galliis pacatis in Hisp. profectus Cantabros a C. Furnio caesos domat ac de montibus deducit.

19 735 12 Cos. *C. Sentius* solus urbem tuetur ac M. Egnatii Rufi coniurationem opprimit; Cal. Iul. creantur *Q. Lucretius* et *M.*
tr. *Vinicius).* Agrippa vere Romam reversus triumphum non
pot. accipit aquamque Virginem in urbem ducit. Triumphat L.
5 Cornelius Balbus 6 Cal. Apr. ex Africa, primus eorum, qui extra Italiam nati sunt. Augusto IV Id. Oct. (quo die propterea Augustalia aguntur et ara Fortunae Reduci statuitur) Romam reverso novi honores decernuntur, uti *perpetua potestate consulari* esset, sella curuli medius inter cos. sederet, 12 fascibus uteretur, praefecturam morum in quinquennium gereret.

Hoc a. X Cal. Oct. *P. Vergilius Maro* poëta mortem obiit Brundisii ante expletum 51. aetatis annum, neque multum ei supervivit *Tibullus.*

18 736 13 Cos. *P. Cornelio Lentulo Marcellino*, *Cn. Cornelio Lentulo* imperium in alterum quinquennium Augustus sibi prorogari
tr. patitur, Agrippam in idem tempus collegam tribuniciae po-
pot. testatis assumit eique proconsulare imperium in omnibus
6 provinciis tribuit: senatum ad 600 redigit. Ad emendandos mores aggressus legem sumptuariam fert, aliam de poenis caelibum praemiisque maritorum ferre incipit. Tiberius h. a. tres Augusti provincias Gallicas regit, cui in Belgica succedit M. Lollius.

17 737 14 Cos. *C. Furnio*, *C. Iunio Silano* ludi saeculares quinti celebrantur (Horatii carmen). Praefectura urbis instituitur,
tr. quam Messalla Corvinus per paucos dies gerit. L. Caesar,
pot. Agrippae filius, nascitur ac paulo post Augustus C. et L.
7 Caesares adoptat successoresque imperii destinat. Agrippa, comitante uxore, in orientem proficiscitur: quare ab anno 23 usque ad an. 13 nemo alius Caesaris provinciis in Asia praefuit.

16 738 15 Cos. *L. Domitius*, *Cn. fil. L. nep.*, *P. Scipio*, suff. L. Tarius.) Gentes Alpinae, item Pannonii Noricique commoventur;
tr. cladem etiam Sygambri et Usipetes et Tenchtheri M. Lollio
pot. inferunt. Quare Augustus ipse, comite Tiberio tum prae-
8 tore, in Galliam proficiscens Statilium Taurum urbi praeficit. Celebrantur Agrippae sumptu ludi quinquennales propter Augusti principatum. *Herodes*, rex Iudaeus, Agrippam colit: Nicolaus Damascenus, rhetor, utriusque gratia floret. Moesia provincia hoc fere anno instituitur.

15 739 16 Cos. *M. Livius Drusus Libo*, *L. Calpurnius Piso.)* Dum Aug. in Gallia commoratur, Tiberius et Drusus *Nerones* Raetos
tr. et Vindelicos in Alpibus Tridentinis subigunt. Etiam cum
pot. Germanis, obsidibus acceptis, pax componitur. Vedius Pollio,
9 eq. Rom., mortuus Romae, cuius aedes destructae locum dederunt porticui Liviae.

Digitized by Google

a. C.	u. c.	imp.	
14	740	17 tr. pot. 10	Cos. *M. Licinius Crassus, Cn. Cornelius Lentulus.)* M. Agrippa rebus Bosporanorum compositis triumphum sibi decretum recusat, *ornamentis triumphalibus* contentus, quod deinde pro exemplo habitum, ne quis praeter principem eiusque filios verum triumphum ageret. Pannonii rebellantes denuo domantur. Ligures capillati in Alpibus maritimis liberi agentes subiiciuntur.
13	741 Aug. 50	18 tr. pot. 11	Cos. *Ti. Claudius Nero, P. Quinctilius Varus.)* Aug. e Gallia, relicto in Galliarum provinciis Druso Nerone, IV Non. Iul. revertitur (eam ob causam ara Pacis in campo Martio dedicata); etiam Agrippa ex Asia, quo a. 17. cum Iulia uxore profectus erat, Romam redit. L. Cornelius Balbus theatrum suum, Aug. ipse Marcelli theatrum dedicat (cf. Plin. 8, 65). Agrippa iterum tribunicia potestate in quinquennium ornatus in Pannoniam mittitur; Iulus, Antonii fil., praetor est. M. Titius, cos. a. 31, Syriae praeficitur.
12	742	19 tr. pot. 12	Cos. *M. Valerius M. f. Messalla Barbatus Appianus* (eo mox mortuo suff. *C. Valgius Rufus, C. Caninius Rebilus) P. Sulpicius Quirinius;* suff. *L. Volusius Saturninus.)* Augustus, mortuo M. Lepido, qui triumvir fuit, pridie Non. Mart. *pontificatum maximum* suscipit. *M. Agrippa*, insigne reip. columen, annum agens 51 ex Pannonia revertens in Campania morbo *decedit*, sed nascitur ex eo tertius filius Agrippa Postumus. Augusti privignorum, alter Tib. Illyrico praeest et Pannonios rebellantes coercet, alter Drusus Rheno in Oceanum devectus, Frisiis subactis, Chaucorum fines vastat. (Aug. imp. X et XI) Rex Herodes iterum in Italiam ad Augustum venit Caesareamque aedificat.
11	743	20 tr. pot. 13	Cos. *Q. Aelius Tubero, Paullus Fabius Maximus.)* Iuliam, Agrippae viduam, Augustus Tiberio Neroni in matrimonium dat, nolenti: nam dimittenda erat Vipsania (Agrippae filia, sed ex Caecilia, prima uxore), ex qua Drusum filium susceperat. Drusus Nero Germaniam, quatenus Romanis armis pervia est, praesidiis castellisque firmat, hieme in urbem revertitur ad praeturam auspicandam. Tiberius cum Pannoniis et Dalmatis bellum gerit. L. Piso, cos. 15 a. Chr., Thraces Macedoniam et Asiam populantes domat. Octavia, Augusti soror, decedit.
10	744	21 tr. pot. 14	Cos. *Iulus Antonius*, triumviri filius, *Q. Fabius Maximus Africanus.)* Augustus in Lugdunensi Gallia commorans per Tiberium et Drusum privignos bellum administrat. Ara Augusti Cal. Sex. Lugduni dedicatur eademque die in eadem urbe *Claudius*, Drusi ex Antonia filius, qui postea imperavit, nascitur. Augustus (iam imp. XII) cum privignis revertitur, urbem a. inseq. III Cal. Febr. ingreditur. Rex Herodes tertium Romam venit.
9	745 Aug. 54	22 tr. pot. 15	Cos. *Nero Claudius Drusus, T. Quinctius Crispinus Sulpicianus* (suff. *A. Caecina Severus.)* Tiberius, Dalmatis pacatis Pannoniisque subactis, ovans (Aug. imp. XIII, Tiberius imp.) urbem intrat, sed non multo post *Drusus*, eius frater, in Germaniam reversus, cum ad Albim usque cum exercitu penetrasset, ex fractura cruris *moritur* (14. Sept.) tricesimo aetatis anno. Ad hunc ferme annum *T. Livius* celeberrimum historiae Rom. opus perduxit, ipse a. demum 18. p. Ch. mortuus. C. Sentius Saturninus iterum Syriae prov. praeesse incipit.

a. C. u. c. imp.
8 746 23 Cos. *C. Marcius Censorinus*, *C. Asinius Gallus*, Pollionis f.)
Tiberius Nero in Galliam, quam usque ad annum 6. tenuit,
tr. fratris loco extra ordinem missus ipso prosequente Augu-
pot. sto, Ubios et Sygambros in sinistram Rheni ripam traducit.
16 (Tiberius imp. II) Reversus in urbem Aug. (iam imp. XIV)
censum triennio ante coeptum peragit (censa 4233000 cap.)
lustrumque condit. Mensis Sextilis appellatur Augustus.
C. Maecenas, eq. Rom., principi familiarissimus, *moritur*,
eodemque anno (a. d. v Cal. Dec.) etiam *Q. Horatius Flaccus*,
poëta, paulo ante expletum 57. vitae annum.
7 747 24 Cos. *Tib. Claudius Nero II*, *Cn. Calpurnius Piso*, Gnaei con-
tr. sulis a. 23 filius.) *Hoc anno ad finem vergente IESUM*
pot. *CHRISTUM natum* esse argumentis ex historia et astro-
17 logia collectis existimat Ideler. Chronol. II. p. 399 sqq.,
sed vetustissimi doctrinae Christianae patres anno 3 a. Chr.
exeunte vel anno 2 ineunte natum eum esse tradunt. Ti-
berius Cal. Ian. triumphat, sed in Germaniam redit. *Dio-*
nysius Halicarnassensis historiam absolvit.
6 748 25 Cos. *D. Laelius Balbus*, *C. Antistius Vetus.*) Tiberius tri-
bunicia potestate in quinquennium ornatus cum ab Augusto
tr. in Armeniam mitteretur, ubi res post Tigranis mortem per-
pot. turbatae fuerunt, id negotium deprecatus, invidiae C. et
18 L. Caesarum evitandae causa, *Rhodum* tamquam in exilium
specie studiorum *secedit*, relictis Romae et uxore, cuius
mores ferre non posset, et filio Druso. P. Quinctilius Varus
Syriae praefectus Artavasden, Tigranis fil., instituit. In
Galliam Lugdunensem mittitur L. Domitius.
5 749 26 *Duodecimum hunc consulatum* suum (collega L. Cornelio Sulla;
suff. illi *L. Vinicius*, *Ser. Sulpicius Galba*, huic Cal. Iul. *Sex.*
Pompeius) *Augustus* ultro petivit, ut Gaium filium sive nepo-
tr. tem suum toga virili sumpta in forum ipse deduceret.
pot. Idem princeps iuventutis appellatur, consul iam superiore
19 anno post quinquennium designatus erat, pontifex fit, plebei
Romanae sexagenis denariis viritim divisis commendatur.
4 750 27 Cos. *C. Calvisius*, *L. Passienus.*) Aprili mense ineunte *He-*
tr. *rodes*, rex Iudaeae, moritur, cuius regnum inter tres filios
pot. Archelaum, Philippum, Antipam dividitur. *P. Sulpicius Qui-*
20 *rinius* h. a. Syriae provinciae praefectus recensum Iudaeae
imperat.
3 751 28 Cos. *L. Cornelius Lentulus*, *M. Valerius Messalinus.*) Hoc
ferme anno Messalla Corvinus, orator, 70 annos natus,
tr. itemque M. Porcius Latro, nobilissimus eloquentiae pro-
pot. fessor, obierunt. Huic proximus aetate rhetor Q. Curtius
21 Rufus. Servius Galba, qui postea imperavit, nascitur IX
Cal. Ian.
2 752 29 Cos. *Caesar August. XIII* (suff. L. Caninius), *M. Plautius*
Silvanus, cuius extat sepulchrum prope Tibur.) Augustus
Aug. tr. L. nepotem iisdem honoribus, quos frater acceperat, ornat,
61 pot. ipse in forum deducit plebeique liberalitate commendat.
22 Ipse Non. Febr. *pater patriae* appellatur. Forum Augusti
cum templo Martis Ultoris dedicatur, naumachia in circo
Flaminio editur. *Ovidius* libros de arte amandi absolvit.
Iulia, Augusti filia, Tiberii Neronis uxor, propter libidines
et adulteria in Pandatariam insulam *relegatur*, adulteri Iulus
Antonius, T. Quinctius Crispinus, Ap. Claudius, Sempr.

Digitized by Google

a. C. u. c. imp.

Gracchns morte aut exilio puniuntur. L. Domitins Belgicae prov. praeficitnr, cum in Lngdnnensem snccedat L. Aelins Lamia.

I 753 30 Hoc anno, Cos. Cosso Coruelio Lentulo, L. Calpurnio Pi-
sone, *secundum aeram vulgarem* (quamvis eius auctor Dio-
tr. nysius Exiguus nativitatem Christi in a. inseq. posuisse
pot. videatur, vid. Ideler. Chron. II. p. 384), *IESUS CHRI-*
23 *STUS* iu Iudaea nascitnr, anno post mundum creatum secundum Petavinm 3983.

Gaium, filium maiorem, proconsulari imperio ornatum in
post Armeniam, ubi Artavasdes deiectus erat, mittit rectorem-
Chr. que adolesceuti dat M. Lollinm, Syriae prov. impositum.
nat. Caesar Graecia et Aegypto peragrata Sami hibernat, nbi

1 754 31 Cos. *C. Caesar*, collega *L. Aemilio Paullo*, Augusti proge-
tr. nero, quippe qni Inliam, Agrippae et Iuliae filiam, Augusti
pot. neptem, in matrimonio haberet.) cos. init. Tum in Sy-
24 riam profectus bellum cum Tigrane Armeuio gerit.

2 755 32 Cos. *P. Vinicius, P. Alfenius Varus* (ex Cal. Inl. *P. Lentulus Scipio, T. Quinctius Crispinus Valerianus.) Tiberius Nero* snis et matris precibus tandem impetrat, ut Romam *redire* post secessum septem annorum liceat (XIII Cal. Sept.), quo eodem die

filins minor Augusti, L. Caesar, consul designatus,
in Hispanias missus repentina vi morbi Massiliae decedit.
tr. C. Caesar Ariobarzanem in regnnm Armeniae instituit,
pot. ultro cedente Phraate Partho, cum qno congreditur (in
25 eius exercitu Velleius Patercnlus trib. mil. est). In Galliam Belgicam Domitio succedit C. Sentius Satnrniuns.

3 756 33 Cos. *L. Aelius Lamia, M. Servilius*, suff. Cal. Iul. *L. Volu-*
tr. *sius Saturninus, P. Silius.)* C. Caesar, cni h. a. adiutor
pot. datus est Syriae legatus C. Marcius Censorinns ad oppi-
26 dum Artagira vulueratus languescere incipit. Palatium incendio absumitnr. In Germania denuo bellum iugeus exardescit, Vell. 2, 104.

4 757 34 *Sex. Aelio Cato, C. Sentio Saturnino* cos. (snff. Cal. Inl. *C. Clodio Licino, Cn. Sentio Saturnino)* C. Caesar Lymiris, urbe Lyciae, a. d. IX C. Mart. moritnr. *Augustus* igitur
tr. *filiis orbatus*, simnl cum Agrippa Postnmo, *Tiberium* V Cal.
Aug. 66 pot. Inl. *adoptat*, et tribunicia potestate oruatum (uam ea ex
27 hoc die nnmeratur) legionibns Germanicis praepouit. Sed idem antea Germanicum, Drusi Neronis ex Antouia minore filinm, sibi adoptare iussus erat, quo firmioribns fundamentis principatus insisteret.

In Germauia res feliciter gesta a Tiberio et C. Sentio Saturnino, Visurgis transitus, Cherusci recepti, hiberna ad caput Lnppiae amnis collocata; interfuit huic et reliqnis expeditionibus *Velleius* Patercnlns, praefectns equitum aut legatns, cf. eius histor. II, 104.

Lex Aelia Sentia manumittendi modnm terminat.

Coniurationem Cn. Cornelii Cinnae, Pompeii Magni ex filia nepotis, Aug. detegit, sed homlni clementer ignoscit, consulem adeo a. iuseq. designat.

5 758 35 Cos. *L. Valerius Messalla Volusus, Cn. Cornelius Cinna Magnus*, snff. Cal. Inl. *C. Ateius Capito*, nobilis Ictus, *C. Vibius Postumus.)* In Germania, adeo iam conciliata Roma-

p. C. u. c. imp.

nis, ut hiberna legionum ferret, Tiberius, Cauchis receptis
tr. fractisque Langobardis, vastando usque ad Albim penetrat,
pot. eodemque flumine subvectam classem exercitu iungit. Ti-
28 berius tertium, Augustus quintumdecimum imperatores appellantur, C. Sentius triumphalibus ornamentis donatur.

Dira Romae et in Italia fames est. Asinius Pollio in villa Tuscul. obit, 80. aetatis anno, orator et historicus belli civilis, item poëta tragicus.

6 759 36 Cos. *M. Aemilius* L. f. *Lepidus*, *L. Arruntius* (scriptor belli Punici sec.), cui suff. *L. Nonius Asprenas.*) Romae *aera-*
tr. *rium militare* instituitur, ex quo certa missionum praemia
pot. veteranis solvantur: ad eum usum, praeter centesimam re-
29 rum venalium, etiam novum vectigal, vigesima hereditatum, invenitur. Erant enim tum 25 legiones civium Romanorum, 9 cohortes praetorianae (circ. 10000 mil.), 3 urbanae.

Iudaeam et *Samariam* relegato propter crudelitatem ethnarcha Archelao, *Syriae provinciae adiicit* P. Sulpicius Quirinius, iterum Syriae legatus. In Germania bellum adversus Maroboduum, regem Marcomannorum, dum C. Sentius per silvam Hercyniam penetrat, a Danubio movet Tiberius, sed ex cursu victoriarum contra *Pannonios* et *Dalmatas* (praeerat iis Valerius Messalinus) *rebelles* revocatur, qui duce Batone oram maritimam usque ad Apolloniam depopulabantur. In Belgicam Galliam legatus Aug. mittitur P. Quinctilius Varus.

7 760 37 Cos. *A. Licinius Nerva Silianus*, suff. *Lucilius Longus*, *Q. Caecil. Metell. Creticus Silanus.*) Tiberius Caesar et Ger-
tr. manicus (h. a. quaestor) 15 legionibus bellum difficillimum
pot. adv. *Dalmatas* eorumque socios *Pannonios* gerunt, Sisciae
30 hibernant. Roma Agrippa Postumus, Augusti nepos, stolide ferox, in Planasiam insulam relegatur.

8 761 38 Cos. *M. Furius Camillus*, *Sex. Nonius Quinctilianus* (suff. C.
tr. Iul. *L. Apronius*, *A. Vibius Avitus.*) Ab eisdem Romanis
pot. ducibus (Tiberius imp. IV) et M. Lepido Pannonii ad pa-
31 cem petendam adiguntur.

9 762 39 Cos. *C. Poppaeus Sabinus*, *Q. Sulpicius Camerinus.*) Romae inter huius belli curas, iussu Augusti, *lex Papia Poppaea*
Aug. 71 tr. pot. 32 fertur (ita appellata ex nominibus cos. suffectorum *M. Papii Mutili*, *Q. Poppaei Secundi*, qui frater consulis ordinarii est) de maritandis ordinibus, deque poenis coelibatus et orbitatis, qua *Iulia* lex, saepius antea repetita, severius ac diligentius sancitur. Iulia, Augusti neptis, Aemilii Paulli uxor, adulterii convicta, in insulam Trimerum ad litus Apuliae eiicitur. *P. Ovidius Naso* poëta Tomos in Pontum relegatur.

a. d. XV Cal. Dec. nascitur T. Flavius Vespasianus in Sabinis.

Tiberius cum Germanico, confecto bello Pannonico, etiam Dalmatas (Pirustas et Desidiatas) per montium latebras consectatur, et magno tandem labore Batonem regem ad deditionem adigit, imp. V appellatur. Veruntamen eodem ferme tempore in Germania *P. Quinctilius Varus* cum tribus integris legionibus ab *Arminio*, Cheruscorum duce, inter Amisiam et Luppiam amnes conciditur. Quae clades tanta videtur, ut dilato triumpho delectuque severe acto,

Digitized by Google

p. C. u. c. imp.

10 763 40 Cos. *P. Cornelio Dolabella* et *C. Iunio Silano* (suff. Cal. Iul.
tr. *Ser. Cornelio Lentulo Maluginense*, *C. Iunio Blaeso)* Ti-
pot. berius ipse in Galliam mittatur, qui, omni cautione adhi-
33 bita, Germaniam denuo Romanis aperit.

11 764 41 Cos. *M'. Aemilius Lepidus* (suff. Cal. Iul. *L. Cassius Lon-*
ginus), *T. Statilius Taurus.)* Tib. et Germanicus Caesares
tr. etiam h. a. Rhenum transeunt, et in Germania usque ad
pot. auctumnum morati, non occurrentibus hostibus, revertuntur
34 (Tiberius imp. VI). Q. Caecilius Creticus Silanus Syriae
imponitur. Drusus, Ti. f., quaesturam gerit.

12 765 42 *Germanico Caesare*, *C. Fonteio Capitone* (suff. Cal. Iul. *C.*
tr. *Visellio Varrone)* cos. Tiberius, imperator sextum, ex
pot. Pann. Dalmatisque (16. Ian.) triumphat. Antii prid. Cal.
35 Aug. nascitur C. Caesar Caligula, Germanici filius.

13 766 43 Cos. *C. Silius*, *L. Munatius Plancus* (suff. *A. Caecina Largus.)*
Augustus, senectute gravis, rursus imperium in decennium
Aug. tr. suscipit, sed Tiberium iam aperte successorem sibi sub-
75 pot. stituit: ei tribunicia potestas prorogatur, et lex per cos.
36 fertur, ut communiter cum Augusto provincias administret,
ac simul censum agat. Germanicus Caesar Galliarum pro-
vinciis cum sex legatis et 8 legionibus praeficitur. Inter-
ficitur L. Paulus (cos. 1 p. Chr.) propter coniurationem.

14 767 44 Cos. *Sex. Pompeius*, *Sex. Appuleius.)* Augustus collega Ti-
berio lustrum 70. condit (censa civium capita 4097000).
Tib. imp. VII, Aug. XXI fit. Cassius Severus, orator in-
geniosus, sed maledicus et famosorum libellorum auctor,
relegatur, Euseb. Cf. Tac. Ann. 1, 72. 4, 21.

Augustus a. d. XIV Cal. Sept. (19. Aug.) 76. vitae anno
paene expleto, trib. potestatis 37. incepto, Nolae in Cam-
pania *decedit.*

1 *TIBERIUS*, 56 annos natus, imperium nece Agrippae Po-
stumi auspicatur, sed senatum, post Augusti sepulturam et
tr. *coelestes honores* (XV Cal. Oct.) *decretos*, diu ficta modestia
pot. ludit. *Comitia magistratuum creandorum a populo ad sena-*
16 *tum transferuntur*, praetorum ipse princeps tertiam partem,
sine repulsa accipiendorum, commendat. In ceteris quoque
civiliter agit: itaque legionum Pannonicarum, duram mili-
tiam inique ferentium, seditio facile comprimitur, et in
Germania inferiore *Germanicus*, cum a legionibus odio Ti-
berii, ut remp. ipse capesseret, urgeretur, insigne pietatis
erga illum specimen edit. Legionum crimina sanguine ho-
stium deleturus felicem adv. Germanos expeditionem sus-
cipit. Iulia, filia Augusti, Rhegii longa tabe perimitur.
Urbi praeficitur L. Piso, cum post mortem Statilii Tauri
nemo praefuisset. (Tacit. Ann. 1, 1—54.)

15 768 2 Cos. Drusus Caesar, C. Norbanus Flaccus, suff. Cal. Iul.
M. Iunius Silanus: Tacit. Ann. 1, 55 — fin. libri.) *Ger-*
tr. *manicus* Cattorum agros depopulatus usque in Cheruscos
pot. penetrat, et legionum Varianarum ossa in silva Teutobur-
17 giensi condit. Sed exercitus Rom. in reditu damno per
hostes tempestatesque afficitur. Tiberius VI Id. Mart. pon-
tificatum max. recipit.

Nascitur VIII Cal. Oct. *A. Vitellius* L. f., postea imperator.

16 769 3 Cos. T. Statilius Sisenna Taurus, L. Scribonius Libo (suff.
C. Vibius Libo, C. Pompeius Graecina: Tac. Ann. 2, 5—41.)

Digitized by Google

p. C. u. c. imp.

tr. Germanicus ultima hac adv. Germanos expeditione sus-
pot. cepta, per Oceanum ad Amisiam amnem vehitur, Angri-
18 varios per Stertinium legatum in deditionem accipit, Visurgim transit, Cheruscos et ipsum Arminium ducem duobus proeliis (prope Bremam, quae hodie vocatur) vincit, sed in reditu ea pars copiarum, quae navibus erat imposita, tempestate affligitur. Cupientem in provincia manere Germanicum Tib. revocat.

Romae *maiestatis iudicia* exerceri, *delatores* ingravescere coeperunt, quorum prima victima cadit L. Scribonius Libo, praetor. Clemens, Agrippae Postumi servus, dominum interemptum se simulans, in ipso initio rerum novarum per Sallustium Crispum opprimitur.

17 770 4 Cos. C. Caelius Rufus, L. Pomponius Flaccus (suff. C. Vibius Marsus, L. Voluseius Proculus: Tac. Ann. 2, 41—52.)
tr. Germanicus, Romam cum magna hominum veneratione re-
pot. versus, de Cheruscis Cattisque et Angrivariis celebrem
19 triumphum (a. d. VII Cal. Iun.) ducit, *mox in Orientem mittitur.* Fugerat enim Vonones, rex Parthorum, ab Artabano eiectus, in Armeniam, et Archelaus, Cappadociae rex, Romam evocatus decesserat: Asiae urbes duodecim terrae motu afflictae erant. Instituuntur provinciae *Germania superior*, cui C. Silius praefectus, et *inferior*, quae tradita C. Visellio Varroni, sacris quae in oppido Ubiorum fiunt, coniunctae. Praeterea sunt sub Augusto tres Galliarum provinciae, Lugdunensis, Belgica, Aquitania, communione sacrorum, quae apud aram Augustorum Lugduni fiunt, coniunctae. Syriae, tamquam adiutor Germanici, imponitur Cn. Piso.

Germanis ad civile bellum conversis Cherusci et Langobardi, Arminio duce, Maroboduum, veterem Marcomannorum aliarumque gentium regem, ita premunt, ut a Romanis auxilia petere coactus sit: mittitur Drusus, ut ex propinquo Illyrico eos motus speculetur.

In Africa bellum cum Tacfarinate, Numida, qui apud Romanos militiae usum didicerat, geri coeptum est, multis demum annis post sepultum.

Tomis in exilio P. Ovidius poëta decedit.

18 771 5 Cos. Tiberius Caesar Augustus III, Germanicus Caes. II, illi suff. mens. Ian. L. Seius Tubero, III Cal. Maias alius;
tr. Cal. Aug. duo suffecti alii: Tac. Ann. 2, 53—58.) Ger-
pot. manicus Cappadociam et Commagenen in provinciae for-
20 mam redigit, Armeniis volentibus Zenonem (Artaxiam) regem imponit, sed occultis inimicitiis a Cn. Pisone petitur.

19 772 6 Cos. M. Iunius Silanus, L. Norbanus Balbus (suff. P. Petronius) Tac. Ann. 2, 58—fin. libri.) Iudaei, nisi qui
tr. religiones suas exuerint, Scto Roma et Italia pelluntur.
pot. Maroboduus e regno pulsus in Italiam venit et permissu
21 Tiberii Ravennae consenescit, sed eodem hoc a. etiam Arminius, in flore aetatis, dolo propinquorum, tamquam regnum affectans, occiditur. Druso, cui nascuntur gemini filii (unus eorum Tiberius, a Caligula occisus), et Germanico ovatio decernitur.

Nam in Oriente *Germanicus*, cum ex Aegypto in Syriam redisset, apertas iam inimicitias cum Cn. Pisone gerere

p. C. u. c. imp.

cogitur, cuius fraude se in morbum incidisse putat. Eum decedere provincia cum iussisset, Antiochiae (9. Oct.) *moritur* 34. aetatis anno, ingenti omnium, praeter ipsius patris, maerore. Piso provinciam armis recuperare conatus a C. Sentio, legato Germanici, repellitur.

20 773 7 Cos. M. Valer. Messalla, M. Aurelius Cotta: Tac. Ann. 3,
1—30.) *Agrippina*, uxor Germanici, sex communium li-
tr. berum mater, Romam redit cum cineribus mariti, invisa
pot. Tiberio propter virtutem animumque virilem. Continuo
22 Piso, in senatu accusatus ab amicis defuncti Caesaris, cum infesta videret omnia, semet ipse interimit, Plancina, eius uxor, aeque detestata omnibus, precibus Liviae Augustae condonatur. Loco Germanici paulo post L. Aelius Lamia Syriae praeficitur, quem Tiberius tamen in urbe retinet provinciamque per legionum legatos administrat. Drusus, Tib. f., ovans (v Cal. Iun.) ex Illyrico redit, paulo post (vii Id. Iun.) Nero, maximus liberorum Germanici, togam virilem sumit ac congiario plebi commendatur. Tacfarinas, Numida rebellis, a L. Apronio, procos. Africae, in deserta pellitur. Pannonia peculiaris provincia instituitur. Sed *Tiberii saevitia*, tam diu reverentia et metu Germanici repressa, liberius iam erumpit, neque tamen, salvo Druso et Livia matre, etiam externam virtutis speciem negligit.

21 774 8 Cos. Tib. Caes. Augustus IV, Drusus Caesar II: Tac. Ann.
3, 31—51.) Motus per Gallias, auctoribus Iulio Floro
tr. apud Treviros, Iulio Sacroviro apud Aeduos, orti facile
pot. per C. Silium legatum comprimuntur, capto Augustoduno,
23 quae belli sedes fuerat (Tib. imp. viii). Africae provinciae, per Tacfarinatem inquietae, C. Iunius Blaesus praeficitur, avunculus L. Seiani, praefecti praetorio, insigni apud Tiberium gratia florentis. Romae S. C. fit, ne decreta patrum ante diem decimum ad aerarium deferrentur idque vitae spatium damnatis prorogaretur.

22 775 9 Cos. C. Sulpicius Galba, D. Haterius Agrippa, suff. *M. Coc-*
tr. pot. *ceius Nerva*: Tac. Ann. 3, 52 — fin. libri.) Drusus a patre
24 Tiberio in consortionem tribuniciae potestatis assumitur.

23 776 10 Cos. C. Asinius Pollio, cos. a. 746 fil., C. Antistius Vetus
(suff. P. Pomponius Secundus) Tac. Ann. 4, 1—16.) *L.*
tr. *Aelius Seianus*, cum Tiberio persuasisset, ut *unis castris*
pot. *praetorianas cohortes*, antea per hospitia in urbe disper-
25 sas, *coniungeret*, iam benivolentia et militum et imperatoris fretus altiora concupiscit: Liviam, Drusi uxorem, adulterio et promisso matrimonio, quamvis trium liberum matrem, corrumpit, ac per eam ipsum *Drusum*, haud dubie successorem imperii, *veneno tollit*. Tiberius eam mortem non graviter fert. Histriones Italia pulsi (Tac. Ann. 4, 14).

Ius anulorum aureorum certius constitutum, Plin. nat. hist. 33, 32.

24 777 11 Cos. Ser. Cornelius Cethegus, L. Visellius Varro: Tac. Ann.
tr. 4, 17—33.) In Africa Tacfarinas semper rebellis tandem
pot. occiditur a proconsule P. Dolabella.
26 Romae accusatorum natio, praemiis illecta, in veteres Germanici amicos immittitur, quorum primus C. Silius criminibus circumventus pessumdatur. Provincia eius per quinquennium legato consulari videtur caruisse.

Digitized by Google

p. C. u. c. imp.
25 778 12 Cos. M. Asinius Agrippa, Asinii Galli filius, Cossus Cornelius Lentulus (suff. C. Petronius) Tac. Ann. 4, 34—45.)
tr. Cremutius Cordus, historiarum scriptor, quod Brutum et
pot. Cassium Romanorum ultimos dixisset, accusatus, damna-
27 tionis certus vitam inedia finit. Sed Seianus, alioquin potentissimus, matrimonium Liviae, Drusi viduae, frustra petit a Tiberio.

26 779 13 Cos. C. Calvisius Sabinus, Cn. Cornelius Lentulus Gaetulicus, f. cos. a. 753 (suff. Cal. Iul. Q. Marcius Barca, T.
tr. Rustius Nummius Gallus): Tac. Ann. 4, 46—61.) *Tiberius*
pot. specie religionis *in Campaniam abit, Romam non rediturus,*
28 qua usque ad mortem libens caret. Sed saevis eius ad senatum litteris optimo cuique pernicies paratur, administrante Seiano. Iam familiares Agrippinae corripiuntur (quo in studio excellit *Domitius Afer*, orator), Neroni et Druso filiis eius insidiae struuntur.

Thracum in monte Haemo deficientium motus a Poppaeo Sabino legato armis vindicantur. L. Apronius leg. in Germ. infer. mittitur.

H. a. exeunte Pontius Pilatus procurator in Iudaeam mittitur.

27 780 14 Cos. M. Licinius Crassus, L. Calpurnius Piso (suff. L. Si-
tr. lanus, C. Vellaeus Tutor): Tac. Ann. 4, 62—67.) Ruina amphitheatri apud Fidenas super 20000 hominum pereunt,
pot. Romae mons Caelius deflagrat. Tiberius in insulam *Ca-*
29 *preas* secedit, cuius aditum militari praesidio claudit.

28 781 15 Cos. Ap. Iunius Silanus, P. Silius Nerva: Tac. Ann. 4, 68 — fin. libri.) Ipsis Cal. Ian. Titius Sabinus, eques
tr. Rom., ob Agrippinam eiusque domum fideliter cultam in
pot. carcerem abripitur et necatur.
30 Frisii propter iniquitatem praefectorum Rom. deficiunt nec subigi possunt a L. Apronio, legato Germ. inferioris.

29 782 16 C. Rubellio, C. Fufio (duobus Geminis) cos. (suff. Cal. Iul. L. Nonius Asprenas, A. Plautius): Tac. Ann. 5, 1—5 frgm.
tr. Iulia Augusta (olim *Livia*) extremae senectutis 86 anno-
pot. rum moritur. Iam *Tiberius*, etiam hac custodia liberatus,
31 *totum Seiano se tradit*, qui foeda adulatione a senatu colitur. Eius opera Cn. Lentulus Gaetulicus Germaniae superiori praeficitur.

H. a. d. XXV Martii Christus Hierosolymis supplicio afficitur, procuratore Iudaeae Pontio Pilato, Syriae legato Romae absente (cf. a. 20).

30 783 17 M. Vinicio, L. Cassio Longino cos. (suff. Cal. Iul. L. Naevius Surdinus, C. Cassius Longinus), quo anno *Velleius*,
tr. adulator Seiani, historiam composuit, Asinius Gallus, adv.
pot. quem Tiberius olim odium susceperat, quia uxorem ab
32 ipso dimissam duxerat, a sen. iussu principis damnatur et custoditur. Miserabilius etiam in ipsa principis domo saevitur: nam Nero et Drusus, Germanici filii, hostes iudicantur, et alter in Pontiam insulam relegatur ac paulo post necatur, alter in secreto carcere palatii servatur: Agrippina inops omnium rerum in Pandataria insula tenetur. Solus Gaius natu minimus callida adulatione Tiberium placat, et Capreas accitur. Verum etiam Seianus Tiberio gra-

Digitized by Google

p. C. u. c. imp.

vis fit, quippe quem ab omnibus paene sibi iam praeferri
videat: dolo igitur aggressus
31 784 18 *Tiberius cos. V, L. Aelium Seianum* collegam assumit (suf-
fecti VII Id. Mai. Faustus Sulla, Sex. Teidius Catullinus,
tr. Cal. Iul. Teidio L. Fulcinius Trio, Cal. Oct. Sullae P. Mem-
pot. mius Regulus) et Romam a se dimittit. Sed cum suffecti
33 cos. Memmius Regulus et Fulcinius Trio magistratum habe-
rent omniaque praeparata essent, litteris ad senatum datis,
graviter eum accusat, omnium aut admiratione aut laetitia
exceptis. *Saevitur in Seianum* et omnes quicunque cum
eo aut sanguine aut familiaritate coniuncti fuerant: eorum
bona publicantur et in fiscum rediguntur. Tum Apicata,
olim uxor Seiani, cui parcebatur, scelera contra Drusum a
Livia ipsius uxore commissa indicat, et novae quaestiones
exercentur. Nero, maximus filiorum Germanici, necatur,
sed frater eius Gaius pontificatu ornatur ac paulatim ad
spem principatus educatur. (Acta eius anni frgm. Tac.
Ann. 5, 6—11 describit.)
32 785 19 Cos. *Cn. Domitius* (L. f. Cn. n. Agrippinae Germanici filiae
maritus et ex ea a. 37. Neronis pater) *Ahenobarbus*, *M.*
tr. *Furius Camillus Arruntius Scribonianus* (huic suff. Cal. Iul.
pot. A. Vitellius): Tac. Ann. 6, 1—14.) Cal. Ian. senatus vi-
34 ritim in acta Tiberii iurat, omnem suspicionem habitae
cum Seiano societatis amoliri cupiens. Inde maiore studio
quaestiones exercentur. Macro, praefectus praetorii, in
locum Seiani instituitur, atque mox eundem paene gratiae
locum apud Tib. assequitur. Mortuo Pisone urbi praefi-
citur L. Aelius Lamia. Syriam accipit prov. L. Pompo-
nius Flaccus. Nascitur IV Cal. Mai. M. Salvius Otho im-
perator; a. d. VI Id. Nov. C. Cocceius Nerva imp. Nar-
niae.
33 786 20 Cos. *Ser. Sulpicius Galba*, qui postea imperavit, (suff. L.
Salvius Otho, pater imperatoris futuri), L. Cornelius Sulla:
tr. Tac. Ann. 6, 15—27.) Atrox in primis annus. Omnes,
pot. qui accusati propter Seianum in carceribus tenentur, simul
35 occiduntur et in Tiberim proiiciuntur. Drusus Romae,
Agrippina Pandatariae fame enecantur, qui dies, quia ante
biennium Seianus eodem occisus est, a senatu inter festos
refertur. Talium scelerum impatiens M. Cocceius Nerva,
iuris peritissimus et huc usque perpetuus Tiberii comes,
inedia mori maluit. Neptes Tiberii Drusilla et Iulia, filiae
Germanici, L. Cassio et M. Vinicio, consularibus, collocan-
tur, Iulia, Drusi filia, Rubellio Blando. Gaius Caesar toga
virili sumpta quaestor fit. Asinius Gallus interimitur. Urbi
praeesse incipit Cossus Cornelius Lentulus, cos. ann. 25.
34 787 21 Cos. Paullus Fabius Persicus, L. Vitellius, pater A. Vitellii,
tr. imper. futuri: Tac. Ann. 6, 28—30.) Mam. Scaurus, vetus
pot. consularis et orator, sed vita probrosus, ultimus nobilis-
36 simae familiae, accusatus moritur.
35 788 22 C. Cestio Gallo Camerino, M. Servilio Noniano cos. (Tac.
tr. Ann. 6, 31—39) Parthorum rex Artabanus Armeniam in-
pot. vadit, sed inseq. a. immissis gentibus propinquis, Iberis,
37 Scythis, Albanis eiicitur. Syriae praeficitur L. Vitellius.
Antii Gaii nuptiae cum Iunia Claudilla, quae mox decessit,
M. Silani filia, celebrantur.

p.C. u.c. imp.

36 789 23 Cos. Sex. Papinius Gallienus, Q. Plautius: Tac. Ann. 6,
40—45.) Mithridates Armeniis, Tiridates, Romae educa-
tr. tus, Parthis rex imponitur, felici initio, sed odio externo-
pot. rum morum facile ab Artabano expulsus. Clitae, Tauri
38 accolae, a L. Vitellio domiti. Romae accusationes et mortes celebrantur, Aventinus mons incendio deletur, sed principis liberalitate possessores domuum reficiuntur. Urbi praeficitur L. Piso. Pontius Pilatus, Iudaeae procurator, puniendus Romam mittitur, in exiliumque missus anno 40 sibi ipse manum affert.

37 790 24 C. Acerronio Proculo, C. Petronio Pontio Nigrino cos. (Tac. Ann. 6, 45 — fin. libri) XVII Cal. April. *Tiberius*, 78. aetatis anno, apud promontorium Misenum in villa Luculllana *moritur*, neque aberat suspicio, eius mortem a Gaio Caesare et Macrone esse acceleratam.

GAIUS CAESAR Caligula ingenti hominum gaudio exceptus
tr. plane diversum a Tib. ingenium ostendit: exules cuiusvis
pot. generis revocantur: restituuntur reges Agrippa in Iudaeam,
1 Antiochus in Commagenen: comitia populo redduntur, quinta iudicum decuria additur: ludi celebrantur, aerarium donationibus exhauritur, tam profusa liberalitate, ut relictum a Tiberio vicies septies millies HS uno anno pereat. Consulatum ex Cal. Iul. per duos menses gerit cum *Claudio* patruo, ad id tempus propter imbecillitatem mentis contempto. Sed cito haec vertuntur: morbo correptus revaluerat quidem corpore, sed mentis vires affectae videntur. Liberalitatem retinet, sed accedit crudelitas, qua Tiberium fratrem patruelem, item M. Silanum, olim socerum suum, qui sex annos Africae proconsul fuerat, occidit; successor ei mittitur L. Piso, sed in Africam tantum; nam Numidiam cum legione accipit legatus Caesaris.

Nero, postea imperator, Antii nascitur XVIII Cal. Ian.

38 791 2 Cos. M. Aquillius Iulianus, P. Nonius Asprenas.) Effusis per ludos et epulas divitiis, quaestiones crudeliter exercentur, Macro ad mortem adigitur. Aperta principis insania erumpit, postquam *Drusilla*, eius soror, quam pro uxore habuerat, mense Iulio decessit: dolore insanus oris Italiae oberrat, coelestes ei religiones instituit, idem vero mox Lolliam, ditissimam mulierem, ducit et cito dimittit: aliquanto diutius in amore Caesoniae, ex qua filiam suscipit, acquiescit. *Pater patriae* appellatur. Praefecturam urbis accipit Sanquinius Maximus. Avidius Flaccus, praef. Aegypti, cum Iudaeos Alexandrinos vexaret, legatus Iudaeorum, *Philo*, Romam ad Caesarem mittitur. Flavius Vespasianus, postea imp., tunc aedilis, contumeliose tractatus a Gaio.

39 792 3 Cos. C. Caesar II, (pr. Cal. Febr. Sanquinius Maximus II), L. Apronius, suff. Cn. Domitius Corbulo et Cn. Domitius Afer, ille rei militaris peritia, hic eloquentia clarus.) Gaius Caesar pecuniam caedibus et confiscationibus divitum quaesitam, insanis molitionibus et ludis sanguinolentis effundit: pontem navalem in sinu Baiano inter Puteolos et Baulos facit, Xerxen superaturus, et eodem spectatores accitos deiicit: bellicam laudem meriturus ad Germau. exercitus proficiscitur et belli multa ludibria edit. Interea propter

Digitized by Google

p. C. u. c. imp.

coniurationes initas, M. Lepidus interficitur, sorores Gaii Iulia et Agrippina Pontias relegantur. Occiditur etiam Cn. Lentulus Gaetulicus, Germaniae sup. per decem annos rector, cui succedit Ser. Sulpicius Galba. Iudaei imperatorem divinis honoribus afficere nolunt, quare iratus princeps Vitellio, Syriae praeside, revocato mittit P. Petronium.

40 793 4 Consulatu tertio sine collega Lugduni inito (suff. sunt Id. Ian. Gellius Poplicola, Cocceius Nerva), Gaius sororum et veteris aulae omne instrumentum Roma advectum publica auctione divendit, ingentem eam pecuniam in expeditione contra Britannos consumit, qua nihil aliud quam conchylia in Gallici maris littore tamquam spolia colligi iubet. Quo facto Romam pr. Cal. Sept. ovans redit, seque tamquam deum coli vult, aliaque vesanae mentis deliria quam plurima edit. Mauritania provincia instituitur Iuba rege occiso. Nascitur Romae III Cal. Ian. Titus, postea imper.

41 794 5 Cos. C. Caesar IV (suff. VII Id. Ian. Q. Pomponius Secundus, tragoediarum scriptor), Cn. Sentius Saturninus.) Tandem IX Cal. Febr. aetatis a. 29 iuxta theatrum a *Cassio Chaerea*, trib. mil. praetor., viro antiquae libertati studente, aliisque coniuratis occiditur. Veruntamen restituendae liber-
1 tatis consilia irrita ceciderunt, cum *TIB. CLAUDIUS*, Drusi filius, Germanici frater minor, a praetorianis militibus ex latebris protractus, remp. capesseret. Is mode-
tr. pot. 1 rate et industrie agere coepit, magistratibus ac indiciis suum honorem auctoritatemque restituit, exules innocentes revocat, in quibus Agrippina et Iulia. Sed hebeti principis ingenio liberti (Narcissus, Pallas, Callistus) et *Messalina* uxor (quae neptis fuit Messallae, cos. a. 742) abutuntur, huius opera Iulia iterum expellitur, et una Annaeus Seneca.

In Germania Ser. Sulpicius Galba Cattos, A. Claudius Gabinius Secundus, successor L. Apronii in Germ. infer., Chaucos vincit nomenque Chaucii meret, in Africa C. Suetonius Paullinus Mauros rebellantes. *Agrippae* regi Claudius Iudaeam et Samariam restituit, ut idem regnum, quod avus Herodes, obtinuerit. Herodi fratri eius regnum Chalcidis dat, Antiocho Commagenen a Caligula ademptam reddit, Mithridatem Iberis remittit, Bosporanum Mithridatem auget.

42 795 2 Cos. Claudius Caesar II (suff. Cal. Mart. Cornelius Lupus, tum Suetonius Paullinus) C. Caecina Largus.) Nascitur *Britannicus*, ut videtur, 20. Ian. Urbi praeficitur L. Volusius Saturninus. In Syriam legatus mittitur C. Vibius Marsus; in Germ. infer. Sanquinius Maximus. *Mauritania* a Cn. Hosidio legato in duas partes divisa, Tingitanam et Caesariensem, equitibus regenda traditur. Sed in urbe Claudius Id. Ian. *pater patriae* appellatur, Ap. Iunius Silanus, vir nobilissimus, Messalinae artibus pervertitur, quamquam consocer Claudii erat, cuius filiam Octaviam sibi spoponderat Silani filius (cf. a. 49): plurimi caedes sequuntur, cum coniuratio Anneii Viniciani et *M. Camilli Scriboniani*, legati Caes. in Dalmatia, fidelitate legionum Pannonicarum oppressa esset: Paeti mors constantia Arriae uxoris nobilitata est. Portus Ostiensis magno sumptu aedificatur.

43 796 3 Claudio Germanico Imp. III, L. Vitellio II cos. *Romana arma*

p. C. u. c. imp.

in Britanniam translata sunt, ductu A. Plautii Silvani. Mox princeps ipse supervenit, barbari ad Tamesin amnem vincuntur, Camulodunum capitur: strenuam in eo bello operam praestat *T. Flavius Vespasianus*, legatus legionis, praetura functus.

44 797 4 Cos. C. Vibius Passienus Crispus II, T. Statilius Taurus (suff. P. Pomponius Secundus, Ti. Platilius Aelianus.) Claudius sexto mense post discessum sedecim modo dies in Britannia moratus, triumphans Romam redit. Aerarii cura rursus a praetoribus ad quaestores transfertur, ut bini per triennium ei praeessent, ac deinde praetores fierent; auferuntur contra quaestoribus provinciae Ostiensis et Gallica, quae sublatae sunt. Iudaeae regnum, Agrippa Caesareae subito mortuo, Cuspio Fado procuratori subditur. Achaiam et Macedoniam princeps senatui reddit, quae inde ab Tiberii initio Caesaris fuerant. M. Iulio Cottio Alpium regnum augetur ac regis nomen tribuitur.

45 798 5 Cos. M. Vinicius II, T. Statilius Taurus Corvinus (suff. Rufus, Pompeius Silvanus). In Syriam Marso succedit C. Cassius Longinus. Ser. Galba procos. per biennium Africam magna iustitiae laude administrat. Romae Claudius plebi congiarium dat; defectionem solis in Cal. Aug., natalem suum diem, edicto praedicit.

46 799 6 Cos. Valerius Asiaticus II (in totum annum designatus ultro se abdicat), M. Iunius Silanus (suff. P. Suilius Rufus, P. Ostorius Scapula). Messalina, insatiabili libidine et avaritia principes civitatis pessumdat, M. Vinicium, et inseq. a. Valerium Asiaticum. Apud Theram insulam nova insula enata ex mari. Gallus Asinius et Statilius Corvinus, Pollionis et Messallae oratorum nepotes, adversus principem coniurant. Iudaeae Tiberius Alexander procurator praeficitur.

47 800 7 Claudio Imp. IV, L. Vitellio III cos. (suff. Ti. Plautius Silvanus Aelianus) (Tac. Ann. 11, 1—22.) Romae *ludi saeculares celebrantur*, foris laetae res. Ex Britannia ovans redit Plautius, cui succedit Ostorius Scapula, Germaniam inferiorem *Cn. Domitias Corbulo* obtinet, successor Sanquinii h. a. mortui, qui Frisiis pacatis, ulteriorem Germaniam aperturus fuit, ni principis litteris prohibitus esset. Fossam igitur opere militari inter Rhenum et Mosam ducendam curat. Eodem tempore Q. Curtius Rufus, anno 44 in super. Germ. missus in locum Galbae in agro Mattiaco argenti fodinas aperit triumphique insignibus ornatus successorem accipit P. Pomponium Secundum. Cheruscis regem Roma petentibus datur Italicus, Arminii fratris filius.

48 801 8 Cos. *A. Vitellius*, L. f., qui postea imperavit (cui Cal. Iul. suffectus frater eius minor, L. Vitellius, L. f.) L. Vipstanus: Tac. Ann. 11, 23—12, 4.) Censoribus Claudio Caesare et L. Vitellio lustrum (71.) conditur, quo cives 5984072 censi; gentes patriciae denuo post Caesarem et Augustum supplentur. Aeduorum senatoribus ius Romae honorum petendorum conceditur. Sed dum Claudius munia censoris obit, *Messalina* eo impudicitiae progreditur, ut palam cum C. Silio, cos. design., nuptias celebret, quo tandem flagitio detecto et Messalina et adulteri eius supplicio afficiuntur. Eprius Marcellus in unum diem praetor peregr.

p. C.	u. c.	imp.	
			Herodes, rex Chalcidis, moritur atque in Iudaeam Ventidius Cumanus procurator mittitur.
49	802	9	Cos. C. Pompeius Longinus Gallus, Q. Veranins Nepos: Tac. Ann. 12, 5—24.) Iam paratum fuit novum matrimoninm cum *Agrippina*, Germanici filia, quamvis legibus interdictnm, et senatus, auctore L. Vitellio, vetere adnlatore, vim se adhibiturum principi simulat, ni acceleret. Eins rei causa SCtum fit de iustis inter patruos fratrumque filias nuptiis (sublatum illud quidem postea constitutione Imp. Constantini et Constantis): cito *L. Domitio Neroni*, Agrippinae ex priore marito filio, despondetur Octavia, quae cum antea sponsa fuisset L. Silano, is iam 4 Cal. Ian. huius anni senatu ac praetura, quam gerebat, expulsus sibi ipse manum infert die nuptiarum Agrippinae. Seneca, ab exilio revocatus, mox praetura ornatus, iuveni, maioribus rebus destinato, tamquam rector studiorum adiungitur. A Parthis, novarum rerum cupidis, Meherdates Roma rex accitur, deduciturque a C. Cassio Longino, qui tum Syriae praeerat, sed a vetere rege Gotarze vincitur et capitur. Mithridates Bosporanus res novas moliens captus Romam perdncitur.
50	803	10	Cos. C. Antistius Vetus II, M. Suillius Nerullinus: Tac. Ann. 12, 25—40.) Claudius, Pallantis et Agrippinae artibus ductus, reip. scilicet causa, Neronem, privignum, adoptat, posthabito suo ipsius filio Britannico, illi triennio ferme minore. In Britannia fortissima gens Silurum ab Ostorio vincitur, eorumque dux Caractacus a. inseq. capitur. In Germ. snperiore Cattorum tumultum coercet P. Pomponius Secundus, legatus Caes., celeber eius aetatis poëta. Syriae propter metum Parthorum, qui Gotarze mortuo Vononem, tum Vologesem regem habuerunt, praeficitur C. Ummidins Durmius Qnadratus legatus. In Germ. inf. Colonia Agrippinensis deducitur.
51	804	11	Cos. Claudius Imp. V, Ser. Cornelius Orfitus, suff. C. Minicius Fundanus, C. Veitennius Severus, Cal. Nov. T. Vespasianus: Tac. Ann. 12, 41—51.) Orientis res perturbari coeptae, dnm, occiso in Armenia rege Mithridate a Rhadamisto, fratris filio, vacuum regnum invadit Vologeses, Parthorum rex, et Tiridati, fratri suo, subiicere conatnr. Romae Agrippinae opes in dies augentnr, socordia principis: Neroni, vixdum expleto 14. anno, virilis toga datur, princeps iuventutis appellatur, cos. designatnr, senatus proconsulare imperium extra urbem addit: *Burrus* Afranius, Augustae deditns, praetorianis cohortibus praeficitnr. Nascitur IX Cal. Nov. Domitianus, postea imp.
52	805	12	Cos. Faustus Cornel. Sulla, gener Claudii imp per nuptias Antoniae filiae, L. Salvius Otho Titianus: Tac. Ann. 12, 52—57.) Discidia et latrocinia Indaeorum inter se Quadratus, Syriae leg., sedat, Felici, Pallantis gratia apnd Claudinm freto, servilis ingenii homini, trinm reginarum marito (Suet. Cland. 28) parcens, alterum procuratorem Cnmanum condemnans. Apud Felicem non mnlto post hoc tempus Paullus, apostolus Christianus, Hierosolymis causam dicit. Britanniam prov. regendam accipit A. Didius Gallus. Maxima et difficillimi laboris opera perficiuntur, emissio

p. C. u. c. imp.

lacus Fucini et ductus aquae Clandiae et Anienis novi, olim a Gaio Caesare inchoati: item Claudii iussn, panlo ante, Ostiae portus muuitns, Pbarus aedificata erat.

53 806 13 Cos. D. Iunius Silanns Torquatus, Q. Haterius Autoninus: Tac. Ann. 12, 58—63.) Nero, 16 auuos uatus, Octaviam, Claudii filiam, in matrimonium ducit, et populo ac seuatui omni ratioue commendatus remp. capessere coepit. Rhodiis libertas anno 44 adempta redditnr.

Nascitur Italicae in Hispania XIV Cal. Oct. M. Ulpius Traianus, postea imp.

54 807 14 Cos. M. Asiuius Marcellus, M'. Acilius Aviola: Tac. Ann. 12, 64—13, 10.) Iam omnia satis praeparata videus Agrip-
tr. piua, morae impatiens, maritum veueuo III Idus Oct. uecat,
pot. 64. annum ageutem. *NERO*, uondum 17 annos uatus, a
1 Burro productus, ab militibus praetorianis *Imperator* cousalutatnr, senatumque omui houore et modestia sibi conciliat. Agrippina interim M. Silanum, abnepotem Augusti, procos. Asiae, veueuo tollit, Narcissum, divitem Claudii libertum, ad mortem adigit, in plures grassatura, ni Senecae ac Burri auctoritas obsisteret. *Domitius Corbulo*, vir snpra aetatem suam fortis, Cappadociae, quae equestris proviucia fuerat, et Galatiae praeficitur ad Armeuiam recuperaudam Parthosque coerceudos: eisque iuseq. a. tautam formidinem Rom. armorum iniecit, ut Vologeses ultro cedens, obsides e regia domo traderet. In Germ. infer. successor Domitio mittitur Pompeius Paulinus.

55 808 Cos. Nero Claudius Caesar, L. Antistius Vetus: Tac. Ann. 13, 11—24.) *Nero* amore libertae, cui Acte nomeu, in-
tr. census sensim a matre alieuatur: eius miuis territus, *Bri-*
pot. *tannicum*, quod unum impedimentum securitatis supererat,
2 *veneno tollit*, Pallauti curam ratiouum adimit. Germaniae superiori praeficitur L. Autistius Vetus.

56 809 Cos. Q. Volusius Saturninns, P. Cornelins Scipio: Tac. Ann. 13, 25—30.) Summa quies foris, et Nero bactenus honesti retineus, ut crimiuationibus delatorum nondum anres praeberet, sed lascivieus uoctu per vias baccbaretur, obvios petnlanter incessens. Urbis praefecturam mortuo extrema senectute L. Volusio iuit L. Pedanius Secuudus.
tr. Aerarii cura a quaestoribus ad praefectos, ex praetoriis
pot. deligendos, transfertur. De licentia libertinorum legibns
3 coercenda frustra in senatu agitur.

57 810 Cos. Nero Claudius Caesar II, L. Calpnrnius Piso (suff. Caesius Martialis) Tac. Ann. 13, 31—33.)

58 811 Nerone III, M. Valerio Messalla cos. (snff. L. Annaens Seneca, Trebellius Pollio: Tac. Ann. 13, 34—58) bellnm cum Parthis reuovatur, sed Corbnlo Armeuiam ingressus Tiridateu repellit, et Artaxata, urbem regiam, capit ac diruit. In Germania geus Ansibariornm a Chaucis pulsa nec a Romanis recepta iuterit. Romae P. Suillius, celeber
tr. olim accnsator, damnatur, et poena legis Ciuciae, ne quis
pot. ob causam orandam mercedem capiat, reuovatur. Sed Nero,
4 iu vitia proclivis, *Poppaeam Sabinam* amare coepit: eius maritum *M. Salvium Othonem*, aemulum non ferens, in Lusitauiam procos. mittit, sive relegat. Britanniam h. a. regit

p. C. u. c. imp.
Q. Veranius Nepos, Germ. infer. traditur Dubio Avito, super. T. Curtilio Manciae.
59 812 C. Vipstano Aproniano, C. Fonteio Capitone (suff. T. Sextio
Africano, Afreno) cos. (Tac. Ann. 14, 1—19.) Neronis
diu meditatum scelus erupit: nam matrem, cuius qualis-
cunque reverentia male coercitas libidines tardabat (circiter
19 Mart.) interficiendam curavit. Tristitiam, ex facinore
consecutam, senatus adulatio lenit, (nullo, praeter *Thra-*
tr. *seam Paetum*, non comprobare factum audente,) et auriga-
pot. rum histrionumque studia, quae unice amplectitur. Bri-
5 tannia traditur C. Suetonio Paullino legato.
Domitius Afer, oratorum forensium celeberrimus, decessit, item M. Servilius Nonianus, historicus.
60 813 Cos. Nero IV, Cornelius Cossus, consulis a. 25 fil. (suff.
tr. Cal. Iul. L. Velleius Paterculus, Cn. Pedanius Salinator,
pot. illi mox Pompeius Vopiscus): Tac. Ann. 14, 20—28. Nero
6 quinquennales ludos more Graecorum certaminum instituit.
Corbulo Armeniam pacat eique Tigranem, Cappadocum ex nobilitate, regis Archelai nepotem, imponit, dum Parthi bellum cum Hyrcanis gerunt. In Iudaeam procurator mittitur Porcius Festus; nam Felix poenae causa Romam mittitur, ubi gratia fratris absolvitur.
61 814 Cos. C. Caesonius Paetus, C. Petronius Turpilianus (huic suff.
Cal. Mart. C. Calvisius Ruso, Cal. Iul. C. Caesennius
Paetus): Tac. Ann. 14, 29—47.) Res Romana, gravi in
Britannia calamitate accepta, minuitur. Nam dum *Sueto-*
tonius Paullinus cum exercitu Rom. Monam insulam (Anglesey hodie) in potest. redigit, Britanni, iniurias praefectorum non ferentes, duce Boudicea regina arma capiunt,
legionem Rom. concidunt, coloniam Camulodunum, Veru-
tr. lamium, Londinium diripiunt ac diruunt. Mox Suetonius
pot. reversus insigni victoria rebelles profligat, sed mox re-
7 vocatur.
Ser. Galba legat. provinciae Tarraconensi praeficitur: Corbulo Syriam regendam accipit mortuo Ummidio, Cappadociam L. Caesennius Paetus. Urbis praefecturam accipit Flavius Sabinus, Vespasiani frater, occiso per servum suum Pedanio Secundo. Nascitur Plinius iunior.
62 815 Cos. P. Marius Celsus, L. Afinius Gallus (suff. Q. Iunius
Marullus, C. Cestius Gallus): Tac. Ann. 14, 48—15, 22.)
Burrus, veteris apud Neronem auctoritatis, moritur, cuius
successor *Tigellinus*, ob flagitiorum societatem electus, bo-
nis omnibus pericula intentat. Iam primum *Seneca* destrui-
tr. tur, Sulla Massiliae exul, Rubellius Plautus, gener L. Ve-
pot. teris, in Asia interficiuntur, *Octavia*, castissima coniunx,
8 in insulam Pandatariam relegatur, mox (9. Iun.) necatur.
Poppaea in matrimonium principis recipitur.
In Armenia Paetus a Vologese oppressus, turpi foedere incolumitatem paciscitur, et regni finibus cedit, in quod Tigranes instituitur. Britanniam accipit Q. Petronius Turpilianus, pacis studiosior. Iudaeam mortuo Festo accipit procurator Albinus.
Persius poëta moritur 24. Nov.
63 816 Itaque h. a. C. Memmio Regulo, L. Verginio Rufo cos. (Tac.
Ann. 15, 23—32) Corbulo iterum Cappadociae copiisque

Digitized by Google

p. C. u. c. imp.

militaribus (nam C. Cestio Gallo Syria data est) praeficitur, qui Tiridaten ad eam condicionem adigit, ut depositum ad effigiem Caesaris diadema non prius se gesturum spondeat, quam Romae ex manibus eiusdem receperit.

Poppaea filiam Claudiam edit ac propterea Augusta appellatur, sed infans intra quartum mensem extinguitur. Na-
tr. tiones Alpium maritimarum ad ius Latii traductae. Equi-
pot. tibus Rom. sedilia discreta a plebe etiam in circo assi-
9 gnantur. Nonis Febr. terrae motu Campaniae urbes clade afficiuntur, imprimis Pompeii et Herculaneum, Senec. Nat. Quaest. 6, 2.

64 817 Cos. C. Laecanius Bassus, M. Licinius Crassus Frugi: Tac. Ann. 15, 33—47.) Nero insanus cantandi cupidine, Neapoli publice in theatro artem, qua unice se excellere putat, ostentare coepit. Nec a ceteris libidinibus temperat: quin etiam auctor fuisse putatur *gravissimi incendii*, quo ex a. d. 14 Cal. Aug. per sex dies multo maior Romanae urbis pars, veteraque monumenta fere omnia, deleta sunt. Ad
tr. eam famam abolendam *Christianos*, iuvisum vulgo hominum
pot. genus, reos subdit, et exquisitissimis poenis afficit. Simul
10 per Italiam ac provincias pecunia conquiritur ad urbem magnificentius restituendam: ipse *domum auream* ingentis circuitus extruere coepit, non diu mansuram. Etiam Lugduni in Gallia magnum incendium accidit. In Iudaeam procurator mittitur Gessius Florus.

65 818 A. Licinio Nerva, C. Iulio Attico Vestino cos. (Tac. Ann. 15, 48—16, 13) cum *C. Pisone*, nobili iuvene, Plautius Lateranus, cos. designatus, *Annaeus Lucanus* poëta, Fenius Rufus, alter praefectus cohortium praetor., aliique viri militares ad necem Neronis coniurant: quo atrociores caedes, detecta re, sequuntur: eodemque crimine etiam *Seneca* philosophus et Vestinus cos. circumveniuntur. Ad studia sua revolutus Nero ludis quinquennalibus ipse et carmina publice recitat, et canit in scena. Poppaea, ictu calcis a marito afflicta, moritur, mortua divinis religionibus colitur; eius loco Statilia Messalina uxor sumitur. C. Cassius Longinus, Ictus celeberrimus, in Sardiniam eiicitur, L. Iunius Silanus, nobilissimus invenis, in illius domo educatus,
tr. interficitur. L. Antistius Vetus, quondam collega Neronis,
pot. accusatus manum sibi affert.
11 Tot facinoribus foedum annum etiam dii pestilentia insigniunt: Romae 30,000 funera ad Libitinam nuntiata, Suet. Ner. 39.

Pontus Polemoniacus et Cottii regnum inalpinum provinciae Rom. factae. Ex Britannia decedit Turpilianus, ornamentis triumphalibus ornatus, cui succedit Trebellius Maximus.

66 819 C. Suetonio Paullino, C. Luccio Telesino cos. (suff. Annius Vinicianus: Tac. Ann. 16, 14 — fin.) multi viri illustres saevitia principis et accusatorum (velut Marcelli Eprii) tolluntur, inter eos Ostorius Scapula et C. Petronius, et ipsa virtutum exempla *Paetus Thrasea* et Marcius Barea Soranus, administrata Asia clarus. *Tiridates*, Armeniae rex, *Romam venit*, quem Nero magnifice exceptum, ac diademate ornatum, *divinae vocis* suae honore mactat.

p. C. u. c. imp.

tr. pot. 12 Interea *Iudaei*, Gessii Flori procuratoris iniuriis commoti, *arma universi capiunt*, et Cestium Gallum, Syriae legatum, cum exercitu subvenientem, pugna facta, in fugam coniiciunt. Nero in Graeciam profectus, tamqnam ampliorem artium suarum scenam (relicto in urbe Helio liberto), sacra certamina obit, currus agitans, canens, tragoedias agens: neque cetera flagitia ac scelera omittit, Corbulonem, ad se evocatum, interficiendum curat. Syriae provinciae C. Licinius Mucianus praeponitur, *Iudaicum bellum T. Vespasiano* cum exercitu trium legionum permittitur. Galatia cum Pamphylia et Lycia provincia restituitur.

Hoc anno Apollonius Tyanensis cum 34 discipulis Romam venit.

67 820 Cos. L. Fonteius Capito, C. Iulius Rufus.) Nero in Graecia versans cum alios viros insignes, tum Scribonios Rufum et Proculum fratres, Germaniarum legatos, occidit, in quorum locum mittuntur C. Fonteius Capito in infer. Germ., L. Verginius Rufus in super. Libertatem Graecis dat, frustra Isthmum perfodere conatur, Cornutum celebrem philosophum exilio multat, exeunte anno novo triumphi genere praelatisque 1808 coronis redit. Ludi Olympici extra ordinem h. a. celebrati. Interea Vespasianus, Tito filio in Aegyptum ad milites adducendos praemisso, Galilaeam ingressus Cal. Iul. Iotapata capit: cui urbi qui praefuerat Iosephus (historicus), ei imperium praedicit (propterea postea dimissus ac donatus). Expugnat etiam Tarichaeam et Gamalam mense Sept. et Oct. Hierosolymis dissensiones Iudaeorum saeviunt.

tr. pot. 13

68 821 Cos. *C. Silius Italicus*, poëta, qui Punica bella carmine descripsit, M. Galerius Trachalus Turpilianus; suff. Vettius Bolanus, Cal. Nov. C. Bellicus Natalis Tebanianus. P. Scipio Asiaticus). Nero perterretur motu Galliarum, *C. Iulio Vindice* duce deficientium, et *Ser. Sulpicium Galbam*, Hisp. cit. legatum, Carthagine nova 3. Apr., ad imperium vocantium. Vindex quidem opprimitur ab exercitu Germaniae superioris, ipso eius duce *L. Verginio Rufo* nolente, sed defectio semel coepta sisti non potest. Nero desertus a suis Roma profugit, *GALBA Imperator a senatu declaratur*, et Nero, ultima progenies Caesarum et Claudiorum, a. d. v Id. Iun. ad mortem adigitur, annum agens 31.

Mox Galba Romam venit, senex modestus et gravis, sed libertis obnoxius et nimis parcus nec militibus acceptus. Itaque sibi providens Clodium Macrum in Africa per Trebonium Garucianum procuratorem, Fonteium Capitonem in Germ. inferiore, Nymphidium, praef. praet., novas res molitos, Petronium Turpilianum, tamquam Neronianum, occidi iubet. *A. Vitellium*, hominem nobilem, sed desidem et luxuriosum, German. infer. praeponit, Verginium quoque ab superiore exercitu revocat, ambabusque tandem Germaniis Hordeonius Flaccus praeest, nulla apud feroces milites auctoritate. Helius, Neronis lib., occiditur, Tigellino parcitur.

Vespasianus interea, reliqua Iudaea subacta, certamen de imperio expectans cunctatur.

69 822 Itaque Cal. Ian. (cos. Imp. Galba II, T. Vinio Rufino) ab ipso Germ. exercitu defectio coepit, 3. Ian. ab utroque Germaniciano exercitu *A. VITELLIUS Imperator salutatur.*

p. C. u. c. imp.

Eo nuntio accepto Galba Romae L. Pisonem Licinianum, nobilem et modestum adolescentem, M. Crasso et Scribonia genitum, sibi adoptat, sed praetorianorum animos omisso donativo magis etiam irritat. Itaque *L. Salvius OTHO Titianus*, qui et ipse adoptionem speraverat, coniurationem init, et *Imperator* a militibus *declaratur:* Galba, Piso, Vinius Cornelius Laco, praef. praetorio, aliique foede trucidantur, d. 15. Ian.

Paratur ingens de imperio certamen. A. Caecina, a Vitellio praemissus, Alpes Penninas Galliamque transpadanam occupat: sequitur, subacta Gallia, cum altero exercitu C. Fabius Valens. Eis Otho, 14. Mart. ab urbe profectus, suum exercitum apud *Bedriacum* opponit, duce fratre Titiano, neque Moesicas legiones iam appropinquantes expectans, neque Suetonii Paullini prudentioribus consiliis utens. Vincuntur Othoniani, quo nuntio audito *Otho*, infelix bellum ducere nolens, Brixelli XII Cal. Mai. nonagesimo quinto imp. die *semet ipse interficit.* Ceteri Vitellio se dedunt, homini non malo, *sed ita gulae dedito, ut paucissimis mensibus novies millies HS consumpserit.* In Britanniam Vettius Bolanus legatus mittitur.

Nondum Vit. Romam med. mense Iul. intrarat, cum *T. Vespasianus*, prope confecto bello Iudaico clarus, *Muciano* Syriae legato et *Tito* filio adhortantibus, principatum concupiscit. *Cal. Iuliis*, a quo die tribunicia eius potestas numeratur, Alexandriae *Imperator declaratur* a Tiberio Alexandro, Aegypti praefecto, sequuntur 5. Non. Iul. Iudaicae et Syriacae legiones, continuo, dimissis nuntiis, tres Moesicae, duae Pannonicae, auctore Antonio Primo, acerrimo partium defensore. Is iniussu Vespasiani neque expectato Muciani adventu, legiones in Italiam rapit: consilia Vitellianorum proditione Caecinae (tum consulis suffecti cum Valente) perturbantur, et 9 legiones a paucioribus adversariis inter Bedriacum et Cremonam exeunte Oct. nocturno proelio profligantur; castris ad Cremonam vi captis, reliqui Vitelliani deduntur, urbs direpta incenditur. Iam Romam ducitur victor exercitus, sed lente: Apennini angustiae praesidiaque urbium produntur, dum Vitellius Romae, inter spem metumque haesitans, militum et vulgi studiis regitur. Hi Flavium Sabinum, qui loco C. Ducenii Gemini iterum urbi praefectus erat, cum reliquis Flavianarum partium sociis in *Capitolium* compellunt, nolente Vitellio, et templo *incenso*, 19. Dec. opprimunt. Sed adventu hostilis exercitus urbs caedibus impletur: Vitellius, latebris protractus, 9 Cal. Ian., 57 annos natus, foede trucidatur, frater eius L. cum reliquiis partium in Campania deditus et ipse interficitur. Omnia haec absente Vespasiano, qui Alexandriae substiterat, acta, sed urbanae res a Muciano et *Domitiano*, minore Vesp. filio, utcunque componuntur.

(margin, beside the lines above: tr. pot. 1)

Interea fortissima gens Batavorum a Romanis defecerat, duce *Iulio Civile*, proximosque Germanos in partes traduxerat.

Acta huius anni Tacitus descripsit Hist. libris I—IV, 37.

70 823 Consulatum Cal. Ian. ineunt Imperator *VESPASIANUS II* et Titus, eius filius, absentes (suff. L. Annius Bassus,

p. C. u. c. imp.

C. Caecina Paetus) senatum habente *Iulio Frontino*, praetore urbano, cui cum einrasset, succedit *Fl. Domitianus* cum potestate consulari.) Etiam Lingones ac Treviri, Batavorum exemplum secuti, a Rom. deficiunt, ducibus Classico, Iulioque Tutore, et ipsas legiones Romanas, seditionibus perturbatas, ad sacramentum pro imperio Galliarum faciendum adigunt. Sed medio anno in locum Hordeonii Flacci a suis militibus occisi superiori Germ. praeficitur Annius Gallus, inferiori Q. *Petilius Cerialis* Caesius Rufus, qui Treviros in potestatem redigit, etiam Civilis duobus proeliis victus ad pacem petendam compellitur. Iulius Sabinus, Trevir, in monumento quodam abditus per novem annos latet.

Eodem tempore Titus Caesar *Hierosolyma*, tribus moe-
tr. nibus et 600000 hom. multitudine defensa, expugnare in-
pot. cipit ineunte Apr., templum deflagrat 10. Aug., ultimus
2 murus capitur 7. Sept: Iudaeis per totum imp. Rom. tributum annuum binarum drachmum imponitur, ex quo templum Iovis Capitolini restituatur. Sed regnum Ituraeae Agrippae minori servatum est, cuius sororem *Berenicen* Titus deperit.

Vespasianus, exeunte aestate Romam reversus, moderatissime se gerit, neque tamen hominum vituperationem effugit, tamquam sordibus ac pecuniae colligendae nimis intentus. Helvidius Priscus, praeturam h. a. gerens, Paeti Thraseae gener, immodica adversus principem libertate utitur, tum quidem inultus, sed triennio post in exilium pulsus necatusque invito Vespasiano. Capitolium restitui coeptum 11 Cal. Iul.

71 824 Cos. *Imp. Vesp. III, M. Cocceius Nerva* (suff. Cal. Iun. Flavius Domitianus, Vesp. fil., Valerius Festus; C. Arruntius Catellius Celer, M. Arruntius Aquila.) Petilius Cerialis in Britanniam successor Vettii Bolani missus, Brigantum gen-
tr. tem subigit, administro in eo bello usus *Cn. Iulio Agricola*,
pot. legato legionis.
3 Triumphum de Iudaeis ducunt Vespas. et, per Alexandriam itinere facto, eius filius Titus Caesar, quem Cal. Iul. pater in consortionem tribuniciae potestatis assumit. Ianus sextum clauditur, templumque Pacis aedificatur (dedic. a. 75).

72 825 Imp. Vespasiano IV, Tito II cos. Commagene, adempta An-
4 tiocho regi, in provinciae formam redigitur; coloniae veteranorum in Iudaeam deducuntur (Emmaus sive Nicopolis.)

73 826 Cos. Flavius Domitianus II, M. Valerius Messalinus.) Vesp. Achaiae, Lyciae, aliis civitatibus libertatem adimit Cappadociaeque, quae olim equestris provincia fuerat (cf. ann. 54), legiones ac consularem legatum imposuit.

74 827 A Vesp. V, Tito III cos. iisdemque censoribus (cos. suff. Q. Petilius Cerialis II, T. Eprius Marcellus II) ultimum lustrum (72.) conditum est: philosophi Stoici et Cynici Roma
6 pelluntur: sed eloquentiae magistris et bonos habetur, et annua centena sestertia salario dantur.

75 828 Cos. Imp. Vespasianus VI, Titus Caesar IV (suff. Domitia-
7 nus IV, C. Licinius Mucianus III.) Sex. Iulius Frontinus Britanniae praefectus Silurum gentem subigit.

p. C. u. c. imp.
76 829 Cos. Imp. Vespasianus VII, Titus Caesar V (suff. Ti. Plau
tius Silvanus II.) Nascitur a. d. IX Cal. Febr. Hadrianus
imp.
77 830 Cos. Imp. Vespas. VIII, Titus Caesar VI.) *C. Plinius Se-*
cundus, maior, floret, qui eruditissimum naturalis historiae
opus Tito Caesari sexies consuli inscripserit. Suffecti cos.
9 traduntur fuisse Domitianus Caesar VI, *Cn. Iulius Agricola*,
qui quidem continuo, postquam consulatu functus est, Bri-
tanniae praeponitur.
78 831 Cos. L. Ceionius Commodus, D. Novius Priscus.) Agricola
cum Ordovices rebelles domuisset, Monamque insulam in
potestatem redegisset, imperium Romanum etiam aequitate
10 et prudentia Britannis acceptum reddit.
79 832 Cos. Imp. Vespas. IX, Titus Caesar VII.) Romae coniura-
tionem initam A. Caecina et Eprius Marcellus morte luunt,
sed eodem a. Vespasianus a. d. 9 Cal. Iul. febri extin-
guitur Cutiliis, quo se valetudinis causa contulerat, annum
agens 70.
I *TITUS*, haud secunda fama principatum adeptus, mox sum-
mum generis humani amorem meretur, dum sedulo, ut
tr. omnibus boni principis officiis perfungatur, laborat. Ac
pot. multae magnaeque calamitates ingruunt, quae eius curam
8 desiderent. A. d. 9 Cal. Sept. *Vesuvii montis conflagratio*
Campaniae oram vastat, urbes *Herculaneum* et *Pompeios* se-
pelit. (Etiam C. Plinius, tum classi Misenensi praefectus,
in terram egressus perit.)
80 833 2 Tito VIII, Domitiano VII cos. (suff. L. Aelius Plautius La-
mia Aelianus, Q. Pactumeius Fronto, C. Marius Marcellus
Octavius Publius Cluvius Rufus.) Romae ingens incen-
tr. dium saevit, quod pulcherrimam urbis partem et campum
pot. Martis devastat, templumque Capitolini Iovis absumit, paulo
9 post gravissima pestilentia: dum interim Agricola, Britannia
pacata, usque ad Taum aestuarium (hodie Frith of Tay)
cum exercitu penetrat.
81 834 3 Cos. L. Flavius Silva Nonius Bassus, Asinius Pollio Verru-
cosus (suff. L. Vettius Paullus, T. Iunius Montanus.) Agri-
cola, munimentis inter Glotam et Bodotriam amnes factis
(inter Frith of Clyde et F. of Forth), provinciam adversus
Caledoniorum impetus firmat.
tr. Romae Titus amphitheatrum et thermas, opera a patre
pot. coepta, perficit ac ludis magnificis dedicat. Paulo post,
10 Idibus Sept., 40. aetatis anno morbo extinguitur, cuius
causam fama vulgaris in Domitianum fratrem contulit, cuius
insidiis saepe antea petitus fuisset. *DOMITIANUS*, qui
ab eo die tribuniciam potestatem numerat, rerum potitur,
tr. imperandi honorumque cupidissimus (quippe qui decies
pot. septies cos. fuerit), sed timidus ac suspiciosus, optimum
1 quemque, imprimis patris fratrisque amicos, insidiis per-
sequens. Militum stipendia tertia parte auget, ut annuos
duodenos aureos accipiant.
82 835 1 Cos. Imp. Domitianus VIII, T. Flavius Sabinus (suff. P. Va-
lerius Patruinus, L. Antonius Liberalis.) Hunc collegam
suum et patruelem Domitianus interficit, Iulia uxore illius,
eademque Imp. Titi filia, potiturus. Capitolium restituitur.

Digitized by Google

p. C. u. c. imp.

83 836 2 Cos. Imp. Domit. IX, Petillio Rufo II (suff. Annio Vero, L. Neratio Prisco, tum T. Tettieno Sereno, C. Scoedio Natta Pinariano) in Britannia Agricola populos trans Bodotriam sitos armis explorat.

84 837 3 Domitianus (cos. X cum C. Oppio Sabino), gloriae militaris cupidus, inutilem adversus Cattos (fortasse iam superiore anno) expeditionem suscipit, et vastato sociorum agro, nullo hoste viso, Romam triumphatum redit: statuas sibi poni et patitur et iubet: nomen *Germanici* sibi imponit.
tr. Interea veram victoriam de Caledoniis, *Galgaco* duce for-
pot. tissime pugnantibus, *Agricola* ad montem Grampium re-
4 portat. Britanniae ignota antea litora classe explorari iubet.

85 838 4 Sed cum in eo esset, ut totam insulam et Hiberniam Romano imperio adiungeret, revocatur, Domit. XI, T. Aurelio Fulvo cos. (suff. D. Aburius Bassus, Q. Iulius Balbus), et summa vitae modestia aegre saevitiam principis effugit. (Decessit 23. Aug. a. 93.) In Britanniam succedit Sallustius Lucullus. Dom. nomen *censoris* perpetui sumit.

86 839 5 Cos. Imp. Domitianus XII, Ser. Cornelius Dolabella Metilianus Pompeius Marcellus; suff. Domitiano C. Socius Campanus, tum Sex. Octavius Fronto, T. Iulius Candidus Marius Celsus.) Daci, barbarorum omnium validissimi, duce
tr. *Decebalo*, Danubium transeunt et Ap. Sabinum, Moesiae
pot. legatum, profligant. Adversus eos bis profectus Domitia-
6 nus bellum tamen legatis permittit; ipse in vicino Moesiae oppido considens, prosperos casus sibi ascribit, adversos legatis imputat, aeque bonis ac malis gravis; itaque bellum varia ac saepius adversa fortuna geritur.
Nascitur 19. Sept. T. Aurelius Fulvus, qui post imperator Pius.

87 840 6 Cos. Imp. Domitian. XIII, A. Volusius Saturninus.

88 841 7 Cos. Imp. Domit. XIV, L. Minucio Rufo Romae ludi saeculares, exemplo Augusti, celebrantur, quibus Tacitus Cor-
tr. nelius historicus praetor et quindecimvir assistit.
pot. Daci Cornelium Fuscum superant et occidunt, quod
8 damnum mox Iuliani virtus reparat.

89 842 8 Cos. T. Aurelius Fulvius II, A. Sempronius Atratinus.) Cornelia, virgo Vestalis maxima, impudicitiae nomine damnata et sollemni supplicio affecta.

90 843 9 Cos. Imp. Domitiano XV, *M. Cocceio Nerva II*, Domitianus Quadis et Marcomannis bellum infert propter negata adv. Dacos auxilia. Victus *pacem a Decebalo annuo tributo emit*,

91 844 10 neque tamen eum poenitet (M. Ulpio Traiano, Acilio Glabrione cos., suff. Q. Valerio Vegeto, P. Metilio Secundo), falsum de Dacis triumphum ducere et Ianum claudere: ludis epulisque diurnis plebem delectat, nocturnis ac fera-
tr. libus senatum terret. L. Antonius duabus leg. in Germ.
pot. superiore praefectus deficit, sed a L. Appio Norbano de-
11 vincitur. (Reimar. ad Dion. Cass. lib. 67, p. 1110.) Exinde saevior factus Domitianus, *dominum ac deum* se vocari iubet, et divinis se vivum honoribus coli patitur.

92 845 11 Cos. Imp. Domitianus XVI, Q. Volusius Saturninus, suff. Id. Ian. L. Venuleius Apronianus, Cal. Mai. L. Stertinius Avitus, Cal. Sept. C. Iunius Silanus.

p. C. u. c. imp.
93 846 12 Cos. Sex. Pompeius Collega, Cornelius Priscus (suff. M. Lollius Paullinus Valerius Asiaticus Saturninus et C. Antius Iulius Quadratus.) C. Plinius minor praetor. Hoc fere tempore Ulpius Traianus, qui postea imperavit, German. infer. praefectus est.
94 847 13 Cos. L. Nonius Torquatus Asprenas, T. Sextius Magius Lateranus.) In dies crudelior et rapacior Domitianus optimum quemque per senatum ipsum, ad infimam servitutem
tr. prolapsum, tollit: Arulenum Rusticum, quod Thraseam, He-
pot. rennium Senecionem, quod Helvidium Priscum laudaverat:
14 item Helvidium filium occidit, philosophos urbe expellit (et in iis *Epictetum* Stoicum, qui tum Roma relicta Nicopolim se contulit.)
95 848 14 Imp. Domitianus cos. XVII (quam dignitatem ei gratulatur *Statius poëta* Silv. IV, I.) T. Flavius *Clemens*. Is uxorem habebat Domitiani sororis filiam, Flaviam Domitillam, ex eaque pueri Vespasianus et Domitianus *Quintiliani* cura instituuntur. Ipse Clemens occiditur, Domitilla Pandatariam, altera Domitilla, Clementis sororis filia, Pontias relegatur,
tr. omnes crimine impietatis in deos, propter Iudaismum vel
pot. verius Christianismum: ceteri Christiani, quorum haud exi-
15 guus Romae numerus, fisci Iudaici calumnia premuntur. Glabrio consularis, robore insignis, interficitur (cf. Iuvenal. sat. 4, 95).
96 849 15 C. Manlio Valente, C. Antistio Vetere cos. (suff. Cal. Sept. Ti. Catius Fronto, M. Calpurnius Flaccus) a. d. 14 Cal. Oct., quem diem anxie expectarat, Domitianus a domesticis suis, non insciente uxore Domitia Longina et Petronio Se-
tr. cundo, praet. praef., extinguitur, aetatis a. 45 eodemque
pot. tempore Ephesi *Apollonius Tyanensis*, celeber *θαυματουργός*,
16 populo convocato, acclamasse traditur interfectoribus.
M. COCCEIUS NERVA, Narnia oriundus, bis cos., 18. Sept. ad principatum vocatur, senex 64 annorum. Senatus, frementibus militibus, memoriam Domitiani execratur et acta tollit: et renasci libertas videtur, cum Nerva maiestatis crimen tollit, exules revocat, tributa minuit, iureiurando denique confirmat, se nullum senatorem interfecturum.
97 850 Cos. Imp. Nerva III, T. Verginius Rufus III, suff. *C. Cornelius Tacitus*, minimum 42. annos natus, tum Sex. Iulius Frontinus II, Iulius Lupus, Vettius Proculus et C. Salvius Liberalis.) Hoc principis ingenium aegre ferentes praetoriani, duce Casperio Aeliano, praefecto suo, seditionem faciunt, et Domitiani interfectores, nolente Nerva, ad mortem rapiunt. Itaque cum se in ordinem redactum et contemni senectutem suam videret, *M. Ulpium Traianum*, inferioris Germaniae legatum, virum integerrimum ac bello clarum, tum maxime 42 annorum, extremo Oct. adoptat: mox imperatorii nominis ac tribuniciae potestatis consor-
imp. tem facit. Tribus mensibus post (sec. Victor. Epit. 12.)
98 851 et Cos. Imp. Nerva IV, Nerva Traiano Caesare II cum d.
tr. 28. Ian. Nerva decessisset, *TRAIANUS* in Colonia Agrip-
pot. pinensi principatum suscipit, ipse Italica, urbe Hispaniae,
1 oriundus, et primus imperatorum, qui extra Italiae fines nati essent. Tribuniciae potestatis anni ab 28 Ian. numerantur. C. Salvius Liberalis h. et inseq. anno Britan-

Digitized by Google

p. C.	u. c.	imp.	
			niam regit. Romam regressus Traianus pater patriae appellatur.
99	852	2	Cos. *C. Sosio Senecione*, *A. Cornelio Palma*, familiarissimis principi (suff. Cal. Nov. T. Iulius Ferox) Traianus Romam venit, populo congiarium benignissime dat, ***alimenta ingenuorum*** puerorum puellarumque instituit, ceteris etiam rebus optimum atque humanissimum principem se praestat.
100	853	3	Cos. Imp. Nerva Traianus III, Sex. Iulius Frontinus III (suff. L. Roscius Aelianus Maecius Celer.) M. Priscus repet. ex Africa damnatus (Plin. ep. 2, 11.) Cal. Septemb. *C. Plinius Caecilius Secundus* cos. suffectus (cum C. Iulio Cornuto Tertullo) celebrem illam gratiarum actionem in senatu habet, quam amplificatam evulgavit, ac nos hodie sub nomine Panegyrici legimus. Circus maximus restituitur augeturque.
101	854	4	Cos. Imp. Nerva Traian. IV, Q. Articuleius Paetus.) Traianus iam priore anno exeunte ad BELLUM DACICUM profectus (quibus tributum a Domit. datum negarat), Istro traiecto, ad Tapus vincit ac Decebali regiam Zarmizegethusam capit (nunc vicum Varhely, prope ferream portam Transilvaniae). Curator Tiberius est Ti. Iulius Ferox, cui Plinius succedit.
102	855	5	Cos. Senecio III, L. Licinius Sura II.) Decebalus, ad pacem petendam adactus, agrorum parte multatur, Traianus redit, *Dacicus* a senatu vocatur.
103	856	6	Cos. Suranus et L. Appius Maximus Norbanus II (suff. C. Minicius Fundanus, C. Vettennius Severus, tum L. Neratius Marcellus). Cal. Ian. triumphat Traianus. Pons lapideus in Istro (prope hodiernum oppidum Czernetz) per Apollodorum Damascenum aedificatur.
104	857	7	Cos. Imp. Traiano V, M'. Laberio Maximo (suff. Q. Glitius Atilius Agricola II) Daci rebellant, Sauromatarum legati ad Traianum veniunt. L. Neratius Britanniae praeficitur.
105	858	8	Cos. Tib. Iulius Candidus II, Ti. Iulius Quadratus II (suff. Caelius Clemens.) Medio anno ab urbe profectus Traianus undique Dacos premit, usus imprimis opera *Lusii Quieti* et vero etiam *Hadriani*. Decebalus igitur ad desperationem adactus mortem sibi ipse consciscit. Hadrianus trib. plebis.
106	859	9	Cos. L. Ceionio Commodo Vero, L. Tutio Cereale II (suff. C. Iulio Basso, Cn. Afranio Dextro) ***Dacia in provinciae formam redigitur***, coloniisque conditis (Apulo, Tibisco), firmatur. Alterum ex Dacia triumphum agit Traianus auctumno et imp. V appellatur.
107	860	10	Cos. C. Sosius Senecio II (*Plutarchi* Chaeronensis patronus), L. Licinius Sura III (suff. Cal. Mais L. Minicius Natalis, Q. Licinius Silvanus Granianus.) Cornelius Palma, legatus Syriae, Arabiam Petraeam domat, unde Traianus imp. VI appellatur. Hadrianus praetor est et paulo post Pannoniae inferiori legatus praeficitur; nam h. a. illa provincia divisa est.
108	861	11	Cos. Ap. Annius Trebonius Gallus, M. Atilius Metilius Bradua (suff. L. Verulanus Severus).
109	862	12	Cos. A. Cornel. Palma II, C. Calvisius Tullus II (suff. *P. Aelius Hadrianus*, M. Trebatius Priscus.) Hadrianus cum cognatione Traianum attingeret, tum eius sororis Marcianae

Digitized by Google

p. C. u. c. imp.

neptem, Iuliam Sabinam (adiutus gratia *Plotinae* Augustae), in matrimonium acceperat. Bithynia prov. ad Caesaris curam transfertur, quam ab 17 Sept. Plinius regit, post eum Coelius Clemens, C. Inlius Cornutus.

110 863 13 Cos. Ser. Scipio Salvidienus Orfitus, M. Peducaeus Priscinus (suff. P. Calvisius Tullns, L. Arruntius Largus.) Via per paludes Pomptinas munitur.

111 864 14 Cos. C. Calpurnius Piso, Vettius Rusticus Bolanus (suff. C. Ursus Servianus II, L. Fabius Iustus.) Portus Centumcellanus munitus.

112 865 15 Cos. Imp. Nerva Traianns VI, T. Sextius Africanus.

113 866 16 Cos. L. Publilius Celsus II, C. Clodius Crispinus.) *Columna* cochlis in novo foro *Traiani*, monumentum victoriae Dacicae, Romae dedicatnr.

114 867 17 Cos. Q. Ninnius Hasta, P. Manilins Vopiscus (suff. L. Lollianus Avitus, L. Messius Rusticus.)

Princeps, qui h. a. Optimus dici incipit, *adv. Parthos* imp. Rom. aggressos *profectus* Antiochiam liberat ibique hibernat. Inde

115 868 18 Cos. L. Vipstano Messalla, M. Pedone Vergiliano) vere profectus Euphratensem regionem in potestatem redigit, Coshrois, regis Parthorum, fratrem Parthamasirim Armenia expellit, eamque provinciam Rom. institnit. Abgarus, rex Osrhoënes, se submittit, Mesopotamia, Nisibi ac Singaris urbibus expugnatis, capitur. Traianus ter (VII, VIII, IX) imperatoris titulum sumit.

Antiochiam vere ingens terrae motus ac totam Syriam vastat. Ignatius, episcopus Christianus, supplicii causa Romam mittitur.

116 869 19 Cos. Aemilius Aelianus, L. Antistius Vetus.) Trai. vere Tigrim, ponte facto, traiicit, et Assyriam in potestatem redigit et *Parthici* nomen suscipit. Inde Seleuciam usque et *Ctesiphontem*, regiam Parthorum urbem, progreditur, hostibus intestinorum, nt videtur, bellorum causa pugnae copiam non facientibus. Iudaei interim Cyrenaici et Aegyptiaci arma capiunt, ac, duce Andrea aut Lnca, saevire coeperunt, mox oppressi. Trai. navibus Tigri deductis Oceanum explorat, sed rebellionem gentium devictarum Babylone audit.

117 870 20 Cos. Quinctius Niger, Vipstanus Apronianus.) Domautur legatorum virtute: Lusius Nisibim et Edessam, *Erucius Clarus* et *Iulius Alexander* Seleuciam capinnt et incendunt. Ipse Parthis Ctesiphonte regem dat Parthamaspaten, sed gentem snperbam ad Romanos mores transducere neqnit. Itaque cum in oppugnatione Hatrae urbis in morbum incidisset, Hadrianum Syriae et exercitui praeficit: ipse Romam redire properans Selinunte sive Traianopoli in Cilicia
1 decedit. *HADRIANUS* imperium capessit Antiochiae 3 Id. Augustas, (sed trihnniciam potestatem repetit a Cal. Ian. eiusque exemplum ceteri imp. secnti sunt) incertum utrum ab aegrotante principe adoptatus, an, eo iam mortuo, fictis a Plotina litteris adoptionis ad successionem vocatus. Pacis retinendae cnpidus, cnm multae gentes turbarentur, provinciis trans Euphratem decedere iubet exercitus, etiam Armeuiis suum regem concedit.

p.C.	u. c.	imp.	
118	871	2 tr. pot.	Romam reversns consulatum alternm iuit, collega Fusco Saliuatore, senatuiqne se probare stndet, populo congiarium dat ac debita fisco remittit. Mox in Moesiam proficiscitur, a Sarmatis Roxolanisque tnrbatam. Sed coniuratioue Nigrini commotus, Daciam Martio Turboni permittit, ipse praeter Nigrinum etiam Lusinm Quietnm, Corneliım Palmam, Publilium Celsum, consulares emues, interficiendos curat, veteres snos apud Traianum detrectatores.
119	872	3	Hadrianus III cos. cum Q. Iunio Rustico invidiam illarum caedium eximia liberalitate et imperii aeqnitate delere maxime studet, homo varius per totam vitam, sed qui naturae vitia propter cupiditatem laudis emendare et abscondere niteretur: amicorum comparandorum studiosissimus, sed idem et aliis et sibi molestus, dum omnibus in rebus nnus excellere vult. *Italia*, in quattuor regiones divisa, *consularibus regenda traditur:* officia palatina et militaria et civilia ad novam formulam instituuntur, qua fere nsque ad Constantinum M. servantur. Martins Turbo praet. cohortibus in locum Attiani, quondam tutoris Hadriani, praeficitur. Epistolarum magister eodem ferme tempore *C. Suetonius Tranquillus* fuisse traditur.
120	873	4	Cos. L. Catilius Severus, T. Aurelius Fulvus Boionius.) Hadrianus iter illud nobilissimum iustituit, quo, militari more habituque, omnes imperii provincias peragrat. Galliam Germaniamque primas lustrat; ceterarum ordo, quo quamqne anno adierit, incertior est.
121	874	5	Cos. Annio Vero II, L. Augure, iu Britanniam transgressus provinciam, muro 80000 passunm ducto, ab impressionibus Caledoniorum defendit (cuius reliquiae hodie Picts-wall vocautur). Nemausum, Galliae urbem, eximiis operibus ornat, Tarracoue in Hisp. hibernat. Romae nascitnr VI Cal. Maias M. Aurelius, qui postea imperavit.
122	875	6	Cos. M'. Acilio Aviola, C. Corellio Pansa Hadr. in provincias Orientis proficiscitur.
123	876	7	Cos. Q. Articuleins Paetinus, L. Venuleius Apronianus.
124	877	8	Cos. M'. Acilius Glabrio, C. Bellicius Torquatus (sufl. C. Iulius Gallus, C. Valerius Severus). Britanuiam regit A. Platorins Nepos.
125	878	9	Cos. Valerio Asiatico II, Titio Aquiliuo (suff. L. Epidius) Hadrianns ex Orieute reversus Atheuis hiemat, cui imprimis civitati favet et reditus Cephalleniae ins. dat. Urbem aedificiis aliisqne operibus ornat. Tum Sicilia lustrata,
126	879	10	Cos. Auuio Vero III et L. Eggio Ambibulo Romam revertitur. Albae Pompeiae in Liguria nascitur Cal. Aug. Helvius Pertinax, qui postea imperavit.
127	880	11	Cos. M. Squilla Gallicauus et T. Atilius Titianus (suff. L. Aemilius Iuucus, Sex. Inlins Severus).
128	881	12	Cos. L. Nonius Asprenas Torqnatus II, M. Annins Libo.) Nicomedia et Caesarea in Bithynia terrae motu affliguutur. Pater patriao appellatur Had., Sabina eins uxor Augusta.
129	882	13	P. Iuventio Celso II (celebri Icto), Publicio Marcello (suff. L. Neratio Marcello II, Q. Inlio Balbo) cos. Hadrianns Africam perlustrat, versatur etiam in Arabia. Britanniam nsque ad aun. 132 regit Sex. Iulius Severus.

Digitized by Google

p. C.	u. c.	imp.	
130	883	14	Cos. Q. Fabius Catullinus, M. Flavius Aper.) Templum Romae et Veneris magnificentissimum dedicatur. Hadrianus, iterum ad visendas Orientis provincias Roma profectus, Athenas aedificiis ornat, tum Aegyptum adit ibique versans
131	884	15	Cos. Ser. Octavio Lenate Pontiano, M. Antonio Rufino (h. a. fortasse suff. L. Burbuleius Optatus) Antinoum Bithynum, delicias suas, morte amittit lugetque impensius. Romae *edictum perpetuum*, principis iussu a *Salvio Iuliano* ICto compositum, publicatur, certa quaedam formula iuris dicundi. Cappadociam regit Flavius Arrianus Nicomediensis, philosophus ac scriptor, paulo ante consulatu ornatus. Nascitur Claudius Galenus medicus Pergami.
132	885	16	Cos. C. Serius Augurinus, C. Trebius Sergianus.) Hadr. Syriam visit, sed postquam Athenas rediit, *Iudaei*, ethnicorum in sacra terra religiones non ferentes, *duce Barcochab rebellant:* exardescit bellum internecivum, ducibus Rom. Tineio Rufo, legato Palaestinae, mox Iulio Severo, qui erat pro legato Syriae.
133	886	17	Cos. M. Antonius Hiberus, P. Mummius Sisenna Rutilianus.
134	887	18	Cos. C. Iulius Servilius Ursus Servianus III, C. Vibius Iuventius Varus (suff. Cal. Sept. P. Licinius Pansa, L. Attius Macer).
135	888	19	Luperco et Attico cos. (alii suff. Pontiano et Atiliano) Bether, urbs munita Iudaeorum, expugnatur: bello perisse dicuntur 580000 homines: *Hierosolyma solo aequantur*, et *Aeliae Capitolinae*, eodem loco conditae, introitu omnes Iudaei prohibentur. Romae Hadrianus aegrotans de adoptando filio ac successore cogitat, sed suspicax et saevus complures viros principes partim aperte occidit partim clam tollit, in iis Servianum, olim sororis Paullinae iam mortuae maritum, ipsamque uxorem Sabinam veneno putabatur sustulisse.
136	889	20	Cos. L. Ceionius Commodus, Sex. Vetulenus Civica Pompeianus.) H. a. L. Ceionium Commodum, iuvenem nobilem, pulchrum, sed vitae nimis amoenae cos. adoptat, L. Aelium Caesarem appellat, etiam Pannoniae praeficit.
137	890	21	Cos. L. Aelius Verus Caesar II, P. Caelius Balbinus Vibullius Pius.) Verus tribunicia potestate et proc. imperio ornatur urbisque curam gerit, dum Hadr. Tibure in amoenissima villa aegrotat, sed
138	891	22	Cos. Sulpicio Camerino, Quinctio Nigro, cum Verus Caesar ipsis Cal. Ian. subito decessisset, Hadrianus 5 Cal. Mart. T. Aurelium, consulem a. 120 (qui idem *Antonini* nomen ab Arrio avo materno acceperat), adoptat, ea lege, ut is eodem die duos sibi adoptaret, L. Commodum Verum, Caesaris mortui filium impuberem, et M. Annium Verum, adolescentem 17 annorum, nobili genere ortum: post quae non multo post 6 Id. Iul. Hadrianus aquae intercutis molestissimo morbo Baiis decessit, annum agens 63.
		1	Succedit 51 annos natus *ANTONINUS PIUS* (sive *T. Aelius Hadrianus A. P.)*, qui precibus suis patri divinos honores ab invito senatu impetrat, ipse placidus ac clemens, Numae, prisci regis, imaginem referens, quippe qui in nullius unquam senatoris mortem consenserit, et optima quaeque tam perspexerit prudenter, quam voluerit benigne: otii

p. C.	u. c.	imp.	
			houesti ac pacis studiosissimus, uec tameu non fortiter imperii fines et socios adversus barbaras geutes defendeus.
139	892	2	Cos. Imp. T. Antoninus II, C. Bruttius Praeseus II.) Antoninus M. Aurelio, filio adoptato, *Anniam Faustinam*, filiam snam, despoudet, cum et ipsa Augusta Marci amita esset. Eum et honoribns evehit Caesaremque appellat, et curam gerit, nt eloqnentiae ac philosophiae magistris optimis ntatur, eloqueutiae *Herode Attico* et *Frontone*, philosophiae imprimis Iunio Rustico et Apollouio Chalcedouio, Stoicis; eidem Graecarum litterarum magister est Sextus Chaerouensis, Plutarchi uepos ex filia. Ipse Pius appellatur *pater patriae.*
140	893	3	Consulatum geruut Imp. Autoninns Pius III, M. Aurelius Caesar. Reges dantur Armeniis et Quadis.
141	894	4	Cos. M. Peducaeus Stloga Priscinns, T. Hoenius Severus.) Mortuae Augnstae (Anniae Galeriae Faustinae) memoriae causa puellae alimentariae Fanstinianae iustitnuntur. Ptolemaeus astrologus et geographus.
142	895	5	Cos. L. Cuspius Rufinus, L. Statius Quadratus.
143	896	6	Cos. C. Bellicius Torquatus, *Ti. Claudius Atticus Herodes*, hic quidem imprimis eloquentiae laude floreus, sed Graecae, cum Atheniensis esset e pago Marathonio. Eiusdem anni cos. suffectus meuse Iulio et Augusto *M. Cornelius Fronto*, Latinorum rhetorum celeberrimus, Caesarum magister. Neque per provincias *rhetoribus ac philosophis* omuium sectarum sua praemia desuut, quibus *annua sestertia sexagena publice constituuntur.* Christianorum doctriuam turbat Valentinns haereticus.
144	897	7	Cos. L. Hedius Lolliauns Avitus, Claudius (Gavins) Maximns.) In Britanniam crebras excursiones Brigautes faciuut, quibus a legato Lollio Urbico victis, murus cespiticius ulterius profertur, ubi autea Agricolae fuerat.
145	898	8	Imp. Pio IV, M. Aurelio Caes. II cos. (suff. Sex. Calphnrnio Agricola, Ti. Claudio Iuliano) L. Commodus Verus, alter filius adoptatus principis, 14. vitae anno absoluto virilem togam accipit.
146	899	9	Cos. *Sex. Erucius Clarus II*, Cn. Claudius Severus.) Philosophus aguoscitur *Maximus Tyrius*. Nascitur 3 Id. Apr. Severus, qui postea imperavit, Lepti in Africa.
147	900	10	Cos. C. Anuio Largo, C. Prastiua Pacato Messaliuo Marcus Caesar, filiola auctus Lucilla, quae postea L. Vero nupsit, tribunicia potestate et imp. procousulari oruatur et quasi legitimus priucipatus heres osteuditur. Ludi saecnlares celebrantnr, qno ferme tempore *Appianus* Alexaudrinus, procurator Aegypti, *historias* snas edit.
148	901	11	Cos. Torquato et Salvio Iuliano Mauri rebelles ad deditiouem adiguutur.
149	902	12	Cos. Ser. Scipio Orfitus, Q. Nonius Priscus.
150	903	13	Cos. Gallicanus, Antistius Vetus.
151	904	14	Cos. Sex. Quintilius Condianus aut Gordiauus, Sex. Quintil. Maximus, fratres coucordia nobiles e Troade oriuudi. (Casaub. ad Lampr. Commod. c. 4.)
152	905	15	Cos. M'. Acilius Glabrio, M. Valerius Homullns.
153	906	16	Cos. C. Brnttins Praesens, A. Iunins Rufinus.) Aunus iuceudiis Narbone, Antiochiae, Carthagine factis notabilis,

p. C. u. c. imp.

magis etiam indulgentissimis principis litteris de Christianis uou persequeudis. (Instinns Martyr.) L. Verus quaestor.

154 907 17 Cos. L. Verus, Augusti filius, Sextius Lateranus.

155 908 18 Cos. C. Iulius Severus, M. Rufinus Sabinianus (suff. Autius Pollio et Opimianns).

156 909 19 Cos. M. Ceionius Silvanus, C. Serius Augurinus.

157 910 20 Cos. M. Civica Barbarus, M. Metilins Regulns (suff. Q. Canusius Praeuestiuus et C. Lusius Sparsus).

158 911 21 Cos. Sex. Sulpicius Tertullus, C. Tiueius Sacerdos Clemeus.

159 912 22 Cos. Plautius Quintillns, M. Statius Priscus Licinius Italicus.

160 913 23 Cos. T. Clodius Vibius Varus, Ap. Annins Atilins Bradua.

161 914 24 Cos. M. Aurelius Caesar III, L. Commodus Verus II (suff. mense Mart. *Avidius Cassius*, tum P. Furins Saturniuus.) Imp. Pio, d. 7. Mart., aetatis anno 75. mortuo, *MARCUS ANTONINUS*, 40 a. natus, cuius tota vita, et publica et privata, ad philosophorum praecepta sanctissime couformata est, Non. Mart. imperium suscipit, idque statim ultro cum *L. VERO*, cui Lucillam fil. despondet, communicat, qui 8 anuis minor, vitae ratione louge a sapientia Marci abhorret. *Duo* igitur *Augusti* sunt, post mortem vulgo *divi fratres* vocati.

Marco ex Faustiua prid. Cal. Sept. uascuutur gemini, Commodus, qui postea imperavit, et Antoninus, qnarto post auuo mortuus.

162 915 2 Cos. Q. Iunius Rusticus II, C. Vettins Aquilinus (suff. Q. Flavius Tertullus). Barbararum geutium motus undique terrent. Britanniam Caledouii vexant, coutra quos mittitur Sex. Calpurnius Agricola, in Germaniam Raetiamque Catti
Marci impressiouem faciunt, quibus Aufidius Victorinus resistit,
tr. Germaniae sup. legatus, sed praecipue *Parthi*, snb rege
pot. Vologese, Orientis proviucias vastant, postquam apud Ele-
16 giam legionem Romauam, quae Cappadociae praesidebat, cum Severiauo legato conciderunt. Adversus eos imp. *Verus proficiscitur*, dnm Marcus Romae summam remp. admiuistrat. Praetor tutelaris Romae iustituitur, primns fuit Arrius Antoninus.

163 916 3 Cos. M. Poutius Laeliauus Larcius Sabiuus, Q. Mustius Priscus Pastor (suff. Claudius Severus, phil. peripateticus.)
tr. Verus Antiochiae (Daphnae) lnxuriae ac voluptatibus se
pot. dedit, sed interea legati bellum feliciter gerunt: Statius
17 Priscns Artaxata, Armeu. caput, expuguat, mox *Martius Verus* Armeniis regem imponit. Iuridici quattuor per Italiam iustituuntur ex praetoriis viris ab imp. eligendi.

164 917 4 Cos. M. Pompeius Macrinus, P. Iuventius Celsus (suff. Flavius Boethus.) L. Verus Ephesi sollemnia nuptiarum cum Lucilla, Marci filia, celebrat. Marcus appellatur *Armeniacus*, quod nomeu Verus paulo aute sumpserat.

165 918 5 Cos. M. Gavio Orfito, L. Arrio Pudente *Avidius Cassius*, severissimae disciplinae vindex, cnm leg. Syriacis Osrhoëuen
tr. et Adiabeueu in potestatem redigit, Seleuciam ad Tigrim
pot. deditam iucendit, homiuesque interficit, Ctesiphoute regiam
19 Parthorum delet. Sed oritur illiuc de templo Apollinis Chochaei pestilentia.

p. C. u. c. imp.

166 919 6 Cos. Q. Servilius Pudens, L. Fufidius Pollio.) Parthico bello
finito, et Vero (cum histrionibus omnis generis) Romam
tr. reverso, *ambo imp. triumphant* et *Parthici Maximi*, *Medici*
pot. appellantur, imperatorium titulum quartum sumunt. Sed
20 novae calamitates ingruunt, pestilentia longe saevissima,
(quo temp. *Claudius Galenus*, Pergamenus, Romae medicinam factitat,) simul bellum cum *Marcomannis* et *Quadis*, populis Germanicis, superiore anno coeptum, ad quod gerendum ambo imp. profecti, Aquileiae subsistunt.
Commodus 12. Oct. Caesar appellatur.

167 920 7 Cos. Imp. L. Verus III, M. Ummidius Quadratus.) Barbari imperatoribus se submittunt, pacem accipiunt, Augusti in urbem redeunt. Claudius Pompeianus Pannoniae infer. praeest, Q. Iunius Rusticus urbi.

168 921 8 Cos. L. Venuleius Montanus Apronianus II, L. Sergius Paullus II.) Novam expeditionem suscipere coguntur imperatores, in qua vincunt (imp. v).

169 922 9 Cos. Q. Pompeio Senecione Sosio Prisco, P. Caelio Apolli-
nare *L. Verus* in reditu Romam Altini, oppido Venetiae,
tr. media hieme apoplexi *moritur*, eo tantum laudabilis, quod
pot. consilia fratris non impediverat. Marcus deportato Romam
23 corpore fratri divinos honores comparat, ipse ad bellum
redit.

170 923 10 Cos. M. Cornelius Cethegus, C. Erucius Clarus.) Id summa vi Marcus, Carnunti consistens, administrat. Interea Aegyptus pacatur ab Avidio Cassio, et Mauri ex Hisp. pelluntur. Veri viduam, filiam suam, Marcus Claudio Pompeiano, equitis Rom. filio, sed viro sapienti, in matrimonium dat. Annius Verus Caesar moritur.

171 924 11 Cos. T. Statilius Severus (patronus Septim. Severi, affinis sui, postea imperatoris) et L. Alfidius Herennianus.) Athenienses Herodem Atticum accusant apud imp. in Pannonia versantem.

172 925 12 Cos. Maximus et Orfitus.) Cum Marcomanni, Quadi, Iazyges ceteraeque gentes inter Galliam et Daciam trans Danubium colentes denuo rebellassent, Marcus, ut populum tributo levaret, instituta rerum aulicarum auctione, iterum Roma profectus, barbaros persequitur, Germanicus ipse et Commodus fil. appellantur. Helvius Pertinax, qui postea imperavit, inter praetorios ascribitur. Hisp. Baetica, quo melius ab Maurorum incursionibus defendatur, per aliquot annos ad curam imperatoris transfertur, reddita senatui Sardinia.

173 926 13 Cos. M. Aurelius Severus II, Ti. Claudius Pompeianus (Marci imp. gener).

174 927 14 Cos. Ap. Annius Trebonius Gallus, Fulvius Flaccus Cornelianus.) De *Quadis* in ipsorum terra magnam victoriam Marcus reportat, non sine numine divino, cum milites aestu sitique enecti aqua pluvia subito orta reficerentur, quod prodigium a scriptoribus Christianis pietati legionis XII (fulminatae) vulgo tribuitur. Marcus imp. VII appellatur, per breve tempus in urbem redit.

175 928 15 Cos. L. Calpurnius Piso et Salvius Iulianus (suff. *P. Helvius Pertinax*, qui absens cos. gessit). Pax cum barbaris ea condicione componitur, ut a Danubio aliquantum rece-

p.C.	u. c.	imp.	
			dant, imp. VIII et Sarmaticus appellatur: bellum adeo confici posse videbatnr, ni *Avidius Cassius*, Syriae praeses, coutempta Marci aequanimitate et lenitudine, defecisset. Sed is tribus mensibus post a centurione sui exercitus interficitur. Seditione comperta Marcus Commodnm XIV Cal. Iul. ad limitem arcessit, dataque virili toga Non. Iul. heredem imperii constituit: ipse in Asiam transgressus omnibus clementem se praebet. Raetia hoc tempore peculiaris provincia, una legioue ornata, instituitur, item Noricum.
176	929	16 Commodi tr. pot. 1	Cos. T. Vitrasius Pollio II, M. Flavius Aper II.) Per Syriam usque in Aegyptum proficiscitnr, sed redieus *Faustinam* uxorem iu Cilicia (ubi deinde urbs Fanstinopolis condita) morte amittit, sanctitate morum haudquaquam maritum imitatam. Athenis mysteriis initiatur reditusque annuos quattuor scholarum philosophis coustituit. Romam reversus cum 8 anuos, quamvis uou continuos, abfuisset, d. 23 Dec. cum Commodo fil. de Germanis et Sarmatis triumphat, filio tribnniciam potestatem dat, populo viritim 8 aureos dividit.
177	930	17	Cos. *Imp. Aelius Aurelius Commodus*, M. Plautius Quintilius.) Smyrna terrae motu evertitur, Marci liberalitate restituitur, sed idem Christiauos in Gallia Lngdunensi crudeliter vexari patitur. Commodus *Augustus* et *pater patriae* appellatur, Crispinamque, Bruttii Praesentis fil., ducit uxorem.
178	931	18	Cos. Ser. Cornelius Scipio Orfitus, Q. Tineius Rufus (suff. Cal. Oct. *Didius Iulianus*). Aestate Marcus denno cum filio Commodo Roma ad conficieudum bellum Marcomannicnm, quod Quinctilii fratres sustinere uon posseut, 5. Aug. proficiscitnr. SCtum Orfitianum de successioue liberum in boua matris intestatae. Floreut Icti Gaius et Q. Cervidius Scaevola. Septimius Severus praetor est.
179	932	19	Cos. Imp. Commodus II, P. Martius Verus II.) Germani gravi proelio a Pateruo vincuntur; Marcus imp. X appellatnr.
180	933	20	A. d. 16 Cal. Apriles, C. Bruttio Praesente II et Sex Quintilio Condiano cos., imperator philosophus, aetatis anno 59. nondnm expleto, Vindobonae vel Sirmii decedit, *felix, ni talem filium relinqueret*, certe tantopere dilectus a populo Rom., ut sacrilegus iudicaretur, qui eius imaginem domi suae non haberet, cum per facultates habere posset.

Periodus septima a Marci imperatoris morte usque ad divisionem imperii Romani, mortuo Theodosio institutam a. 395 *post Christ. natum.*

p.C.	u. c.	imp.	
180	933	1 tr. pot. 5	*COMMODUS*, anno aetatis 20, Marco Antonino patri succedit, qui taedio laboris, quo citius ad urbanas volnptates redeat, pacem cum Marcomannis et Quadis facere properat, triumphansque (imp. IV dicitur) in urbem redit.
181	934	2	Cos. Imp. Commodus III, L. Antistius Burrns.
182	935	3	Cos. M. Petronio Mamertuo et Q. Tineio Rnfo Britannicum bellum denuo exortum administratur per *Ulpium Marcellum*,

Digitized by Google

p. C. u. c. imp.

veteris disciplinae virum, celebris Icti dubium an filium.
Inde Commodus appellatur Britannicus.
183 936 4 Cos. Imp. Commodus IV, C. Aufidius Victorinus II (suff.
L. Tutilius Pontianus Gentianus, M. Herennius Secundus
et M. Egnatius Postumus.) Thermae Commodianae Romae
constructae. Consilium *interficiendi Commodi* a Lucilla,
ipsius sorore, et Quadrato initum irritum cadit. Qua re
tr. saevior factus ille, cum antea saltem mediocriter regnasset,
pot. principes civitatis et veteres amicos patris, Salvium Iu-
8 lianum, ambos Quinctilios, Paternum, alios, necandos curat.
Perenni, praef. praet., regnandi curas committit, dum ipse
inhonestis exercitationibus corporis studet. *Marcia*, post-
quam Crispina Augusta (Bruttii Praesentis filia), adulterii
convicta, relegata est, concubina imperatoris facta, Chri-
stianis favet.
184 937 5 Cos. L. Cossonius Eggius Marullus, Cn. Papirius Aelianus
(suff. C. Octavius Vindex.)
185 938 6 Cos. Maternus et Bradua.) Perennis a legionibus Britanni-
cis, quas offenderat, missis Romam militibus 1500, ad
tr. supplicium postulatur, et a Commodo deditur. Sed eius
pot. locum ac potentiam *Cleander* libertinus capit, avarior etiam
10 et crudelior.
186 939 7 Imp. Comm. V, M'. Acilio Glabrione II cos. in Britanniam
mittitur *Pertinax*, humili genere ortus, sed qui sub Marco
rebus gerendis assueverat.
187 940 8 Cos. L. Bruttius Crispinus, L. Roscius Aelianus.) Pesti-
lentia Romam et Italiam vastare incipit.
188 941 9 Cos. Fuscianus II, M. Servilius Silanus II.
189 942 10 Cos. ordinarii Iunius Silanus, Q. Servilius Silanus, Hippone
ex Africa oriundi. Sed hoc ferme anno, teste Dione, 25
consules fuisse putamus, et inter eos *L. Septimium Severum*,
ex Africa oriundum, qui postea imperium adeptus est. Fa-
tr. mes per totam Italiam grassatur, quam ob rem Cleander,
pot. a plebe urbana tumultuose inter ludos Circenses accusatus,
14 necatur. Ipse vero Commodus, *ex omni dedecorum ac sce-
lerum colluvione concretus*, cum 300 concubinis, in quibus
etiam sorores suas esse voluit, bacchatur, et eadem cru-
delitate adv. optimum quemque senatorum atque in feras
bestias saevit.
190 943 11 Cos. Imp. Commodus VI, M. Petronius Septimianus.
191 944 12 Cos. Cassius Pedo Apronianus (pater Dionis Cassii historici),
M. Valer. Bradua (Mauricus). *Septimius Severus* Germa-
nicis legionibus ad Danubium praeponitur, *D. Albinus* in
Gallia Frisios transrhenanos vincit. Romae templum pacis
cum aliis multis aedificiis deflagrat. Palladium aegre ser-
vatur.
192 945 13 Cos. Imp. Commodus VII, *P. Helvius Pertinax II*, idemque
tr. praefectus urbis.) Extremo anni die Commodus, coniu-
pot. ratione facta inter Marciam et Eclectum cubicularium et
17 Laetum, praet. milit. praefectum, necatur.
193 946 Cos. Sosio Falcone, Erucio Claro PERTINAX, senex 67
annorum, a coniuratis ad imperium vocatus et militibus
commendatus, a senatu libenter accipitur. Augustus et
pater patriae appellatur, trib. potestate ornatur. Sed cum vix
coepisset (Dio Cassius historicus ab eo praetura auctus est)

p. C. u. c. imp.

perturbatis rebus mederi, a praetorianis, eius modestiam non ferentibus, 5 Cal. April. occiditur. *M. Didius Salvius IULIANUS*, natus exeunte Ian. an. 133, consularis dives ac nobilis, fremente populo, imperium a militibus mercatur (30 sestertiis viritim), sed contra eum Antiochiae

1 *C. Pescennius Niger Iustus*, Carnunti in Pannonia *L. Septimius SEVERUS*, Lepti in Africa oriundus, existunt. Hic quidem, perductis in partes Illyricianis Gallicanisque exercitibus, Romam citato agmine properat. *Iulianus*, ab omnibus desertus et impune contemptus, Cal. Iun. *occiditur*. Praetorianos Severus graviter increpitos exanctorat, et primus ex *omnibus* exercitibus supplet (cum ea militia antea non fere nisi Italicae et Hispanicae pubi patuisset), aucto etiam horum militum numero usque ad 50000. *D. Clodium Septimium Albinum*, legatum Britanniae, hominem nobilem et senatus gratia florentem, sibi conciliat Caesaris dignitate pro tempore ornatum. Triginta diebus post, Roma relicta, adversus Nigrum, qui praemissis legatis, iam Byzantium occupaverat, proficiscitur.

194 947 2 Cos. Imp. Septimius Severus II, D. Albinus Caesar II.) Tribus proeliis cruentissimis factis apud Cyzicum, Nicaeam, Issum, Severus, ductu suo, sed opera legatorum (Anulini, Candidi, Laterani, Laeti) Nigrianos exercitus vincit, ipsum in fuga occidit. Byzantium obsidere incipit.

195 948 3 Cos. Scapula Tertullus et Tineius Clemens (suff. L. Marius Maximus Perpetuus Aurelianus). Id etiam post Nigri mortem fortissime defenditur. Severus Osrhoënos, Adiabenos, Arabes, Mesopotamiam incolentes, ipse Nisibi commorans per legatos in potestatem redigit. Inde *Arabicus, Adiabenicus* appellatur.

Septimius *Tertullianus*, causarum patronus Carthagine, Christianus fit.

196 949 4 Domitio Dextro II, L. Valerio Messalla Thrasea Prisco (suff. Cal. Mais P. Fusco) cos. Byzantium tandem deditum moenibus privatur ac Perinthiis subiicitur. Severus rebus in Oriente compositis revertens Viminacii Caracallum fil. *Caesarem* appellat et Antoninum: extremo anno Romam reversus *Albinum* hostem iudicat, qui compertis imperatoris insidiis, in Galliam transgressus, bellum facere occupaverat. Dio Cassius ex proconsulatu Africae urbis praefecturam accipit.

197 950 5 Sed 11 Cal. Mart. T. Sextio Laterano et L. Cuspio Rufino cos. apud Lugdunum ingenti proelio Albinus vincitur et occiditur: suspecti ob eius amicitiam permulti et Romae et in provinciis necantur, bona publicata in aerarium rediguntur. Huius enim praecipuam quandam curam sibi gerendam esse Severus existimavit, ceteroqui liberalis in milites, quorum stipendia augentur. Britanniam in duas provincias dividit, Romam reversus Commodo divinos honores decernit, 9. Iun. filium maiorem principem inventutis appellari, in collegia pontificum ascribi, imperatorem destinari iubet. Extremo anno in Syriam proficiscitur contra Vologesem, regem Parthorum.

198 951 6 Cos. Saturnino et Gallo Severus Iudaeis pacatis Parthorum fines ingreditur, Ctesiphontem capit ac diripit, Getam, fil.

Digitized by Google

p. C. u. c. imp.

minorem, Caesarem appellat: ipse vocatur *Parthicus*. Interea maior filius, Augusti nomine ornatus, med. fere anno trib. potestatem acceperat.

199 952 7 Cos. P. Cornelius Anulinus II, M. Aufidius Fronto, nepos rhetoris.) Hatram Arabum urbem, frustra Severus obsidet. Senatus 7. Mart. Getam Caesarem confirmat.

200 953 8 Cos. Ti. Claudius Severus, C. Aufidius Victorinus.

201 954 9 Cos. L. Annius Fabianus, Mucianus.) Caracallus togam virilem sumit; nam natus erat 4. (vel 6.) Apr. anno 188 Lugduni. *Cassius Dio*, (cf. an. 229) historiam pop. Rom. scribere coepit, opus ipsi imperatori probatum.

202 955 10 Antiochiae Severus *consulatum* init *tertium* cum *M. Aurel. Antonino*, maiore filio. Gravi poena proposita *sancit*, *ne quis*, relicto cultu deorum, *Iudaeus aut Christianus fieri velit.* Arabiam, Palaestinam, Aegyptum instrat Alexandrinisque, ut in senatum Romanum recipiantur, tribuit. Romam reversus filii nuptias cum Plautilla, Plautiani filia, celebrat.

203 956 11 Cos. *P. Septimius Geta II*, imp. frater, *C. Fulvius Plautianus II*, socer Caracalli, unus omnium amicorum Severo carissimus; sed is mense Ian., opera generi sui labefactatus, evertitur, Plautilla in exilium agitur; multi eius amici puniuntur. Arcus, qui extat sub monte Capitol., a senatu populoque Rom. imperatoribus dedicatur.

204 957 12 Cos. L. Fabius Cilo Septiminus II (praefectus urbi), M. Annius Flavius Libo.) Ludi saeculares (octavi omnino) aguntur. Arcus imperatoribus erigitur ab argentariis et negotiantibus fori boarii: extat etiamnunc.

205 958 13 Cos. Imp. M. Aurel. Antoninus II, P. Septimius Antoninus *Geta*, alter Severi ex Iulia Domna filius.) *Aemilius Papinianus*, celeberrimus ICtus, praetorii praefectus, cuius muneris maxima pars iurisdictione continetur.

206 959 14 Cos. M. Nummius Umbrius Primus Senecio Albinus, Fulvius Aemilianus.

207 960 15 Cos. M. Nonius Arrius Paulinus Aper et Maximus.

208 961 16 Severus cum filiis, hoc anno consulibus, Antonino III, Geta II, in *Britanniam*, iam ex superiore anno barbarorum incursionibus vexatam, proficiscitur. Etiam Geta tribuniciam potestatem accipit, proximo anno nomen Augusti.

209 962 17 Cos. Ti. Claudio Pompeiano et Avito Caledoniam maximo cum labore et militum detrimento peragrans, barbaros ad pacis condiciones tradendaque arma cogit.

210 963 18 Cos. M. Acilio Faustino, A. Triario Rufino murum transversum per insulam ducit, sive potius veterem Agricolae restituit. Barbaros rebellantes ulterius persequi non potest, Eboraci (York) aegrotans articulorum dolore et sollicitudine de saevitia Antonini Bassiani et patrem et fratrem tollere cupientis.

211 964 19 Decedit pridie Non. Febr. Q. Hedio Rufo Lolliano Gentiano et Pomponio Basso cos. nondum expleto 66. anno. *Antoninus Bassianus*, postea a Gallico vestimento, quod et ipse induebat, et ceteros induere iussit, convicii causa *CA-*
1 *RACALLUS* (sive Caracalla, ap. Dion. *Tarantus*) appel-
tr. latus, imperium iussu quidem patris cum fratre GETA com-
pot. mune habet, sed maiorem partem ipse sibi vindicat. Ne-
14 glectis barbaris Romam reverti properant: cineres Severi

p. C. u. c. imp.

in sepulchro Antoninorum conduntur, quamquam sibi suisque sepulchrum Septizonium in via Appia extruxit.

212 965 2 C. Iulio Aspro II et Aspro cos. Caracallus circa Cal. Mart. fratrem in sinum matris confugientem (circiter 22 a. natum VI Cal. Iun.) occidit, simul eorum, qui illius mortem mo-
tr. leste ferre viderentur, maximum numerum et in iis etiam
pot. *Papinianum.* Militum benevolentiam ingentibus donis sibi
15 conciliat, ob quae et reliquos cives tributis exhaurit (decima hereditatum pro vigesima instituta, et sublato iure succedendi ab intestato) et ditissimum quemque occidit, et *civitatem cum omnibus per imp. Rom. ingenuis hominibus communicat.* Ipse aurigatur, bestias caedit, cum gladiatoribus dimicat, libertis (ac matri Iuliae) rerum publicarum curam relinquit.

213 966 3 Cos. M. Aurel. Antoninus Aug. IV, D. Caelius Balbinus II,
tr. qui postea imperavit.) Roma profectus circa exercitus
pot. provinciales versatur, pacem a Germanicis gentibus auro
16 probato emens, dum suos milites nummis adulterinis donat. Germanici tamen nomine ornatus in urbem revertitur.

214 967 4 Cos. Messalla et Sabinus.) In Alemannos et in Dacia adv. *Gothos* sive Getas (inde *Geticus* sensu ambiguo) male pugnat, dein per Macedoniam furore imitandi veteris regis Alexandri correptus, in Asiam profectus Nicomediae hibernat.

215 968 5 Cos. Laetus II et Cerealis.) Antiochiam in Syriam abit frustraque praetextu belli Parthici quaesito in Aegyptum pervenit, ubi Alexandrinos propter quaedam in ipsum dicta hostili odio prope extinguit.

216 969 6 Cos. A. Catio Sabino II et Cornelio Anulino bellum vel latrocinium potius in Parthos, rege Artabano, suscipit. Romae thermae Antoninianae absolvuntur.

217 970 7 Cos. C. Bruttius Praesens, T. Messius Extricatus II.) Tandem 4 Id. April. Edessa Carrhas proficiscens, machinante Opellio *MACRINO*, uno ex duobus praefectis praetorio, humili genere Caesareae in Mauretania nato anno 164 p. Chr., interficitur. Macrinus imperium d. 11 Apr. arripit, et inhonesta pace cum Parthis facta, Antiochiam redit, prioris vitae turpitudinem bene institutis (vigesima hered. reducta) emendare cupiens. Iulia Augusta inedia sibi mortem consciscit. Metu militum Macrinus divinos honores Caracallo tribuit, Antiochiae hibernat.

218 971 Cos. Imp. M. Opellius Macrinus II et C. Oclatinius Adventus.) *Iulia Maesa*, soror Iuliae Augustae mortuae, vidua Iulii Aviti, cos. a. 209, mulier dives ac prudens, cum milites in castris apud Edessam desiderio Caracalli incensos videret, pecunia aggressa, facile iis persuadet, ut *Bassianum*
1 *ELAGABALUM* (Heliogab.), alterum eius nepotem, ex *Soaemiade* et Vario Marcello natum, Solis sacerdotem venustissimae iuventutis, quem Caracalli esse filium simulabat, imperatorem d. 16 Mai declarent. Macrinus Iuliano, praefecto praet. a militibus deserto, frustra *Diadumenianum* fil. (natum 19 Sept. 208) Caesarem et Antoninum appellat: ipse pugna ad Antiochiam 6 Id. Iun. victus, fuga Romam petens Chalcedone capitur et occiditur cum filio. Novus imperator, 14. a. agens, Nicomediae hibernat, iam tum

Digitized by Google

p. C.	u. c.	imp.	
			impurissimus homo, nec minus crudelitate insignis. Litterae de eius victoria pr. Id. Iul. Romam pervenerunt eodemque die omnes imperatorum honores ei decreti sunt.
219	972	2	Cos. Imp. M. Aurelius Antoninus Pius Felix (sic enim sollemniter vocatur) II, Q. Tineius Sacerdos II.) Elagabalus postquam Romam venit, inter turpissimas voluptates et inauditam luxuriem, quasi natus ad polluendum imp. Rom. et nomen sacratum Antoninorum, id unum serio agit, ut suus deus solus per orbem terrarum colatur, cui et templum Romae in Palatino monte extruit, et uxorem Astarten deam, sive Lunam, Carthagine adveheudam curat.
220	973	3	Cos. Imp. Antoninus III, P. Valerius Eutychianus Comazon II.
221	974	4	Cos. C. Valerio Grato Sabiniano et M. Fabio Seleuco Elagabalus consobrinum suum Bassianum Alexianum, filium *Mammaeae* et Genesii Marciani, Syri, auctore Maesa, a. d. VI Id. Iul. adoptat, Caesaremque appellat, imposito nomine *M. Aurelii Severi Alexandri.*
222	975	5	Cos. Imp. Antoninus IV, Alexander Caesar.) Elagabalus cum Alexandri vitae insidiaretur, a praetorianis, quibus puer unice carus, simul cum matre necatur, corpus in Tiberim proiicitur, a. d. 5 Id. Martias. Cf. Reim. ad D. Cass. lib. 79, p. 1352.
		1	*SEVERUS ALEXANDER*, (natus Cal. Oct. a. 208 p. Chr.) imp. suscipit, omnia ex consilio matris, prudentis, sed ambitiosae et avarae mulieris, agens. Ipse omnium virtutum amantissimus remp. cum cura administrat, assessoribus utens viris sapientissimis, quorum princeps imperatoris gratia *Domitius Ulpianus*, scriniorum magister, mox praefectus praet., *celeberrimus iuris conditor*, tum *Iulius Paullus*, ICtus, Anton. Gordianus, Catilius Severus, alii. (Vide Lamprid. vit. Al. Sev. extr.) Pudor in palatium redit, auctoritas iudiciis restituitur, vectigalia imminuuntur. Christianis cum ipse imperator, tum Mammaea favet, quae doctrinam Christianam ex sermonibus Antiochiae cum *Origine* habitis percepisse traditur.
223	976	2	Cos. L. Marius Maximus Aurelianus II, L. Roscius Paculus Papirius Aelianus.
224	977	3	Cos. Appius Claudius Iulianus II, L. Bruttius Quintius Crispinus.
225	978	4	Cos. Ti. Manilius Fuscus II et Ser. Calpurnius Domitius Dexter. (suff. L. Turpilius Dexter, M. Maecius Rufus).
226	979	5	Cos. Imp. Alexandro Severo II, L. Aufidio Marcello II in Oriente *imperium Parthorum et regnum Arsacidarum a Persis evertitur.* Novus rex *Artaxerxes* (Ardshir) *Sassanides* (Sassani fil.) victo et occiso Artabano de restituendis pristini regni Persarum finibus cogitat. (Duravit hoc imperium usq. ad a. 651 regemque Iezdegird occisum.)
227	980	6	Cos. Albinus et Maximus.) Thermae Alexandrinae Romae aedificatae.
228	981	7	Cos. Modesto II et Probo milites praetor. Romae *Ulpianum*, veteris disciplinae assertorem, cum, Flaviano et Chresto collegis sublatis, solus esset praefectus, tumultu facto, trucidant, frustra defendente imperatore.
229	982	8	Cos. Imp. Alex. Sev. III, *T. Cassius Dio* II; sed hic quidem, invisus militibus ob disciplinam legionum Pannoni-

p.C.	u. c.	imp.	
			carum severe restitutam, illorum oculis subtrahendus est: mox consulatu perfunctus Nicaeam, patriam urbem, redit amplumque historiarum opus perficit.
230	983	9	Cos. L. Virius Agricola, Sex. Catius Clementinus.
231	984	10	Cos. Ti. Claudius Pompeianus, T. Fl. Peligniauus.) Alex. contra Persas, imperii fines incursantes, proficiscitur.
232	985	11	Cos. Lupo et Maximo M. Antonius Gordianus Africae praeponitur, vir nobilitate ac divitiis excellens, moribusque probatus. Ei Flav. Philostratus Atheniensis, scriptor vitae Apollonii Tyanensis, vitas sophistarum inscripsit. Alexander disciplina militari, quae Antiochiae corrupta erat, aliquatenus restituta, contra Artaxerxem bellum gerit — si Romanum eius vitae auctorem Lampridium sequare, felicissime, si *Herodianum*, Graecum scriptorem, haud sane laudabiliter.
233	986	12	Cos. Maximo et Paterno Romam reversus 7 Cal. Oct. triumphat.
234	987	13	Cos. Maximo II et Urbano mox adversus Germanos Galliam vexantes proficiscitur.
235	988	14	Ibi 13 aut 14 Cal. Apr. Severo et Ti. Claudio Aurelio Quinctiano cos. in castris ad Rhenum versantem milites, fortiorem et liberaliorem dominum desiderantes, Alexandrum
		1	cum matre Mammaea interficiunt: *C. Iulium Verum MAXIMINUM*, *Thracem*, utroque parente barbaro genitum, sed corporis robore et rei militaris peritia insignem, Christianae religioni inimicum, sibi praeficiunt, qui multorum caede auspicatus imperium, Rhenum transit, et Germaniam late vastat. Maximinus a. d. VIII Cal. Apr. Romae Augustus appellatur omnibusque imperatorum honoribus ornatur. *Maximus*, imp. fil., Caesar et princeps iuventutis appellatur.
236	989	2	*Consulatum*, collega M. Pupienio Africano, init Sirmii, bellum contra *Sarmatas* moliens.
237	990	3	Cos. P. Titius Perpetuus, L. Ovinius Rusticus Cornelianus.) Domitis Germanorum gentibus Sirmii hiemat.
238	991	4	Cos. Ulpio et Proculo Pontiano (suff. Iunio Silano, Claudio Iuliano, Celso Aeliano). Iniuriis procuratoris Caesariani commoti Afri *Gordianum* procos. suum imperatorem mense Martio salutant, qui senex octogenarius filium suum, legatum consularem, imperii consortem declarat. Sed dum Romae senatus, cupide acceptis Gordiani litteris, bellum contra Maximinum *hostem* parat, *Capelianus*, Mauritaniae praefectus, minorem Gordianum pugna victum occidit, eoque nuntio perculsus pater vitam laqueo finit. Senatus ea re perterritus ad *Clodium Pupienum* MAXIMUM et *Caelium* BALBINUM, maximae tum dignitatis senatores, imperium defert, qui tertium *Gordianum*, puerum etiamtunc, nepotem primi ex filia, flagitante populo, Caesarem nuncupant. Interea Maximinus furens cum exercitu Italiam ingreditur: cives sublatis omnibus, quae victum praebere possint, in urbes munitas se recipiunt. Itaque milites cum inopia premantur in oppugnanda *Aquileia*, et consensum totius orbis terrarum vereantur, illum una cum filio iuvene mense Maio interficiunt, et in partes Maximi, apud Ravennam cum exercitu sedentis, quamquam subinviti,

Digitized by Google

p. C.	u. c.	imp.	
			transeunt. Neque Romae praetoriani imperatores sibi a senatu impositos ferunt, eosque ludis Capitolinis, mense Iulio, impetu facto, interficiunt, et *M. Antonium* GOR-DIANUM *Pium*, puerum 11 vel 13 vel 16 annorum (nat. XIII Cal. Febr.) *quia non erat alius in praesenti*, Augustum salutant.
			Censorinus librum de die natali edit (cf. c. 21).
239	992	2	Cos. Imp. M. Anton. Gordianus, M'. Acilius Aviola.
240	993	3	Cos. Vettius Sabinus II et Venustus.) Sabinianus in Africa imperium capessit, sed a Mauritaniae praeside vincitur ac capitur.
241	994	4	Cos. Imp. Gordiano II et Pompeiano *bellum Persicum* vehementius renascitur. Gordianus, filia C. Furii Sabinii Aquilae *Temesithei* in matrimonium ducta, socerum, belli pacisque artibus clarum, et cohortibus praetor. praeficit, et eius consiliis in ceteris reip. partibus administrandis utitur.
242	995	5	Cos. C. Asinio Praetextato et C. Vettio Attico, Gordianus adversus Persas regemque *Saporem*, Artaxerxis filium et successorem, profectus hostes, Temesithei opera usus, Syria et Mesopotamia expellit.
243	996	6	Cos. L. Annio Arriano et C. Cervonio Papo, Gordiano triumphus in quadrigis elephantorum decernitur. Cum autem Temesitheus decessisset, *Philippus*, Bostris ex Arabia Trachonitide oriundus, praef. praet. fit, qui mox favore militum abusus adolescenti imperatori collega et tutor additur.
244	997	7	Cos. Septimio Peregrino et Fulvio Aemiliano, mense Martio, eundem innocentem apud castrum Circesium in finibus Assyriae et dignitate et vita privat. *M. Iulius* PHILIP-PUS filium appellat Caesarem ac pace facta cum Persis Antiochiam, inde Romam revertitur: nec sine laude regnat, Christianae fidei cultor, si Zonarae credere licet. *Plotinus*, Ammonii Saccae Alex. discipulus, Romae sedem collocat.
245	998	2	Cos. Imp. M. Iulius Philippus, C. Mesius Aquillius Fabius Titianus.) Cum Carpis, populo Scythico, Phil. pugnat et Carpicus, item Germanicus appellatur.
246	999	3	Cos. Praesens et Albinus.) Tascius Cyprianus, rhetor Carthag., Christianorum sacra amplectitur.
247	1000	4	Cos. Imp. M. Iulius Philippus II cum filio Philippo Caesare Paliliis (21. Apr.) filium appellat Augustum atque ab eo die usque ad Palil. inseq. anni *ludos saeculares* celebrat ingenti apparatu.
248	1001	5	Iidem cos. pater III, filius II.) Philippopolis in Thracia constituitur. Deficiunt legiones in Moesia, quae Ti. Claudium *Marinum* Pacatianum ad imperium vocant.
249	1002	6	Cos. L. Fulvio Aemiliano II et L. Naevio Aquilino deficiunt etiam provinciae Syriacae imperatoremque creant M. *Iotapianum*. Sed celeriter deiecto Marino *C. Messius* QUINTUS *Traianus* DECIUS, Bubalia, Sirmiensium vico, ex Pannonia inferiore oriundus, inquirendi causa a Philippo missus ab legionibus Moesicis invitus imp. consalutatur. Philippus litteris eius fidem non habens, quibus se imperium depositurum pollicetur, simul ac Romam venisset, cum exercitu occurrit, sed proelio apud Veronam commisso victus cum

p. C.	u. c.	imp.	
			filio interficitur, ineunte Sept. vel Oct. Decius filium *Q. Herennium Etruscum Messium Decium* Caesarem ac principem iuventutis appellat, eidem anno inseq. tribuniciam potestatem tribuit.
250	1003	2	Decius (iterum cos. cum Maximo Grato), oppressis in Gallia seditionibus, Romam reversus saevam per totum imp. Christianorum persecutionem excitat. Fabianus, episcop. Romae, supplicio affectus.
251	1004	3	Decius tertium cos. cum filio Caesare *Gothos*, Philippopoli urbe capta, Thraciam depopulantes profligat, sed dum acrius ultra Danubium urget, ipse cum filio in pugna cadit, extr. anno. Exercitus *C. Vibium Trebonianum GALLUM*, Meninge insula, ad litus Africae sita, oriundum, imperatorem declarat, qui Decii filium minorem *C. Valentem Hostilianum* collegam imp. accepit, sed cito morbi specie sustulit.
252	1005	1	Consulatum gerit Imp. C. Vibius Treb. Gallus II (fuerat iam ante cos. mense Maio anni 250) cum filio Volusiano, qui a. super. Caesar, hoc Augustus appellatur. Pestilentia per totum orbem terrarum grassari coepit neque desinit, nisi post 15 annos ingenti hominum multitudine extincta.
253	1006	2	Imp. Volusiano II, M. Valerio Maximo cos. *Aemilianus*, Moesiae legatus, victoria de Gothis reportata elatus, purpuram sumit exercituque coacto ad Italiam occupandam properat.
254	1007	3	*Gallus* ex urbe profectus a militibus suis Interamnae *interficitur*, mense Maio. Sed vindex cum leg. Gallicanis et Germanicanis adest *Valerianus*, iam sup. anno Augustus appellatus. Aemilianus, antequam res ad manus veniat, ab exercitu suo apud Spoletum necatur.
		2	*P. Licinius VALERIANUS* Romae studiose exceptus P. Licinium Egnatium *GALLIENUM* filium suum imperii consortem declararat, ac perturbato rerum statui, quantum potest, mederi conatur. Ipse II cum Gallieno cos. agnoscuntur, Gallia atque adeo Hispania *Germanorum* populationibus vexatur.
255	1008	3	Iidem cos. Valerianus III, Gallienus II.) Pater in Oriente versatur, fil. adversus barbaros Europaeos pugnat.
256	1009	4	Valerio Maximo II et Glabrione cos. Gallienus vel potius Postumus legatus victoriam de *Francis* reportat.
257	1010	5	Cos. Imp. Valer. IV, Gallieno III, *Gothi*, denuo transgressi Danubium, Thessalonicam quidem frustra oppugnant, sed agros per Moesiam Thraciamque vastant, Persarum rex Sapores Syriam ipsamque Antiochiam invadit, et *Cyriadem* (1 *) illis provinciis Augustum imponit. Valerianus

*) Qui ab hoc inde tempore, dum Valerianus bello Persico occupatur et Gallieni imperium contemnitur, a suis exercitibus Imperatores declarati sunt, vulgo vocantur *triginta tyranni*, qua appellatione *Trebellius Pollio*, qui eorum omnium vitas breviter (neque invenuste pro ingenio aetatis suae) descripsit, ad similitudinem Atheniensium *trigintavirum* usus videtur. Sed cum ille scriptor numerum suum conficere non potuerit, quin etiam obscurissimum quemque imperatorem et cum patribus filios imperii consortes in litteras mitteret, nos satis habuimus, numeris ascriptis, quibus apud illum leguntur, historiae Rom. studiosos eo amandare. Rerum ipsarum ordo difficillimus est ad constituendum.

Digitized by Google

p. C. u. c. imp.

Christianos persequi coepit, instinctus a Macriano, praef. praet.

258 1011 6 Cos. Memmio Tusco et Basso imp. Valerianus ipse Byzantio in Asiam transit, Syriamque, Cyriade interfecto, in potestatem redigit. Interea *Ingenuus* (8) a Moesicis legionibus imperator appellatur, adversus quem dum Gallienus proficiscitur, *M. Cassianius Latinius Postumus* (2) in Gallia totius provinciae consensu purpuram sumit, mox Saloninum Caesarem, Gallieni fil., in colonia Agrippinensi captum occidit.

Cyprianus, episcopus Carthaginiensis, religionis causa supplicio affectus.

259 1012 7 Cos. L. Fulvio Gavio Numisio Petronio Aemiliano et Basso Ingenuus Aureoli opera cito victus perit, sed ultorem invenit Regillianum (9). *Alemanni* Italiam transpad. populantur, sed et ipsi proelio apud Mediolanum victi reverti coguntur.

260 1013 8 Cos. Cornelio Seculare II et Donato *Valerianus* in Mesopotamia (circa Edessam) prodente Macriano, *a Persis* vincitur et *vivus capitur*, senex septuagenarius. Inter omnia ludibria cum rege circumductus aliquot demum annis post moritur. Hostes sine ullo metu Syriam populantur, Tarsum Ciliciae urbem, Heracleam Cappadociae expugnant.

261 1014 9 Adversus *GALLIENUM* (h. a. IV cos. cum L. Petronio Tauro Volusiano), hominem non malum, sed mollem et tantae rerum moli imparem, plures simul imperatores surgunt, *Macrianus* (12) in Syria, *Valens* (18) et *Calpurnius Piso* (20) in Graecia, sed cito opprimuntur: Macrianus quidem usque in Illyricum progressus, proelio commisso ab Aureolo opprimitur. Interea **Odenathus** (14), decurio Palmyrenus, domi suae nobilissimus, Mesopotamiam suis ipse auspiciis *a Persis liberat*, et victis in Syria Macriani partibus, a. 264 a Gallieno in consortionem imperii nominisque Augusti assumitur.

262 1015 10 Imp. Gallieno V et Faustino cos. *Gothorum* catervae navibus coactis per Asiam ipsamque Graeciam populando grassantur (Trapezuntem, Chalcedonem, Nicomediam, Nicaeam improviso adorti capiunt ac diripiunt).

263 1016 11 Cos. Albinus II et Maximus Dexter.) Gallienus Romam reversus vota decennalia solvit.

264 1017 12 Cos. Imp. Gallienus VI, Amulius Saturninus.

265 1018 13 Cos. Licinio Valeriano, Valeriani Aug. filio, II et L. Caesonio Lucillo Macro Rufiniano in Gallia *Postumus*, septimo imperii anno, seditione militum suorum perit, neque tamen eam provinciam Gallienus recuperare potest, cum alius post alium imperator a militibus instituatur. Cf. Trebell. Poll. 5. 6. 4. 7. 30. Superat ad extremum *Tetricus* (23.) (24).

266 1019 14 Cos. Imp. Gallienus VII et Sabinillus.

267 1020 15 Cos. Paterno et Arcesilao cum Odenathus a *Maeonio* (16), consobrino suo, necatus esset, Zenobia, eius uxor, et rebellem opprimit et imperii ius ipsa prudenter obtinet. Etiam *Aureolus* (10), qui Gallieno fidelem operam praestiterat, h. a. in Raetia purpuram sumit; sed eum Gallienus, omnibus copiis suis contractis, vincit ac Mediolani obsidet.

p. C. u. c. imp.

268 1021 16 Ibi dum in castris versatur Gallienus, Aureoli fraude, a
coniuratis militibus interficitur, anno ineunte, Paterno II
et Mariniano cos. Neque tamen insidiarum, quam speraverat, mercedem Aureolus fert: nam ad deditionem com-
1 pulsus interficitur, *M. Aurelius CLAUDIUS (Gothicus)*,
ex Dardania obscuro genere ortus, sed bellica laude et
iustitia clarus, ab exercitu imperator salutatur. Hic tandem veterem Rom. virtutem ostendit divinisque honoribus
Gallieno decretis Alemannos ad lacum Benacum vincit.
Inde, omissa Gallia, bellum barbaricum praevertendum
ratus

269 1022 2 (iterum cos. cum Paterno) adversus *Gothos*, Cassandriam et Thessalonicam in Maced. obsidione prementes (etiam Athenas tunc insedisse dicuntur) proficiscitur, eosque tribus ingentibus proeliis factis (unde *Gothicus* appellatur) superat. *Plotinus* philosophus in Campania mortuus.

270 1023 3 (Antiochiano et Orfito cos.) Claudius Gothos in montem
Haemum compulsos prorsus *devincit*. Sed non multo post,
mense Aprili, Sirmii morbo decedit. Ei omnium leg.
consensu (nam *Quintillus*, Claudii frater, qui Romae pur-
1 puram sumpserat, cito periit), succedit *L. Domitius AURELIANUS*, ignobili genere in Dacia ortus, qui primum mi-
litiae gradum sub Claudio tenuerat, immodicae severi-
tatis, sed ad restituendum imp. Rom. natus. Is stabilem
cum Gothis pacem fecit, *relicta* provincia *Dacia*, trans Da-
nubium sita.

Porphyrius triginta librorum opus contra Christianos edit.

271 1024 2 Imp. *Aurelianus* (cos. cum Ceionio Virio Basso II) Italiam Alemannorum populationibus liberat, Romae seditiones comprimit, *urbem muris* novis cingere coepit.

272 1025 3 Inde cos. Quieto et Voldumiano in Asiam proficiscens barbaros ultra Danubium submovet, Tyana capit, Syriam ipse, Zenobiae copiis victis, in potestatem redigit, Aegyptum per *Probum*, legatum suum, recuperat.

273 1026 4 Cos. Tacito et Placidiano ipsam *Palmyram* obsidione premit, reginam ex fuga retractam capit, urbem deditam, cum paulo post rebellasset, *diruit*. *Cassius Longinus*, sophista Graecus, qui Zenobiae gratia floruerat, captus supplicio afficitur.

274 1027 5 Aurelianus (cos. II cum C. Iulio Capitolino) pacata Asia atque Aegypto, ubi Firmus tyrannus extiterat, adv. *C. Pesuvium Tetricum*, qui cum filio, quem Caesarem dixerat, in Galliis dominabatur, proficiscitur, sed ille, eductis in aciem utrimque copiis, ultro se dedit. Aurelianus, rebus compositis, Romam triumphans quadrigis elephantorum reversus, et Zenobiae et Tetrico parcit. Novam provinciam Daciam constituit.

275 1028 6 Aurelianus cos. III cum T. Nonio Marcellino cum iterum in Orientem adv. Persas profectus esset, fraude Mnesthei liberti sui Caenophrurii inter Heracleam et Byzantium necatur. Milites, facinus ulti, honestissimis precibus senatum ex suo corpore imperatorem eligere iubent. *Post sextum mensem* 7 Cal. Oct. imp. declaratur *M. Claudius TACITUS*, senex venerabilis, princeps senatus. Roma profectus ad exercitum

p. C. u. c. imp.

276 1029 Imp. Tacitus II cum Aemiliano consul Scythas (Alanos), in Pontum et Cappadociam incursantes, profligat, sed mense Aprili Tyanis vel Tarsi morbo decedit. Imperium arripit *M. Annius Florianus*, Taciti frater, sed, nondum tertio mense exacto, a *M. Aurelio PROBO* competitore, quem, Sirmii natum, Tacitus *ob singularem fortitudinem* ducem Orientalium exercituum designaverat, ad desperationem adactus Tarsi vitam finit.

277 1030 2 Probus (cos. cum M. Aurelio Paullino) Germanos, magna parte Galliae potitos (Francos, Lygios, Burgundiones, Vandalos), caedit atque in ipsa Germ. et hoc et proximo anno,

278 1031 3 quo ipse imp. cos. II cum Lupo fuit, bellum tam prospere gerit, ut novem reges se ad deditionem adegisse omnemque Germ. subegisse glorietur. Munimentis inter Rhenum et Danubium factis novi limites firmantur, Germanis tironibus per singulas cohortes distributis exercitus supplentur.

279 1032 4 Imp. Probus cos. III cum Nonio Paterno II Raetiam, Illyricum, Thraciam pacat.

280 1033 5 Cos. Gratus et Messalla.) Occidentalibus provinciis pacatis Probus in Asiam redit, sed priusquam adveniret, *Saturninus* affectati imperii poenas Apameae luerat. Isauros coercet, Blemyas ex Aegypto eiicit.

281 1034 6 Imp. Probus IV cum Tiberiano consul Bastarnarum centum millibus aliisque barbaris sedes in Thracia tribuit, Romam reversus triumphum ducit. Mox in Galliam reversus Proculum et Bonosum, novas res molitos, opprimit, iamque ad exoptatum finem laborum se pervenisse opinabatur.

282 1035 7 Imp. Probus V cum Victorino consul, mense Augusto, Sirmii a militibus suis, quorum viribus in exsiccandis paludibus abutitur, mense circiter Aug. interficitur. Evectus est ad imp. *M. Aurelius CARUS*, Narbone in Gallia natus, tum maxime praef. praetorio, qui CARINUM et NUMERIANUM, filios suos, Caesarum, mox Augustorum dignitate ornat. Caesis Sarmatis, qui post mortem Probi rebellaverant,

283 1036 2 (Caro et Carino cos.) Carinum in Galliam cum imperio mittit, ipse cum Numeriano ad bellum Persicum proficiscitur. Varane rege domesticis bellis occupato, Tigrim traiicit, Ctesiphontem capit, sed prope eam urbem, extremo anno, aut fulmine aut morbo perit.

284 1037 Cos. Carino II et Numeriano II Numerianus cum exercitu ad Hellespontum rediens, Arrii Apri, praef. praet. et soceri sui, fraude clam necatur: quo facinore comperto, milites, crudelitatem et luxuriam Carini, Romae tum maxime com-
1 morantis, aspernantes, *C. Aurelium Valerium DIOCLETIANUM*, humili genere ex Dalmatia ortum, ducem domesticorum, Chalcedone a. d. 15 Cal. Oct. imperatorem creant, hominem prudentem et ambitiosum, sed servis parentibus, ut traditum est, natum.

285 1038 2 Is cos. II cum Aristobulo, mense Martio cum Carino apud Margum, Moesiae urbem ad ripam Danubii, confligit. Proelio superior evadit *Carinus*, sed paulo post a trib. mil., cuius privatim inimicitias meruerat, *interficitur*. Itaque imperium adeptus Diocletianus, cum rustici, *Bagaudarum* nomine, Galliam seditionibus miscerent, MAXI-

p. C.	u. c.	imp.	
			MIANUM (HERCULIUM), hominem agrestem, sed militiae peritum, ac sibi fidelem, Caesaris dignitate ornat, et illuc dimittit.
286	1039	3	Cos. M. Iunius Maximus II, Vettius Aquilinus.) Maximianum, victis Bagaudis, Dioclet. securitatis publicae causa, Cal. April. Nicomediae *Augustum declarat*, et provincias Occidentis, a mari Ionio et Drino fluvio, cum summo imperio curare iubet.
287	1040	4	Cos. Aug. Diocl. III et Maximiano, dum Maxim. Galliam ab impressionibus Germanorum defendit, *Carausius*, classi Romanae contra piratas Francos et Saxones praepositus, Bononia (Boulogne) in Britanniam transvehitur, et privato consilio imperatorem et Augustum se declarat.
288	1041	5	Imp. Maximianus consulatum secundum cum Pomponio Ianuario Treviris init, eodemque anno, dum Diocletianus in Raetiae finibus bellum gerit, ipse Rhenum transgressus Germanos urget.
289	1042	6	Cos. M. Macrius Bassus, L. Ragonius Quintianus (suff. M. Umbrius Primus, T. Flavius Caelianus). Mamertini oratio panegyrica I. Maximiano Treviris dicta.
290	1043	7	Cos. Impp. Diocletiano IV, Maximiano III Carausius Britanniam, classe Romana victa, non solum tuetur, sed etiam Augustos, ut pacem aequis condicionibus secum faciant, adigit. Hieme Dioclet. et Maximian. Mediolani conveniunt.
291	1044	8	Cos. Tiberianus II (Vopisci historici patronus) et Cassius Dio.
292	1045	9	Cos. Annibaliano et Asclepiodoto Cal. Martiis Diocletianus Nicomediae (quam sibi sedem elegerat, cum Maximianus Ravennae, Veronae, Aquileiae, sed maxime Mediolani versaretur), *Fl. Constantium Chlorum* et *Galerium Maximianum*, cogn. *Armentarium*, *Caesares* declarat, qui affinitatibus ita cum Augustis coniunguntur, ut Constantius Maximiani privignam Theodoram cum curatione Galliarum et Hispaniae et Britanniae, Galerius Diocl. filiam Valeriam cum Illyrico accipiat. (Ambo Caesares uxores, quas habuerant, repudiare iussi erant, quamquam Constantius quidem ex *Helena* filium *Constantinum*, iam 18 annorum, nat. a. 274, Febr. 28., susceperat.)
293	1046	10	Cos. Augg. Diocl. V, Maxim. IV.) Carausius in Britannia occiditur fraude *Allecti*, qui et ipse, purpura sumpta, insulam per triennium tenet. Varanes II, Persarum rex moritur, successore Varane III filio, sed quattuor mensibus post Sapor regnum suscipit.
294	1047	11	Cos. Flavius Valerius Constantius et Galerius Valerius Maximianus, Caesares.
295	1048	12	Cos. Nummio Tusco, Cornelio Anullino Carpis victis sedes in Pannonia concessae traduntur.
296	1049	13	Diocl. Aug. VI, Constantio Caes. II cos. Oriens duplici bello commovetur, cum Dioclet. Aegyptum, victo *Achille*, imperii aemulo, in potestatem redigat, Galerius parum prospere adversus Persas et *Narseum* regem in Mesopotamia pugnet. Interea Constantius collecta classe in Britanniam traiicit, eamque insulam, Allecto per Asclepiodotum legatum oppresso, post 10. annum rursus im-

p. C.	u. c.	imp.	
			perio adiungit. Eumenius panegyricum (IV.) recepta Britannia dicit. Augustoduni schola instauratur ab Eumenio. Vid. panegyr. III.
297	1050	14	Maximiano Aug. V, Galerio Caes. II cos. Galerius studio delendae ignominiae accensus novas copias contrahit, et mutato consilio per Armeniam profectus denuo cum Narseo confligit. Ingenti pugna victi Persae ad pacem adiguntur, qua *imperii fines* quinque regionibus usque ad Tigrim amplificantur, Arzanena, Moxoena, Zabdicena, Rehimena, Corduena trans Tigrim. Maximianus in Africa Quinquegentianos rebelles domat.
298	1051	15	Anicio Fausto II, Severo Gallo cos. Constantius Alemannos in Lingonibus (Langres hodie) vincit. Limites imp. ubique firmantur, sed augentur etiam tributa civium, dum *regius cultus*, a Diocletiano inductus, et *quattuor domini* graviter incumbunt.
299	1052	16	Cos. Augg. Diocletianus VII, Maximianus VI.
300	1053	17	Cos. Caesares Constantius III, Galerius Maximianus III.
301	1054	18	Cos. Titianus II et Nepotianus.
302	1055	19	Caesares Constantius et Galerius quartum cos. Narseo in Persis succedit rex Hormisda.
303	1056	20	Cos. Augg. Dioclet. VIII, Maxim. VII.) Diocl. et Galerius, cum diu consultassent de abolendis Christianorum religionibus, Febr. mensis die 23. ecclesiam Nicomediae destruunt: proximo die proposito *edicto* Christianorum ecclesias dirui, sacros libros cremari, antistites in vincula coniici, mox etiam tormentis ad exuendam fidem adigi iubent. Fervet per totum orbem terrarum persecutio, nec tamen eadem ubique vehementia, praesertim ubi Constantii mite ingenium regnat. Eugenius Seleuciae seditionem movet, sed cito opprimitur. Diocl. vicennalia sua Romae celebrat, et triumphum de Persis cum Maximiano agit, urbem novis *thermis* instruere incipit, sed mox, civium libertatem non ferens, urbem relinquit.
304	1057	21	Consulatum nonum cum Maximiano VIII Ravennae cum inisset iam aegrotans, Nicomediam delatus per totum annum morbo laborat, nec nisi
305	1058	22	Cal. Martiis Caesaribus Constantio et Galerio V cos. in publicum prodit. Mox Cal. Maiis *summa dignitate se abdicat*, et privatus in villam prope Salonas se recipit: idem iuvitus Maximianus Mediolani facit, et Lucaniae secessum petit.
			CONSTANTIUS et *GALERIUS* Augusti, ac simul Galerii opera novi Caesares *Fl. Valerius* **Severus** et **Maximinus** *Daza* (Galerii sororis filius) declarantur, quorum alteri Italia et Africa, alteri provinciae Orientis committuntur: (neglectis *Constantino* et *Maxentio*, Constantii et Maximiani filiis.)
306	1059		Cos. Augg. Constantio et Galerio VI cum Constantius
		1	(Iulii 25.) Eboraci in Britannia decessisset, *CONSTANTINUS*, subinvito Galerio, et Caesarem se profitetur, et patris dicionem occupat, mox Francos et Bructeros profligat. — Interea Romae (Oct. 28.) a praetorianis militibus **Maxentius** ad imperium evehitur, et Maximianus, eius pater, resumpta purpura, auctoritatem partibus affert.

12

p. C.	u. c.	imp.	
307	1060	2	Maximiano IX et Constantino cos. *Severus*, quem Galerius Augustum declaraverat, cum exercitu in Italiam properat Maxentium superaturus, sed a militibus desertus Ravennae mense Aprili perit. In eius locum Carnunti Galerius 11 Nov. *LICINIUM* substituit Augustum, quod idem nomen paulo ante Constantinus sumpserat, mox in Asia **Maximinus**, Christianorum osor, sibi ipse imponit. Neque tamen Maxentium aut armis Galerius, aut insidiis Maximianus, senex ambitiosus et impius, deiicere potest. Immo hic Italia pulsus in Galliam ad Constantinum (Treviros) confugit, cui *Faustam*, filiam suam, in matrimonium dederat. (Itaque *sex Augusti*, tres in Occidente, tres in Oriente.)
308	1061	3	Cos. Impp. Maximianus X, Galerius VII.) Alexander in Africa imperium sumit et per triennium tenet.
309	1062	4	Annus dicitur primus post consulatum Maximiani et Galerii.
310	1063	5	Altero anno post consulatum Maximiani et Galerii Maximianus, res novas contra generum molitus, Massiliae captus necem laqueo sibi consciscere cogitur. Sapores II rex Persarum fit.
311	1064	6	Galerio VIII, Maximino II Augg. cos. Galerius (mense Maio) morbo decedit, cui succedit *Licinius*. Maxentius per praefectos suos Africam, Alexandro victo, in potestatem redigit, ipse imbellis et luxuriosus, Christianae fidei cultoribus infensus. Eumenius Aeduensium nomine Constantino in eius quinquennalibus gratias agit de remissis tributis (Paneg. VII).
312	1065	7	Cos. Augg. Constantino II et Licinio II Maxentius Constantinum quoque aggredi parat. Sed hic bellum orsus, Italiam superiorem, reportata in campis Taurinatibus victoria, occupat, ipsum Maxentium in pugna ad *Saxa rubra* profligat (Oct. 27.). *Maxentius fugiens*, dum pontem Mulvium transit, cum equo lapsus in Tiberim submergitur. Cetera facile victori deduntur, praetoriani milites exauctorantur, neque supplentur. *Christianis* edicto proposito non solum impunitatem concedit, sed inseq. anno etiam *aperte favet*.
			Ab hoc anno 8 Cal. Oct. *indictiones* numerari solent.
313	1066	8	Anno ineunte Constantino III et Licinio III Augg. cos. Mediolani nuptiae inter Licinium et Constantiam, sororem Constantini, celebrantur. Prima lex de immunitate clericorum a civilibus muneribus emittitur, cf. Theod. cod. 16, 2, 1 seq. mox ita restringenda, ne clerici fiant nisi pauperes. Treviros reversus Constantinus adv. Francos, Licinius adversus *Maximinum* proficiscitur, qui subito, traiecto in Europam exercitu, bellum coeperat. Sed idem apud Heracleam a Licinio vincitur (prid. Cal. Maias), et aliquot mensibus post, de salute desperans, Tarsi moritur. (Iam igitur *duo soli rerum domini*.) Etiam Licinius Christianae religioni (quam Maximinus frustra extinguere studuerat) favere coepit, neque tamen simul crudelitatem exuit, qua cum in alios, tum in domum Diocletiani utitur. Cirta, Numidiae oppidum, appellari coepta est Constantina.
314	1067	9	Cos. C. Ceionius Rufius Volusianus II et Annianus.) *Bassianum* res novas molitum Constantinus, quamquam suam illi sororem in matrimonium dederat, interficit. *Simul*

p. C.	u. c.	imp.	
			inter ipsos Augg. bellum coepit: duobus proeliis, apud Cibalim, Pannoniae oppidum (Oct. 8.), et apud Hadrianopolim Licinii copiae fundnntur. Concordia restituitur, postquam Licinius omne Illyricnm cum Macedonia et Achaia Constantino cessit.
315	1068	10	Constantino et Licinio Augg. ntroqne IV cos. Const. in Italiam reversus pro Caeciliano contra Donatistas haereticos decernit, crucis supplicium tollit, privilegia ecclesiarum Christianarnm auget.
316	1069	11	Cos. Fl. Rufius Ceionius Sabinus, Q. Aradins Rufinus Procnlus.) Constantinus decennalia sua celebrat, ex Fausta ei Arelati Constantinus nascitur: mox Galliam relinqnit nec eo revertitur. Diocletianns Salonae moritur 3 Non. Dec.
317	1070	12	Cos. Gallicanus et Bassus.) Crispus iuvenis et Constantinns infans, filii Constantini Augusti, et Licinius puer, Licinii Aug. filius, Cal. Mart. Caesares appellantur. Quorum Crispum Latinis litteris erudit *Lactantius*, rhetor et philosophus Christiauus. Constantius nascitur mense Aug.
318	1071	13	Cos. Licinius Aug. V et Crispus Caesar.) Constantinus Sirmii maxime versatur.
319	1072	14	Cos. Constantinns Ang. V et Licinins Caesar.) Sarmatico bello illigatus hoc et proximis annis Constantinus in Pannonia fere et Dacia versatur. Haruspices ne privatim consulantur, sancitur.
320	1073	15	Cos. Constantinus Aug. VI et Constantinus Caesar.) Poenae caelibatus et orbitatis tolluntur edicto, nisi quod ad ipsos inter se coniuges pertinet. Theod. Cod. 8, 16.
321	1074	16	Cos. Crispus Caesar II et Constantinus Caesar II.) Cal. Mart. panegyricns Nazarii in qninquennalibus Caesarum habetur. Lex prima de venerando die Solis sive dominico emittitur, vide Theod. cod. 2, 8. Amplissima facultas accipiendi ex testamentis ecclesiis sive conciliis catholicis conceditur, ib. 16, 2, 4.
322	1075	17	Cos. Petronins Probianus, Anicins Iulianus.) Constantinus victoriam de Sarmatis in ipsorum terra, occiso rege Rausimodo, reportat. Crispus Caesar et Helena, imperatoris mater, Romam veniunt.
323	1076	18	Acilio Severo, Vettio Rufino cos. bellum alternm inter Constantinum et Licinium paratur, postquam ille Gothos persequens in dicionem Licinii ingressus est. Confligunt inter se (Iulii 3.) apud Hadrianopolim, victus Licinins Byzantii obsidetur: classis eius a *Crispo*, Constantini filio, vincitur, et tempestatibns deletur. Itaque Licinius in Asiam transit, sed altero proelio apud Chalcedonem (Sept. 18.) victus, et Nicomediae obsessus, se dedit, nihil pactus nisi vitam. Constantius *Caesar* appellatur d. 8 Nov.
324	1077	19	Crispo III et Constantino III Caess. cos. Constantinus, *iam solus Augustus*, Thessalonicae agens Licinium interfici iubet.
325	1078	20	Paullino et Iuliano cos. Constantinns *primum concilium universale* Christianorum antistitum *Nicaeae* (ab II Cal. Iun. nsqne ad 8 Cal. Aug.) *celebrat*, in quo Ariana opinio de natura Christi damnatur (*ὁμοουσία - ὁμοιουσία*). Gladiatores lege (Theod. cod. 15, 12) prohibiti. *Arnobius*, rhetor Siccensis, Christianns factus.

p. C.	u. c.	imp.	
326	1079	21	Imp. Constantinus VII cos. cum Constantio Caesare in itinere Romano Polae *Crispum* Caesarem, invenem summae spei, *Faustae* novercae calumniis incensus, simulque Licinianum, sororis filium, interficiendos curat, veruntamen detecta fraude etiam Fausta flagitium morte luit. Romae vicennalia sua circa Idus Iulias agitat. Helena, imperatoris mater, (Aug. 18.) morbo decedit ac Romae sepelitur. Relicta Roma, quam rursus non videat, Constantinus Sirmium petit. Papa Sylvester urbis Romae episcopus est.
327	1080	22	Constantino et Maximo cos. *secunda indictio incipit*, cf. supra ad a. 312. Constant. in Macedonia versans Hierosolymis, invento sacro sepulchro, ecclesiam resurrectionis extrui iubet.
328	1081	23	Ianuario et Iusto cos. Const. Nicomediae versans Byzantium, opportunissimam urbem, instaurat et auget, eam sedem imperii eligens, cum vetus Roma nimis multa pristinae libertatis vestigia servaret, peregrinis dominis acerba.
329	1082	24	Cos. Constantinus Aug. VIII et Constantinus Caes. IV.
330	1083	25	Gallicano et Symmacho cos. Christiana urbs *Constantinopolis*, sive *Nova Roma*, iisdem quibus vetus ornata privilegiis Encaeniorum die, Mai 11., *dedicatur*. Simul etiam nova totius reip. descriptio usurpatur per 4 *praefecturas*, quibus totidem praefecti praetorio praesunt, Orientis, Illyrici orientalis, Italiae, Galliarum, 14 *dioeceses* (Aegyptus, Oriens, Pontus, Asia, Thracia — Macedonia, Dacia — Illyricum occidentale, Italia superior, Roma, Africa — Gallia, Hispania, Britannia), 116 *provincias*, quarum suum quaeque rectorem (aut consularem, aut correctorem, aut praesidem) habet. Officium Palatinum septem viris continetur: magistro officiorum, quaestore, comite sacrarum largitionum, comite rerum privatarum, duobus comitibus domesticorum equitum et peditum, denique praeposito sacri cubiculi. Ordines accurate distinguuntur appellationibus virorum *illustrium*, *spectabilium*, *clarissimorum*, *perfectissimorum*. *Consulum* tamen dignitas, quamvis ad speciem tantummodo composita, et *patriciorum* honos, initio rarus, mox frequentior, prae ceteris omnibus excellunt.
331	1084	26	Cos. Bassus et Ablavius.
332	1085	27	Pacatiano et Hilariano cos. Gothi rege Ararico Danubium populandi causa transgressi a Constantino Caesare vincuntur: ipse imp. e propinquo bello praesidet.
333	1086	28	Dalmatio et Zenophilo cos. Constantinus apertius quam antea templa et idola gentilium everti iubet, ac reditus templis detrahit. Contra basilicae in terra sancta plures excitatae, itineraque ad eas frequentantur. Constans, minimus imp. filius, Caesar appellatur. Censurae honore ultimus omnium Dalmatius, frater Constantini, ornatur.
334	1087	29	Cos. L. Ranius Acontius Optatus, Anicius Paulinus.) Sarmatae, a Gothis et suis ipsorum servis (Limigantibus) oppressi, ad 300 milia hominum sedes in imp. Rom. accipiunt. Auget Constantinopolitanae urbis commoda im-

Digitized by Google

p.C.	u.c.	imp	
			perator, advocandis architectis, navicalariis annonae causa tnendis.
335	1088	30	Cos. Iul. Constantius, Augusti frater, Ceionius Rufins Albinus, consulis a. 314 filius.) Ecclesiasticae contentiones de Arianis opinionibus redintegrantur. *Athanasius ὁ ὀρθόδοξος*, episc. Alexandr., in concilio Tyri habito, volente Constantino, damnatur. Post quod *Eusebius*, episcopus Caesariensis, orationem de laudibus Constantini, tricennalia sua celebrantis, habet. Qui quidem eodem anno *imperium*, multo sanguine partum, secundum praefecturas, rursus *inter tres filios dividit*, dum **Constantinum** Galliis, **Constantium** Orienti, **Constantem** Italiae praeficit, ac praeter eos fratris filiis Caesaribus **Dalmatio** Illyricum, **Annibaliano** regna Ponti et Armeniae tribuit.
336	1089	31	Cos. Fl. Popilius Nepotianus, sorore imperatoris genitus, et Facundus.
337	1090	32	Feliciano et Ti. Fabio Titiano cos. Constantinus (Maii 22.) baptismate in communionem Christ. religionis receptns anno aetatis 64. morbo decedit, prope Nicomediam, bellum contra Persas parans, quorum rex *Sapores II* quinque provincias recuperaturus (cf. a. 297) in Mesopotamiam impressionem fecerat. *CONSTANTIUS* ab Euphrate advolat, factionibus militaribus excitatis patrueles et dignitate et vita privat, ceteros etiam propinquos suos tolli aut iubet aut patitur, quorum soli relinqnuntur *Gallus* et *Iulianus*, Iulii Constantii filii impuberes. *Tres fratres Augusti* (Sept. 9.) Constantinopoli Augusti appellantur: Illyricum omne (cum Achaia et Peloponneso) sorti Constantis adiicitur, Africa inter hunc et Constantinum dividitur.
338	1091	2	Cos. Urso et Polemio Constantius in Syriam profectus statim post divisum cum fratribus imperium cum Persis bellum gerit, quo per totam ferme vitam attinetur: gnaviter bellum Antiochiae apparat, sed animus tamen deest ad magnum aliquid audendum. Nisibis a Persis frustra oppugnatur.
339	1092	3	Cos. Augg. Constantius II et Constans.) Constantinus Treveris, Constantius in Syria, Constans fere Sirmii agunt.
340	1093	4	Cos. Acyndinus et L. Aradius Val. Proculus Populonius.) *Constantinus*, portione sua non contentus, Constanti, fratri suo, bellum infert, sed temere pugnam ingressus prope Aquileiam a praefectis fratris per insidias *caeditur*, 24 annos natus, quo facto Gallias ceterasque occid. provincias Constans patrimonio suo adiungit.
341	1094	5	Cos. Antonio Marcellino et Petronio Probino Indict. 14. Constans sacrificiorum insaniam aboleri iubet (Theod. cod. 16, 10, 2.) Proaeresium sophistam, Christianum, in magno honore habet. Orientis provinciae acerrimis *Eusebianorum* (cum Eusebio episc. Nicomed. Arianas opiniones defendentium) contra *Athanasium* contentionibus commoventur: qui cum Constantii iussu armis Alexandria iterum eiectns esset, Romam confugit, mox Constantem patronum adipiscitur.

p. C.	u. c.	imp.	
342	1095	6	Augg. Constantio III et Constante II cos. Franci a Constante vincuntur.
343	1096	7	M. Maecio Memmio Furio Balburio Caecilio Placido et (Fl. Pisidio) Romulo cos. Constans in Britanniam traiicit adversus Pictos et Scotos. *Firmicus Maternus* librum de errore profanarum religionum ad Augustos componit.
344	1097	8	Flaviis Leontio et Sallustio cos. componendarum dissensionum causa concilium Christianorum episcoporum universale *Sardicae* in finibus utriusque imperii habetur, sed discidium, quod tolli debebat, augetur, dum Latini Athanasium acriter defendunt, Graeci Romani episcopi auctoritatem aspernantur.
345	1098	9	Cos. Amantius et Albinus.
346	1099	10	Cos. Augg. Constantius IV, Constans III (aut post consulatum Amantii et Albini). Athanasius, a Constante impense adiutus, in Alexandrinam sedem, laetantibus civibus, restituitur. Sapores iterum frustra Nisibenos obsidione premit. Nascitur Theodosius, postea imperator.
347	1100	11	Cos. Rufinus et Eusebius.
348	1101	12	Fl. Philippo et Fl. Salia cos. Persae denuo irruptionem in Mesopotamiam faciunt: apud Singara mense Aug. vincuntur et castris exuuntur, sed securos Romanos paulo post in iisdem castris opprimunt.
349	1102	13	Cos. Ulpius Limenius et Aconius Catulinus Philomathius.
350	1103	14	Sergio et Nigriniano cos. XV Cal. Febr. Comes MAGNENTIUS Augustoduni (Autun) in Gallia purpuram sumit. *Constans*, nec provincialibus nec militibus acceptus, fuga se eripit, sed Helenae in finibus Hispaniae ab equitibus persequentibus *occiditur*, aetatis anno 30. Magnentius, oppresso *Nepotiano*, Constantini sororis filio, qui Romae se imperatorem professus erat, duas Occidentis praefecturas obtinet, cum in Illyrico *Vetranio*, vetus miles, ab exercitu ad principatum evectus esset. Constantius interim, reverso in regnum suum Sapore, qui iam tertium Nisibim per quattuor menses omni vi hominum et elephantorum oppugnarat, spretis Magnentii condicionibus, bellum parat. Cum Vetranione in gratiam redit, sed eundem Sardicae (Dec. 25.) militum consensu purpura exuit, et Prusam relegat, ubi vitam privatam, at securam ageret.
351	1104	15	Nulli iusti consules fuerunt, annus igitur post consulatum Sergii et Nigriniani notatur.) Constantius, ut habeat, cui curam belli Persici tuto committat, *Gallum*, patruelem suum, custodia liberatum, dataque in matrimonium Constantina sorore, Idib. Mart. *Constantium* Caesarem declarat et Orienti praeficit. Ipse Sept. 28. cum Magnentio apud Mursam, urbem inferioris Pannoniae (hodie Essek), confligit, eumque cruentissimo proelio facto superat (Eutrop. 10, 12).
352	1105	16	Constantio Aug. V et Constantio Caes. cos. Magnentius etiam Italia, proditis praesidiis, expellitur. Seditio Iudaeorum a Gallo opprimitur.
353	1106	17	Constantio Aug. VI et Constantio Caes. II cos. Magn. denuo victus a Constantio apud Alpes Cottias Lugduni, ab omnibus desertus, (Aug. 10.) semet ipse interficit: ceteri defectionis socii severe puniuntur. Post quae Constan-

p. C.	u. c.	imp.	
			tius, dum ennuchis snis, imprimis Ensebio, cubiculi praeposito, publicarum rerum administrationem permittit, Catholicornm et Arianorum, quorum opinionibus ipse favisse traditur, dissensiones componere studet. Templa gentilium ubique claudi inbet (Theod. cod. 16, 10, 4.)
354	1107	18	Constantio Aug. VII et Constantio Caes. III cos. Imperator icto foedere cum Alemannis Mediolani consistit, qno *Gallum* Caesarem, qui paulo ferocins tempore seditionis Antiochiae se gesserat, ad se arcessit, sed eum, cum in itinere Constantina decessisset, Polae in Istria *occidi iubet.* Similem sortem *Iulianus*, illins frater, deprecante Eusebia, Const. uxore, aegre effugiens, *Athenas* a. inseq. tamquam in exilium mittitur, ipso maxime volente ac philosophornm consuetndine se delectante. Himerius sophista ibi docet habetqne discipulos et Inliannm et Basilinm Neocaesarensem.
355	1108	19	Cos. Arbetione et Q. Flavio Maecio Egnatio Lolliano dum imp. Mediolani commoratur, *Sylvanus* in colonia Agrippinensi Galliae repnlsis Germanis nobilitatus, purpnram sumit: sed ab Ursicino post 28 dies opprimitnr. Ea tamen opportunitate *Iulianus* Athenis revocatur, et (Nov. 6.) *Caesar declaratur*, Helenamque Constantii sororem in matrimoninm ducere inbetur. Inde statim Galliis praeficitur. *In concilio Mediolanensi* Athanasius denuo, imperatore haud dnbie inbente, damnatnr, et qui defendere eum ansi essent, pnniuntur. Themistius propter philosophiae et elequentiae laudem Cal. Sept. senator fit Constantinopoli.
356	1109	20	Constantius Ang. cos. VIII cum Iuliano Caesare Mediolani agens sacrificia cultusque simnlacrorum capitis poena sancit (Theod. cod. 16, 10, 6.) Athanasins militum armis Alexandria eiicitur (ferales enim Christianorum inter se inimicitias fuisse eiusdem aetatis scriptor eruditissimus *Ammianus Marcellinus* tradit, lib. 22, 5), sed in deserta Aegypti se recipiens a *monachis*, fortissimis partinm propngnatoribus, cupide defenditur. (Mortuns est eod. anno 105 a. natus *S. Antonius*, monasticae vitae celeberrimus anctor, qnam per septuaginta annos et praeceptis et exemplo docuerat. Hoc praeceptore usus *Pachomius* circa a. 330 in superiore Aegypto coenobia sive claustra instituere coeperat, in quibus severa disciplina coniuncti monachi viverent.) Interea Iulianns cnm Alemannis, propinquam Galliam depopnlantibns, feliciter bellnm gerit; hieme ipse in Senonum oppido (Sens) obsidetur, et desertus a Marcello, mag. eqnit. (quippe qui se mentem anlicornm probe perspexisse pntaret), suae fortnnae permittitur.
357	1110	21	Sed liberatus tandem praeter spem, Laetis Germanis prope Lngdnnnm in fugam versis, Alemannos cnm exercitu longe minore prope Argentoratum devincit, et Rhenum transgressus, vastatis hostium agris, inducias petentibns dat. Inde Francos ad Mosam sedentes aggreditur. Constantins (*h. a. Cos. IX cum Iuliano Caesare II*) Romam visit, et circum obelisco ex Aegypto advecto ornari inbet: magiam divinandique artem capitis poena sancit: urbis

p. C. u. c. imp.

praefecti potestatem iudicialem minuit, praefecti praetorio auget. Tum Mediolanum, inde Sirmium se confert, ac Sirmii hiemat.

358 1111 22 Datiano et Cereale cos. Iulianus, victis multis difficultatibus, Parisiis profectus Francos Salios opprimit, suppliciter orantes in deditionem accipit et sedes in Toxandria retinere patitur, Chamavios ad veteres sedes se recipere cogit. Etiam Constantius trans Danubium adversus Quados, Pannoniae et Moesiae vastatores, feliciter rem gerit: Limigantes Sarmatas caedit, eorumque pristinos dominos (vide ann. 334) in veteres sedes restituit. Frustra a Sapore Partho legatos accipit et remittit (Eustathium philosophum). Rursus Sirmii hiemat. Nicomedia terrae motu gravissima clade afficitur.

359 1112 23 Eusebio et Hypatio cos. dum Constantius in Illyrico commoratur, bello et tertia Sirmiensi synodo occupatus, Sapores iam ferocior factus *Amidam* post diuturnam 73 dierum oppugnationem captam diruit, sed, copiis vehementer attritis, trans Tigrim recedit. (Amm. Marcell. lib. 19.) Ariminensis et mox Constantinopolitana synodi Arianis aequae habentur. Urbs Constantinopolis, quo Const. exeunte anno se confert, suum praef. urbis accipit, sublatis IIviris. Iulianus tertio Rhenum traiicit, et Alemannos, agris vastatis, ad pacem petendam reddendosque captivos 20000 adigit.

360 1113 24 Cos. Constantio Aug. X et Iuliano Caes. III. magna indignatio in Gallia oritur, cum Constantius delectos fortissimos milites suis praesidiis deduci et in Orientem mitti iubet. Seditio fit Lutetiae Parisiorum: *Iulianus* (circa mensem Aprilem) invitus et refragans *Augustus salutatur*, sed modeste agens, dum litteras legatosque ad patruelem de condicionibus imperii mittit et remittit, Alemannos rebellantes domat regemque Vadomarum capit, Francos Attuarios trans Rhenum circa Lupiam amnem sedentes persequitur, fines Romanos reficiendis castellis firmat.

Interim bellum in Oriente infeliciter geritur: *Persae* Singara, mox Bezabden expugnant, eamque urbem frustra Constantius recuperare studet — neque tamen aequas Iuliani condiciones accipit. Hieme alter, postquam aestatem Caesareae in Cappadocia et Edessae transegit, Antiochiae bellum Persicum parat, et, Eusebia mortua, Faustinam uxorem ducit, alter Viennae Helenae mortem luget.

361 1114 25 Tauro et Florentio cos. Iulianus, postquam armis decernere statuit, bellum celeritate occupat: divisis exercitibus, ipse per Germaniam occulto itinere profectus Danubio devehitur, Sirmio cum valido praesidio, quod ibi collocatum erat, mox Succorum angustiis potitur. Sola moratur Aquileiae oppugnatio, quam duae legiones, Sirmii captae, mutata subito fide, occuparant. Interea Iulianus certior fit *de morte Constantii;* nam is, cum nuntium de Iuliani irruptione accepisset, relicto bello Persico iter converterat, sed Mopsucrenis in Cilicia febri correptus decesserat (Nov. 3.) annos natus 45. *IULIANUS* igitur

p. C. u. c. imp.

consensu partium solus Augustus factus, Constantinopolim pacatam 11 Dec. intrat.

362 1115 1 Mamertino et Nebita (Gotho) cos. (cf. Mamertini gratiarum actio pro consulatu, Paneg. X) *ingens rerum mutatio* illico paratur, dum novus imperator, praestantissimum Marci Antonini philosophi exemplum se imitaturum professus, non contentus veterem parsimoniam et disciplinam in aulam revocasse, etiam mores et ingenia hominum corrigere inepte aggreditur: Christianam religionem cum ipse deseruisset, *simulata adversus omnes aequitate pervertere* studet, veterem deorum cultum omni ratione adiuvat et commendat — superstitioni obnoxius, nec philosophiam ad vitam magis, quam ad ostentationem componens. Cum 8 ferme menses Constantinopoli egisset, Antiochiam mense Iulio cum magna annonae caritate pervenit: ibi hibernans et expeditionem in Persas parans, Christianis graviter irascitur, quibus incendium templi Apollinis Daphnaei tribuit, eosque clausa maiore ecclesia ulciscitur: Athanasium, *deorum hostem*, Alexandriam reversum, tertio expelli iubet. (Am. Marcell. lib. 22) *Libanium*, sophistam Antiochensem, litteris florentem, in magno honore habet. Themistius praefectura urbis Constant. ornatur, Proaeresius, sophista Christianus, Atheniensi cathedra se abdicat, quamvis nominatim ab imp. exceptus.

363 1116 2 Cos. *Imp. Fl. Claudius Iulianus IV, Secundus Sallustius Promotus,* idem praef. praet. Galliarum.) Iudaeis sacratissimi templi Hierosolymis restituendi potestatem facit, sed opus aggressi flammis ex terra erumpentibus impediuntur. Mart. 5. Antiochia proficiscitur, *Procopium* et *Sebastianum* cum 30000 mil. recto itinere Assyriam petere iubet, ipse Chaboram amnem ponte facto, ineunte Aprili, transit, et per Mesopotamiam iuxta Euphratem, comitante classe, Ctesiphontem petit. Expugnatis compluribus oppidis, Tigrim transgressus Persas apud Ctesiphontem pugna vincit, sed ab urbe oppugnanda deterretur. Itaque calidiore quam prudentiore consilio classem suam incendit et interiora petit. Mox inopia coactus, cum Persae agros suos urant, redire per Gordyenen statuit. Persequuntur Persae, Iulianus dum laborantibus suis succurrit, (Iunii 26.) *mortiferum* vulnus aut ab hoste, aut a Christiano quodam milite suo accipit a. aetatis 32. Dum duces consultant, inseq. die *FL. IOVIANUS*, primicerius domesticorum, tumultuarie a militibus imperator proclamatur, qui mox, fame et desperatione militum motus, necessariam quidem, sed turpissimam cum Sapore pacem componit, et pro pretio transeundi Tigridis *quinque provincias cum urbe Nisibi*, quae toties Persarum impetus retardaverat, *hosti tradit.* Nisibeni sortem suam complorantes Amidam transducuntur. Imp. per Syriam et Ciliciam, afflictas Christianorum res ubique erigens (quo tempore etiam Athanasius restituitur), celeriter proficiscitur. (Amm. Marc. lib. 23. 24. 25.)

364 1117 Ancyrae *consulatum* init cum Varroniano filio *infante*, sed mox (Febr. 16.) Dadastanae in Galatiae et Bithyniae finibus repentina morte decedit, 33 annos natus.

1 Nicaeae consensu omnium, cum Sallustius praef. praet. se-

p. C. u. c. imp.

nectutem suam excusasset (Febr. 26.) *FL. VALENTINIANUS* absens imperator creatur, tribunus militum domesticorum, 43 annos natus, qui paulo post *VALENTEM*, fratrem suum, d. 28 Mart. imperii consortem declarat, eique totum Orientem cum Constantinopoli, imperii sede, tribuit. Ipse Occidentem sibi eligit, homo parcus et sobrius, moderatus in religionum diversitate, sed idem saevus et facilis ad iram. Statim Valentinianus liberam dei colendi facultatem omnibus, sed tamen sine contemptu Christianae religionis, permittit, etiam haruspicinam maleficiis eximit. Italiae statum compluribus legibus ordinat.

365 1118 2 Valentinianus consulatum Mediolani, frater collega Constantinopoli init. *Symmachus* praefectus urbi (Romae) est. Defensores civitatum hoc fere tempore instituuntur. Valentin. Parisios proficiscitur. Valente forte in Asia absente, *Procopius*, e latebris emergens, 28 Sept. Constantinopoli purpuram sumit, multos ad partes suas traducit, Chalcedonem occupat et inde Valentem repellit. Eclipsin solis observat Theon Alexandrinus.

366 1119 3 Gratiano, nobilissimo puero, et Dagalaipho, magistro militum per Gallias, cos. Procopius in Phrygia victus interficitur. Eodem ferme tempore Alemannos, Galliam incursantes, Iovinus Valentiniani auspiciis proelio apud Catalaunos vincit. Civitas Romana seditionibus et caedibus miscetur, dum *Damasus* et *Ursinus* de episcopatu decertant. (Amm. 27, 3.)

367 1120 4 Cos. Lupicino et Iovino Valens Danubium transgressus Gothorum, quorum auxiliis Procopius adiutus fuerat, terram vastat. Valentinianus, periculoso morbo liberatus, *Gratianum*, maiorem filium, etiamtum puerum (natum 18 Apr. vel 23 Mai. ann. 259 Sirmii) in Ambianis (Amiens) *Augustum declarat*. Britannia, graviter vexata a Pictis Scotisque, adventu *Theodosii* Comitis recreatur: limites usque ad vetus Antonini vallum proferuntur (itaque nova facta provincia *Valentia)*, ac firmantur.

368 1121 5 Valentiniano et Valente Augg. II cos. Alemanni Moguntiacum diripiunt. Valentinianus Rhenum traiicit barbarosque in ipsorum terra (prope Solicinium) profligat: omnemque ripam fluminis (proximis annis) castellis aedificandis permunit.

369 1122 6 Valentiniano, nobilissimo puero (Valentis filio), et Victore cos. Visigothorum iudex *Athanaricus* (nam toti genti praeerat rex *Ermanaricus)* pacem petit a Valente, continuo bello exhaustus. Sapores rebus Armeniae immiscetur et Arsacem regem captum occidit, qui deinde perpetuae contentionis fons est, dum Valens Armeniam tuetur, neque tamen apertum bellum adversus Persas suscipere audet.

370 1123 7 Valentiniano et Valente Augg. III cos. Valentinianus litterarum studiis legibus consulit. Theodosius ex Britannia redux magister equitum factus, Venetiam a barbaris tuetur ac firmat. Basilius ὁ μέγας ecclesiae Caesareensi in Cappadocia episcopus praeficitur.

371 1124 8 Cos. Gratiano Aug. II et Sex. Anicio Petronio Probo *Saxones* latrones Galliam infestant: circumventi a Romanis contra fidem induciarum caeduntur. (Amm. 28, 5.) Valentin.

Digitized by Google

p. C. u. c. imp.

Rhenum iunctis navibus transgressus Bucinobantum terras longe vastat.

372 1125 9 Fl. Domitio Modesto et Fl. Arintheo cos. in Africa *Firmus*, Maurorum regulus, deficit, et a provincialibus, iniuriis *Romani* Comitis oppressis, adiuvatur. Valens Antiochiae belli Persici causa commoratur quaestionesque crudelissime habet de iis, qui magicis artibus successorem suum cognovisse arguebantur. *Athanasius*, episc. Alexandrinus, (2. Maii) obit.

373 1126 10 Valentiniano et Valente Augg. IV cos. Valentis lex de curialibus, qui monachi facti sint, ad curiam sive militiam revocandis aut ad bonorum cessionem adigendis (Theod. cod. 12, 1, 63). Theodosius, magister equitum, in Africam missus, Firmo devicto et ad mortem adacto, quietem restituit.

374 1127 11 Gratiano Aug. III et C. Equitio Valente cos. Quadi et Sarmatae, perfidia ducis Romani commoti, bellum movent et in Pannoniam invadunt. (Sub idem fere tempus Mediolani episcopus creatur *Ambrosius*, cum consularis Liguriae fuisset.)

375 1128 12 Valentinianus, Treviris relictis, Carnunti constitutus non solum reprimit barbarorum conatus, sed Danubium traiectus eorum pagos vastat, homines cuiusvis aetatis trucidat. In hibernis dum deprecantibus Quadorum legatis iracundius respondet, Birgitione ad Danubium subito ictu sanguinis extinguitur (Nov. 17.) 54 annos natus. Sepelitur Constantinopoli 28 Dec.

GRATIANO Augusto Treviris commorante, *VALENTINIANUS iunior*, puer quadrimus, cum matre *Iustina* ab exercitu accitur, Aquinci d. 22 Nov. Augustus nuncupatur, quem maior frater laudabili amore amplectens (cum non eadem atque ipse matre natus esset), regnare quidem per Italicam praefecturam secure patitur, suo tamen consilio omnes Occidentis provincias regit.

376 1129 13 Valente V et Valentiniano Augg. cos. Gratianus multis constitutionibus Italiae statui consulit, bona templorum in fiscum redigit Vestalibusque commoda detrahit. Idem Maximinum, ferocem praef. praet., supplicio afficit, sed eodem *Theodosius*, maximis rebus gestis, Carthagine afficitur. Eius filius eiusdem nominis, qui fortitudinis documenta in Pannonia ediderat, Cancam in Hispaniam secedit et agro colendo vacat.

Hunnorum gens, omnem feritatis modum excedens, ex ultimis Asiae partibus profecta, *subactis Alanis*, Gothorum populos, trans Danubium colentes, premit. (Amm. 31, 2.) *Thervingi* (sive *Visigothi*), ingens multitudo hominum (circa 200000, qui arma ferre possent), suppliciter orantes *intra Romanos fines* recipiuntur, mox *Geuthrungorum* quoque (sive *Ostrogothorum*) copiae (quamquam maior populi pars trans amnem in dicione Hunnorum remansit), Alatheo et Saphrace ducibus, Danubium iniussae traiciunt. Sed cum Lupicinus Comes inhumano mercatu perculsos advenas vexaret, Thervingi, duce *Fritigerno*, apud Marcianopolim arma capiunt, et agros, profligatis Romanis, depopulari coeperunt.

p. C. u. c. imp.

377 1130 14 Cos. Gratianus Aug. IV, Fl. Merobandes, rex Francorum.) Missi a Valente, etiamtum Antiochiae commorante ac pacem cum Persis conciliante, duces Profuturus et Traianus, a Gratiano Richomerus, barbaros tamen in Pannonia inferiore versantes devincere non possunt. Immo Fritigernus pollicitationibus suis Hunnorum et Alanorum equites adducit.

Gratianus Alemannorum Lentiensium 30000 apud Argentariam oppidum sternit, rege Priario capto interfectoque. Praef. praet. et hoc et proximis annis est Hesperius, Ausonii filius; ipse Ausonius praefectus Galliarum est.

378 1131 15 Valens consul VI cum Valentiniano II celeri itinere veteranos ex Syria contra Gothos adducit. Gratianus patruo auxilium ferre properat, sed adventu eius non expectato *Valens*, Sebastiani ducis sui secunda fortuna elatus et Gratiano subinvidens, discrimen pugnae cum Fritigerno *apud Hadrianopolim* adit, et *ingenti clade victus*, vix ut tertia pars exercitus evaderet, ipse ignoto mortis genere 9. aut 11. Aug. perit. (Cf. de eius moribus Amm. Marc. lib. 31, i. e. extremum, c. 14; Arianorum opinionibus deditus Catholicos oppresserat.) Barbari ab oppugnandis munitis urbibus, Hadrianopoli, Perintho, Constantinopoli, repulsi agros tamen impune vastant.

379 1132 1 Cos. *D. Magnus Ausonius*, poëta, et Hermogenianus Olybrius.) In hoc perturbato rerum statu Gratianus *THEODOSIUM* ex Hispaniae secessu revocatum (Ian. 19.) Sirmii Augustum declarat 34 annos natum, et Orientis provinciis una cum Illyrico orientali praeficit. Quo facto res Romana melius ire coepit: Visigothi Thracia depelluntur. Gratiano Treviros reverso gratias pro consulatu agit Ausonius, Augusti olim magister. Sapores rex Persarum moritur.

380 1133 2 Cum Ostrogothis in Pannoniam profectus Gratianus pacem init, Theodosius periculoso morbo corripitur Thessalonicae: ex eo recreatus et baptizatus, feliciter cum Visigothis proeliatur: Constantinopolim reversus, Arianos possessione ecclesiarum depellit, et *Gregorium Nazianzenum* episcopum instituit, aliosque haereticos premit. Priscilliani errores in concilio episcoporum Hisp. Caesaraugustano condemnantur.

381 1134 3 Cos. Eucherio et Syagrio Athanaricus, rex Visigothorum, ad Theodosium Constantinopolim 11 Ian. venit ac paulo post moritur. Sed Visigothi se submittunt aliique barbari suas sedes repetere coguntur. Gratianus et Valentinianus Mediolani fere aut Aquileiae consistunt. Concilium oecumenicum alterum Constantinopoli mense Maio habetur.

382 1135 4 Cos. Antonio et Afranio Syagrio etiam ceteri *Gothi* rebelles *pacem petunt*, ac fideles se fore socios *(foederatos)* pollicentur 3 Oct. (Iornand. c. 28.) Sedes iis ab Theodosio dantur per Thraciam et Moesiam inferiorem. Interea Gratianus eodem studio fidei Christianae, quo Theodosius incensus, Romae collegia sacerdotum et ex curia aram victoriae tolli iubet, neque exorari se legationibus missis (per *Symmachum*) patitur.

p. C	u. c.	imp.	
383	1136	5	Cos. Fl. Merobande II (Occid.) et Fl. Saturnino (Orient.) Theodosius Arcadium, filium suum, mense Ian. Augustum declarat, ut iam quattuor hoc nomine sint. Sed in Britannia imperator a militibus creatur *Magnus Clemens MAXIMUS*, qui cum, collecta omni Britannorum inventute, in Galliam transiecisset, *Gratianus* ab exercitu suo et Merobaude, magistro militum, proditus, fuga Italiam petit, sed in itinere apud Lugdunum interficitur (Aug. 25.) aetatis anno 25. Pax deinde per *Theodosium* composita est, ut Maximus terras, quas occupasset, haberet, sed *Valentinianum* in Italia tutum regnare pateretur. Sapores III, rex Persarum, legatis missis paciscitur cum Theodosio.
384	1137	6	Cos. Richomere et Clearcho frustra Constantinopoli *Libanius*, Mediolani senatus Romani nomine *Symmachus*, praef. urbi, laborant, ut vetus deorum cultus, legibus interdictus, maneat. Acrem et potentem adversarium Symmachus experitur *Ambrosium*, qui quidem eadem contentione pro fide Christianae religionis contra Arianos depugnat. Honorius, Theod. fil., h. a. natus est. Themistius a. Cal. Sept. iterum fit praef. urbi Constantinopoli.
385	1138	7	Arcadio Aug. et Bautone cos. sacrificia per Orientem prohibita lege Theodosii.
386	1139	8	Honorio, nobiliss. puero, et Euodio cos. Geuthrungi, lintribus Danubium transiicere conati, a Promoto Comite maxima clade afficiuntur, quam qui evaserant, Theodosius benigne tractat, et in Phrygia proprias sedes tribuit. Theodosius triumphat 12 Oct. Valentinianus, matris Iustinae instinctu constitutione (Theod. cod. 16, 1, 4) proposita Arianos exaequat Catholicis, cui Ambrosius pertinaciter resistit. Hoc fere tempore *Gildo* comes Africae praeficitur.
387	1140	9	Valentiniano Aug. III et Eutropio cos. Antiocheni, gravitatem tributorum non ferentes, seditionem movent statuasque Augustorum deiiciunt: sed eius delicti mox veniam accipiunt a clementia imperatoris. (Libanii sophistae et Ioannis Chrysostomi, presbyteri Constantinop., ea de re orat. extant.) *Maximus*, dum Valentiniano se reconciliatum simulat, Alpium angustias occupat, et in Italiam mense Aug. irrumpit. Valent. cum matre *Iustina* et *Galla* sorore Thessalonicam fugit, et Theodosii auxilium invocat. Qui cum rei ipsius indignitate motus esset, tum societatem artiorem Gallae nuptiis iungit (decesserat enim anno 385 Flacilla, ex qua Arcadium et Honorium susceperat), et bellum parat.
388	1141	10	Theodosius Aug. (hoc a. cos. II cum Cynegio), pulso ad Sisciam et Petovionem exercitu Maximi, receptaque Hemona, Aquileiae tyrannum capit et supplicio afficit. (aestate h. a.) Galliam in potestatem redigit *Arbogastes*, Francus genere, magister militum, occiso Victore, quem pater Maximus ibi cum imperio reliquerat. Tyrannorum acta abolentur.
389	1142	11	Fl. Timasio et Fl. Promoto cos. (bello claris) Theodosius cum Valentiniano collega et Honorio filio triumphantes Romam 13 Iun. intrant, Theodosio decennalia sua agenti senatus Rom. donum offert 1600 pondo auri. Cal. Sex.

p. C. u. c. imp.

Drepanius, rhetor Burdigalensis, legatus Galliarum, panegyricum ad Theod. habet.

390 1143 12 Cos. Valentiuianus Aug. IV et Neoterius.) Thessalonicenses seditione facta Bothericum, magistrum militum per Illyricum, occiduut, quapropter Theodosius, barbaris immissis, quamquam impunitatem promiserat, vulgo (ad 7000) trucidari iubet. Suaserat eam caedem *Rufinus*, tum magister officiorum. Octo mensibus post cum Theod. Mediolanum venisset ad diem Servatoris nostri natalem, *Ambrosius* eum a communione sacrorum prohibet, neque prius admittit, quam publice se peccasse confessus sit, atque lege sanxerit, ne capitales sententiae ante diem trigesimum ratae sint. (Vid. ad Theod. cod. IX, 40, 13.)

391 1144 13 Cos. Tatianus et Q. Aurelius Symmachus Eusebius.) Theodosius cum Valentiniano totius Occidentis imperium restituisset, Mediolano Constantinopolim 10 Nov. revertitur, atque ad segnitiem vitamque delicatam relabitur. *Sacrificia* et cultus idolorum denuo edictis *prohibentur*. Alexandriae cultus deorum, *Serapio* expugnato ac destructo, extinguitur — sed maximo rei litterariae detrimento, quod libri olim collecti multi tum interierunt.

392 1145 14 Arcadio Aug. II et Fl. Rufino cos. Valentinianus, imperitus iuvenis, duodevic. imp. anno in Galliam profectus, ab *Arbogaste* Comite, homine potenti atque ambitioso, in ordinem paene redigitur, cumque illi resistere ausus esset, Viennae (Maii 15.) laqueo interficitur. Arbogastes Eugenium, magistrum officiorum, litterarum studiis clarum, imperatorem legit, sub eius nomine ipse imperaturus. In Oriente Rufinus cos. ad praefecturam praet. Orientis evehitur, deiecto Tatiano, gentilium defensore.

393 1146 15 Theodosio Aug. III et Abundantio (Eugenio in Occidente) cos. tyranni, auxiliis Francorum et Alemannorum conductis, Alpium angustias, quibus Italia ex Pannonia aditur, firmis praesidiis occupant. Etiam Theodosius bellum parat, Romanis exercitibus suis Timasium et *Stilichonem* Vandalum, Serenae, fratris sui filiae, maritum, barbaris foederatis *Gainam* et Saulum praeficit. Honorium, minorem filium suum, puerum 10 annorum, Augustum (fortasse Ian. 10.) declarat.

394 1147 16 Arcadio III et Honorio II Augg. cos. mense Maio Constantinopoli movet Theod., acriter utrimque pugnatur, vincitur tandem ad Frigidum amnem prope Aquileiam (Sept. 6.) Eugenius atque interficitur, Arbogastes semet ipse interimit. Gildo, Africae Comes et Firmi frater (cf. a. 372), utrisque auxilium denegarat, occasioni intentus, eamque provinciam suo consilio regere pergit.

395 1148 17 Sed paulo postquam solus rerum dominus factus est, Theodosius Mediolani mortem obit (Ian. 17.) cos. *Anicio Hermogeniano Olybrio* et *Anicio Probino*, fratribus germanis, filiis Probi cos. a. 371 (quos Claudianus poëta primo carmine celebrat). Imperium, quemadmodum ipse voluerat, dividitur, neque ex eo inde tempore uni paret.

Digitized by Google

Periodus octava, a morte Magni Theodosii usque ad interitum imperii Romani occidentalis, anno 476, quo tempore barbari, intra fines Romanos recepti, cum singulas provincias in potestatem redegissent, extincto nomine imperatorio, haud dubie sui iuris esse coeperunt.

p. C.	u. c.	imp.	
395	1148	1	*ARCADIUS*, 18 annos natus, Orientem, *HONORIUS, tutore Stilichone*, Occidentem (Mediolani) regit. Apud Arcadium primum potestatis gradum tenet *Rufinus*, qui cum sceleribus ac simulatione pietatis (cuius rei fidem faciunt frequentes constitutiones adv. haereticos h. a. emissae) ad dignitatem praef. praet. Orientis pervenisset, etiam spe fovebatur, fore ut imperatorem filiae nuptiis secum artius coniungeret. Sed ea spe deiicitur ab *Eutropio* eunucho, qui principi ut *Eudoxiam*, filiam Bantonis Franci, cos. a. 385, mense April. in matrimonium duceret, persuasit. Eiusdem Rufini, ut credebatur, instinctu *Alaricus* Baltha, rex Visigothorum, Thraciam et Moesiam populari coepit, ut per eam occasionem copiae, quas Theodosius secum in Italiam duxisset, a Stilichone avocarentur. Dolus quidem processit, sed damnum in auctorem recidit, machinante Stilichone. Nam Rufinus, dum Constantinopoli reversos milites lustrat, a *Gaina*, duce foederatorum barbarorum, trucidatur 27. Nov. Vacuum imperatorem occupat *Eutropius*, eadem omnia hostilia adversus Stilichonem moliens. (Itaque et hunc et antea Rufinum carminibus proscidit *Claudianus.)*
396	1149	2	Arcadio IV et Honorio III Augg. cos. Alaricus semel in Graeciam per angustias Thermopylarum immissus, caedibus ac populationibus grassatur, solis Athenis superstitiose parcens, sed Eleusinia sacra evertens. In Africa *Gildo* Comes utriusque militiae tyrannidem arripit et Romam retenta annona fame premit.
397	1150	3	Caesario et Attico cos. Stilicho in Graeciam cum exercitu traiicit, Gothos in Pholoë, monte Arcadiae, obsessos tenet, sed cum castra negligenter custodiantur, fretum transgressos in Epirum elabi patitur. Propterea Arcadius eum hostem iudicat bonaque eius publicat. Idem Arcadius securitati Iudaeorum providet constitutionibus. Honorius bellum Gildonicum apparat. Symmachus, oratoris filius, Romae praetor est.
398	1151	4	Cos. Honorius Aug. IV et Fl. Eutychianus.) Alaricus praeda satiatus, in gratiam cum Arcadio redit, ipse Comes Illyrici (orientalis) instituitur, exercitus inter praesidia Romana recipitur. In Occidente omnis potestas penes Stilichonem est. *Mariam*, filiam suam, Honorio in matrimonium dat: adversus *Gildonem*, hostem a senatu Rom. indicatum, Mascezelem, illius fratrem, mittit, qui tyrannum facile vincit et occidit. (Oros. 7, 36.)
399	1152	5	Cos. sunt *Eutropius*, praepositus s. cubiculi apud Arcadium, et Fl. Mallius *Theodorus*, cui Claudianus dignitatem suam gratulatur carmine XVII. Sed ille summum potentiae fastigium adeptus, *Gainae* artibus subvertitur, mense Ianuar. medio. Nomine eius fastis eraso Theodorus solus apparet. In Britannia cum Pictis ac Scotis pugnatur.
400	1153	6	Cos. Fl. Stilichone et Aureliano status Constantinopolis at-

p. C.	u. c.	imp.	
			que Asiae vehementer turbatur per Gothos, Phrygiam incolentes, et Gainam, perfidum Arcadii ministrum. Qui cum in eo esset, ut ipsam Constantinopolim suis copiis occuparet, a plebe repellitur, hostis iudicatur, a Fravito, duce Rom., trans Danubium cedere cogitur, ubi ab Hunnis conciditur. Arcadio, nunquam non puero, Eudoxia potitur, quae 9. Ian. Augusta appellata erat. *Alaricus*, novas in Italia aut sedes aut praedas quaerens, Aquileiam usque procedit.
401	1154	7	Cos. Vincentio et Fravito filius Arcadio nascitur, Theodosius, April. 10, qui paulo post Caesar appellatur.
402	1155	8	Arcadio et Honorio AA. V cos. anno exeunte Alaricus iterum in Italiam intrat, Stilichone tum forte in Raetiis bellum gerente. Diffugiunt homines in urbes munitas, Romae muri reparantur: Honorius Ravennae in urbe mari muris fossisque munitissima sedem constituit. Theodosius iunior 11 Ian. Augusti nomine ornatur.
403	1156	9	Cos. Theodosio Aug. et Rumorido Stilicho, duabus victoriis (quas praedicat *Claudianus* poeta) apud Pollentiam (Mart. 29.) et Veronam reportatis, Italiam periculo liberat, efficitque ut Alaricus in Illyricum revertatur.
404	1157	10	*Sextum consulatum Honorius* (collega Aristaeneto in Oriente) Romae init, quod Claudianus urbi gratulatur, sed post med. annum *Ravennam* repetit. Constantinopoli *Io. Chrysostomus* episc. per Eudoxiam, cuius vitia in orationibus suis acriter reprehenderat, (20. Iun.) pellitur et Cucusum in radicibus Tauri montis relegatur (mort. 407): seditiones et incendia fiunt, neque victoria mulier diu fruitur, hoc ipso anno (6. Oct.) mortua.
405	1158	11	Cos. Stilichone II et Anthemio (P. P. Orientis) *Radagaisus*, rex complurium populorum Germanicorum, Danubio Alpibusque superatis, in Italiam invadit, Florentiamque oppugnat. Circumvallatus a Stilichone in montibus Faesulanis inopia victus ipse cum magna parte exercitus perit, ceteri in Germaniam redeunt. Honorius fere Ravennae versatur, Arcadius Ancyrae.
406	1159	12	Cos. Arcadius A. VI et Anicius Probus, frater eorum, qui a. 395 cos. fuerunt.
407	1160	13	Anno ineunte sive potius prid. Cal. Ian. Honorio VII et Theodosio II AA. cos. *Vandalorum*, *Alanorum Suevorumque exercitus*, Rheno traiecto, *in Galliam se immittit*, sequuntur *Burgundiones*. Provinciam tueri conatur **Constantinus**, qui ex gregario milite in Britannia *imperator creatus*, illico in Galliam transiecerat.
408	1161	14 / 1	Cos. Anicio Auchenio Basso et Philippo Calendis Maiis Constantinopoli Arcadius, 31. aetatis anno moritur; succedit *THEODOSIUS* II*), puer 7 annorum, cuius no-

*) Cum per totam hanc periodum duo semper imperatores, alter in Oriente, alter in Occidente sint, utriusque imperii annos ita notavimus, ut superior numerus ad imperium Occidentale, inferior ad Orientale pertineat. Idem fortasse iam supra fieri debuisse alicui videbitur, ex quo tempore per *Diocletianum* plures simul imperatores esse coeperunt: sed ibi haec nos causa movit, ne ab instituta ratione discederemus, quod aut unus auctoritate super ceteros excellebat, aut imperium post aliquot annorum intervallum rursus sub uno principe coniunctum est.

p. C. u. c. imp.

mine *Anthemius*, praefectus praetorio, reip. cum lande praeest.

Constantinus, misso Constante filio suo, etiam Hispaniam in potestatem redigit annoque inseq. ab Honorio collega assumitur. Interea *Alaricus* per Noricum ad Italiae fines accedit, et pactam sibi cnm Stilichone pecuniam ac sedes postulat. Exardescit Romanorum adversns *Stilichonem* ira, in quem vulgo omnium malorum culpam transfernnt. *Occiditur* ipse Ravennae (Aug. 23.), filius eius Eucherius extremo anno. Foederati barbarorum milites ad 30000 insidiis petiti sibique timentes ad Alaricnm transeunt: is delusum se dictitans Romam usque progreditur, neque ab ea nisi grandi pecunia accepta abscedit.

409 1162 15 Cos. Augg. Honorio VIII et Theodosio III Alaricus cum
2 frnstra ab imperatore magisterium militum et Noricum propriam sedem petivisset, *Athaulpho*, cuius sororem duxerat, cum aliis Gothis arcessito, iterum Romam obsidet, et praesenti pericnlo perficit, ut *Attalus*, tum maxime urbis praefectus, ab senatu imperator declaretur.

Interea in Hispania *Gerontius* comes a Constantino defecerat, et *Maximum* inani imperatoris nomine ornaverat: per eam opportnnitatem *barbari Vandali*, *Suevi*, *Alani*, proditis Pyrenaei montis angustiis, mense Sept. ex Gallia *in Hispaniam transeunt:* arma cum Gerontio iungunt, sed per totam provinciam popnlando grassantur. Etiam *Britanni*, cum a Constantino sine praesidio relicti essent, probante Honorio, *deficiunt*, et suis ipsi consiliis usi a barbarorum impetu se defendunt.

410 1163 16 Varane solo consule Orient. (nimirum quod Roma in po-
3 testate tyranni fnit) *Alaricus*, cum ne ab Attalo qnidem quae voluerat consequi potuisset, frustra oppngnata Ravenna denuo cum Honorio pacisci vult, et clientem suum purpura privat. Sed condicionibus frustra iactatis, *tertium Romam petit eamque* (Ang. 24.) *capit et diripit*, ut tameu sanguine, quantum fieri potest, et sacris Christianorum locis se abstineat. Tertio die urbem relinquit et Italiam inferiorem percurrit, inde in Siciliam traiecturus. Sed mortem obit apud Rhegium, sepeliturque prope Consentiam in effoso rivi Busentini alveo. Ei succedit *Athaulphus* frater, qni *Gallam Placidiam*, Theodosii maioris ex Galla filiam, Romae captam, secum tamquam obsidem circumducit (Oros. 7, 43.). *Synesius* episc. Pentapolitanus fit.

411 1164 17 Theodosio Aug. IV solo consule (sive post consulatum
4 Varanae) tyranni, qui per Hisp. et Gallias imperio potiti erant, semet ipsi conterunt. Nam *Gerontius* collectis copiis in Galliam irruptionem facit, *Constantem* Viennae capit et occidit, atque eius patrem *Constantinum* Arelate obsidione premit. Adversus ntrumque ab Honório mittitur *Constantius*, *dux vere Romanus*, qui cum primum in Galliam venit, Gerontium, ab exercitu suo desertnm, in Hispaniam fugere cogit (ubi paulo post periit), tnm Constantinum ipse Arelate obsidet, eumque quarto mense ad deditionem adigit. Redisset igitur omnis Gallia in potestatem Honorii, ni *Iovinus* Moguntiaci a Burgundionibus (qui

p. C. u. c. imp.

iam in Gallia sedes posnerant) adintus imperatorem se fecisset.

Interea barbari Hispaniam obtinentes, certum quoddam foedus cum provincialibus ineunt, ut Vandali ac Suevi *Galaeciam*, Alani (cum Vaudalis Silingis) *Lusitaniam* et *Baeticam* insideant.

412 1165 18/5 Cos. Augg. Honorius IX, Theodosins V.) Athaulphus, pace facta cum Honorio, ex Italia in Galliam cum exercitu Gothorum transit, Iovinumque et Sebastianum, imperii affectatores, facile vincit ac Narbone necandos curat.

413 1166 19/6 Cos. Lucius et Heraclianus: sed huius quidem nomen fastis erasum.) *Heraclianus*, comes Africae, ab Honorio deficit et in Italiam traiicit, sed prope Romam a Marino comite victus cum Carthaginem fuga repetisset, interficitur. Interea Athaulphus, non servata fide, Narbone potitur, Massiliam quoque capere conatur, defensam a Bonifacio comite.

414 1167 20/7 Cos. Constantio et Constante ineunte anno Athaulphus Narbone nuptias cum Placidia, Honorii imp. sorore, mense Ian. celebrat: mox Burdigala vastata in Hispaniam sive iussu, sive permissu imp. profectus Barcinonem occnpat. — Constantinopoli cum Anthemius administratione reip. se abdicasset, *Pulcheria Augusta*, virgo soror *Theadosii iunioris*, *Augusta* dicitur, quae eandem auctoritatem etiam adulto fratre et post eius mortem nsque ad vitae finem (a. 453) servat.

415 1168 21/8 Cos. Augg. Honorio X et Theodosio VI Athanlphus anno medio Barcinone cum filiis suis fraude unins domestici interemptus. Hypatia, Theonis filia, philosophiae studiosa, Alexandriae a plebe, quam Cyrillus episc. concitarat, obtrnncatnr.

416 1169 22/9 Theodosio Aug. VII et Iunio Quarto Palladio cos. *Wallia*, rex Gothorum creatns, postquam frustra in Africam navibns traiicere conatns est, *pacem cum Honorio facit*, Placidiam fratri restituit, inde in militiae Romanae iura acceptus bellum cnm barbaris per Hispaniam pro imperio Romano gerere coepit. *Attalus*, qui biennio ante in Gallia rursus purpnram sumpserat, capitur ac relegatur.

417 1170 23/10 Cos. Honorius Aug. XI, Constantius II.) Honorius cum ipse liberos haberet nullos, *Constantium*, cuius virtuti meliorem rerum statum debet, affinitate secum coniungit, data mense Ian. in matrimonium *Placidia* — ex qua duobus annis post 2. Iul. nascitur *Valentinianus*, qui postea imperavit. Honorius Romae trinmphat, exennte anno Ravennam revertitur.

Rutilius Namatianus ex praefecto urbis, iter Gallicum suum versibus describit.

418 1171 24/11 Cos. Augg. Honorius XII et Theodosius VIII.) Gothorum exercitus, duce Wallia, maiorem Hispaniae partem, Alanis Vandalisque Silingis paene excisis, et ceteris in ulteriora repulsis, denuo imperio Romanorum subiicit.

419 1172 25/12 Cos. Monaxius et Plinta.) Gothis tamqnam militiae praemium propriae sedes in *Aquitania* secunda et Novempopnlana tribunntur: quorum reges nt plurimum *Tolosae* habitare solent. Wallia moritur. Ab alia parte eodem

p. C. u. c. imp.

ferme tempore Germania superior (Alsatia) in Burgundionum, inferior in Francorum possessionem cesserat.

420 1173 26 Cos. Theodosius Aug. IX et Constantius III.

421 1174 27 Cos. Eustathius et Agricola.) *Constantius* Augustus et col-
14 lega imperii 8 Febr. declaratur ab Honorio, sed septimo mense post diem supremum obit. Britannis auxilium adversus Pictos petentibus una legio Romana mittitur, quae barbaris profligatis limitibusque munitis, in Galliam revertitur.

Theodosius hoc anno *Eudociam*, Leontii, sophistae Atheniensis, filiam (*Athenais* ante baptismum vocabatur), pulchritudine et eleganti doctrina praestantem, commendatam sibi a Pulcheria, in matrimonium ducit. Bellum cum Varane, Persarum rege, oppressae religionis Christianae causa susceptum, prospere per *Ardaburium* Alanum geritur.

422 1175 28 Cos. Augg. Honorius XIII, Theodosius X.) Pax cum Persis
15 in 100 annos aequis condicionibus componitur. (Duravit certe per 30 annos.)

423 1176 29 Cos. Asclepiodoto et Mariniano 18. Cal. Sept. *Honorius*,
16 aetatis a. 39. paene expleto, Ravennae moritur, Romae ad aedem d. Petri sepelitur.

424 1177 Cos. Castinus (Occid.) et Victor.) Cum Placidia ab Honorio pulsa cum filio Constantinopoli versaretur, **Ioannes** primicerius purpuram Ravennae sumit. Theodosius Placidiam rursus Augustam appellat, Placidinum *Valentinianum*, Constantii et Placidiae filium, Caesaris dignitate ornat bellumque contra tyrannum parat. *Ardaburius* et *Aspar*, eius filius, cum exercitu mittuntur.

425 1178 Cos. Theodosius Aug. XI et Valentinianus Caesar.) Aspar
18 Aquileia potitur, Ardaburius ab hostibus capitur, verum ea opportunitate usus, dum captivus Ravennae tenetur, praefectos tyranni corrumpit. Urbs proditur, Ioannes supplicio afficitur. Itaque *VALENTINIANUS*, puer 6 annorum, a Theodosio patrueli adiutus, Romae 23 Oct. Augustus nominatur, cuius nomine Placidia imperio per 25 annos praeest (mort. a. 450), mulier tantis rebus non idonea. *Aëtius* quoque, quem Ioannes dimiserat ad exercitum Hunnorum adducendum, in gratiam cum Valent. redit. (Sed ab eo tempore, ut videtur, utraque Pannonia et Dalmatia inter provincias imperii orientalis numerantur.)

426 1179 2 Cos. Augg. Theodosius XII et Valentinianus II.) Valen-
19 tiniani nomine lex de responsis prudentum emittitur, statuiturque quae ICtorum scripta in iudiciis auctoritatem habere debeant.

427 1180 3 Cos. Hierius et Ardaburius.

428 1181 4 Cos. Felice et Tauro Aëtius Galliam prospere adversus
21 Francos eorumque regem Clodionem (cuius sedes Dispargum, hodie Duysburg, traditur fuisse) defendit. Sed ab alia parte imperium Rom. irreparibile damnum accipit. Nam Bonifacius comes, eiusdem Aëtii dolis circumventus, cum se non revocari ex Africa nisi ad supplicium opinaretur, a Valentiniano deficit, et *Vandalorum exercitum ex Hispania arcessit.*

429 1182 5 Cos. Florentius et Dionysius.) Transeunt *cum rege Geise-*

p. C. u. c. imp.

serico circiter 80000 barbari (viri, mulieres, senes, pueri) illius provinciae possessione nemini cessuri.

Theodosius constitutiones principum inde a Constantino colligi et in ordinem redigi iubet.

430 1183 6 Cos. Augg. Theodosius XIII et Valentinianus III.) Pla-
23 cidia, detectis Aetii fallaciis, Bonifacio reconciliatur. Sed
sero. Nam Vandali, spretis condicionibus pacis, Bonifacium pugna vincunt et Hippone obsident. In ea urbe *Augustinus* episcopus, Bonifacio familiarissimus, hoc ipso tempore 73 annos natus mortem obit.

431 1184 7 Cos. Anicius Bassus et Fl. Antiochus.) Bonifacius, ad-
24 iutus auxiliis a Placidia et Theodosio Aspare duce sub-
missis, iterum pugnae discrimen adit: victus a Geiserico in Italiam reverti cogitur, Hippo post obsidionem 14 mensium deditur. In Oriente *Armenia*, civili bello lacerata, *inter Persas Romanosque* ita *dividitur*, ut horum portio multo minor sit. (Theodosiopolis huius provinciae caput memoratur fuisse.) Concilium oecumenicum Ephesi habetur, in quo *Nestorius*, patriarcha Constantinopolitanus, impietatis damnatur, quod Mariam virginem *θεοτόκον* appellandam negasset.

432 1185 8 Cos. Aëtius et Valerius.) Bonifacius honorifice Ravennae
25 exceptus et dignitate auctus Aëtii metum et invidiam
movet: itaque ex Norico reversus ille armis adversarium deiicere conatur, sed victus pulsusque ad Ruiam, regem Hunnorum, confugit. Eorum exercitu adiutus, cum interim Bonifacius ex vulnere mortuus esset, facile impetrat, ut restituatur et magister utriusque militiae declaretur.

Neque parum ei resp. Romana debuit, nam huius viri sollertia ruentis imperii dignitas aliquamdiu sustinetur.

433 1186 9 Cos. Theodosius Aug. XIV, Fl. Anicius Petronius Maximus.

434 1187 10 Cos. Areobindus et Aspar.) *Attila* et *Bleda* fratres, Ruia
27 patruo mortuo, *Hunnorum* regnum obtinent et subigendis
ceteris per Germaniam ac Scythiam nationibus augent.

Eodem anno Honoria, Valentiniani soror, propter impudicitiam Constantinopolim relegatur, quod quasi exilium non ferens per clandestinos nuntios Attilae se uxorem obtulisse traditur. (Marcellin. in chronico s. h. a.)

435 1188 11 Cos. Augg. Theodosius XV et Valentinianus IV.) Pax cum
28 Geiserico componitur, qua barbaris Byzacene et quam
partem Numidiae et proconsularis provinciae iam possederant, servato iure imperii Romani, conceditur: cetera tamen Africae pars ab eorum impetu defenditur. Sed audax barbarus pacem quamdiu libuit servavit. In Gallia *Tibaton* bellum movet, biennio post oppressus; ibidem Bagaudae seditionem excitant.

436 1189 12 Cos. Senatore et Isidoro bellum geritur cum Theodorico,
29 rege Gothorum. Narbo oppugnatur, sed ab Aëtio liberatur,
in cuius exercitu etiam Hunni auxiliares merentur.

437 1190 13 Cos. Fl. Aëtius II et Segisvuldus, uterque occident.) Va-
30 lentinianus Eudoxiam, Theodosii ex Eudocia filiam, (d. 29
Oct.) in matrimonium ducit Constantinopoli; ille huic Illyricum occidentale cedit.

438 1191 14 Cos. Theodosio Aug. XVI et Anicio Acilio Glabrione Fausto,
31 *Theodosianus Codex*, quo constitutiones principum inde a

p. C. u. c. imp.

Constantino Magno suis quaeque titulis descriptae continentur, Constantinopoli publicatur, a Valentiniano confirmatus eandem per provincias occid. imp. auctoritatem in iudiciis habet.

Theodoricus Tolosae obsessus erumpit et Litorium, ducem Rom., Hunnorum exercitu fretum, vincit caeditque. Pax restituitur.

439 1192 15 Cos. Theodosio Aug. XVII et Festo duplici clade imp.
32 Rom. afficitur. In Hispania *Rechila, Suevorum rex*, Emeritam Augusti (Merida), Lusitaniae caput, Hispalim Baeticae expugnat: in Africa *Geisericus Carthagine* (9 Octob.) *potitur*. Iam certus possessionis fertiles agros barbaris militibus suis assignat, rebus maritimis studere coepit.

440 1193 16 Cos. Valentiniano Aug. V et Anatolio Geisericus, classe comparata, Siciliae oram populatur, Panormum obsidet.

441 1194 17 Cos. Cyro sine collega Theodosius classem maximi appa-
34 ratus mittit ad recuperandam Africam, sed eius praefecti, simulata pace a Geiserico decepti, frustra circa Siciliam tempus terunt, dum interim *Attila* Danubium transit, Moesiamque superiorem foede vastat, Singidunum et Naissum urbes capit. Etiam cum Persis bellum coeptum, sed mox componitur.

442 1195 18 Cos. Eudoxio et Fl. Dioscoro Attila Theodosium adigit ad pacem tributo ac turpi obsequio redimendam.

443 1196 19 Cos. Petronius Maximus II et Paterius.

444 1197 20 Cos. Theodosius Aug. XVIII, Caecina Decius Albinus.) Eudocia cum gratiam mariti semel amissam reconciliare sibi non possit, Hierosolyma secedit ibique religionibus dedita consenescit.

445 1198 21 Valentinianus cos. VI cum Nomio lege ad Aëtium missa
38 (propter Hilarium, episcopum Arelatensem) imperat, ut *Romani episcopi* (sive Papae, tum *Leonis) auctoritati* et praeceptis *ceterae omnes ecclesiae pareant*. In Hispania Suevi *Vitum*, mag. mil., pugna vincunt et provincias Baeticam et Carthaginiensem turpiter vastant.

446 1199 22 Aëtius consul III cum Aurelio Symmacho Britannis sup-
39 pliciter auxilium orantibus adversus populationes Scotorum et Pictorum denegat, Galliae statum sibi antiquiorem ratus.

447 1200 23 Cos. Alypius et Ardaburius, Asparis fil.) Attila denuo ir-
40 ruptionem facit in provincias orientalis imperii, Danubio adiacentes: agros et oppida foede vastat Constantinopolim usque et Thermopylas, homines in servitutem abducit. Rechila, Suevorum rex, Emeritae moritur.

448 1201 24 Cos. Postumianus et Zeno.) Neque pax nisi augendo sub-
41 sidio annuo 2100 pondo auri, novaque largitione 6000 pondo componitur. Hoc obsequio imperatoris Attila per frequentes legationes abutitur, quidquid libitum fuerit, petens. Remittuntur cum Oreste et Edecone, a rege delegatis, Maximinus et Priscus, legati Romani, quos ad aulam regis inter Danubium et Tibiscum amnes admissos esse ex *Prisci* ipsius narratione constat. Mox splendidiore legatione Anatolii et Nomii patriciorum opus est, ut rex coniuratione per Romanos inita exacerbatus placetur.

p. C. u. c. imp.

Interea in Hispania Rechiarius, Suevorum rex, qui Rechilae patri successerat, Romanam provinciam populando affligit.

449 1202 25 Cos. Protogenes et Asterius.) Saxonum exiguus exercitus,
42 ducibus Hengist et Horsa, a Britannis contra perpetuos hostes suos arcessitur. Picti vincuntur, sed Saxones, allectis novis ex Germ. copiis, in Britannia remanent, mox arma contra hospites suos vertentes, regnum ipsi a. 457 instituunt Cantium.

450 1203 26 Valentiniano Aug. VII, Gennadio Valerio Corvino Avieno
43 cos. Theodosius II imp. (Iulii 28.) morbo decedit, 50 annos natus. Cum filium non reliquisset, Pulcheria Augusta MARCIANO, viro gravi ac modesto, nomine tenus nubit, eumque 25. Aug. imperatorem declarat. Attila utrique imperio minatur, Marcianum frustra tributum flagitat, cum Valentiniano queritur, Honoriam, olim sibi desponsam, eiusque dotem, partem imperii, detineri.

451 1204 27 Cos. Marcianus Aug. et Adelphius.) Marcianus foedus cum
2 Valentiniano init. Sed Attila, coacto exercitu ex Hunnis, Gepidis, Ostrogothis, Herulis, Scyris aliisque gentibus per Germaniam ad Rhenum tendit, eoque traiecto, non Romanos, sed Visigothos se petere dictitans, Galliam intrat, Moguntiacum, Treviros, Metas, quidquid obstat, diruit, Aurelianum oppugnat. Ad eam urbem liberandam Aëtius cum Romano exercitu et Francis foederatis (quorum rex tum Merovaeus traditur fuisse) et Gothorum rege Theodorico accurrit. Pugna cruentissima in campis Catalaunicis fit: Hunnorum copiae, imprimis Theodorici eoque occiso Torismundi filii fortitudine, vincuntur, et unde venerant, revertuntur.

In Oriente (4) concilium oecumenicum Chalcedone, praesente Marciano, habetur et patrum consensu contra Eutychem statuitur, duplicem unius Christi naturam et individuam fuisse, vere divinam, vere humanam.

452 1205 28 Cos. Asporacius et Herculanus.) Attila clade sua incensus
3 per Pannonias Alpibus Iuliis superatis, in Italiam invadit, Aquileiam omni tormentorum genere oppugnat, post 3 menses captam diruit: inde transpadanam omnem in potestatem redigit. (Multis eo tempore refugium patuisse fertur insularum in intimo sinu maris Hadriatici sitarum, quarum maxima *Rivus altus*, hodie Rialto, est: unde paulatim una civitas coaluit, *Venetiae*.) Cum Aëtius propter paucitatem militum discrimen pugnae inire non auderet, legati Roma ad Attilam Mantuae commorantem mittuntur Avienus, Trigetius, *Leo episcopus*, per quos pretio dato pax sive potius induciae componuntur: nam rex proximo anno se rediturum minatur.

453 1206 29 Vincomalo et Opilione cos. Attila subita morte intercipitur.
4 Quo facto cum nationes subactae illius filiis parere nollent, imperium Hunnorum dissolvitur. *Gepidae* Daciam ad utramque Danubii ripam armis sibi vindicant, *Ostrogothi*, foedere facto cum Marciano, Pannonias insident, alii alias trans Danubium terras, ipsi Hunni propius Pontum Euxinum recedunt.

Eodem anno Constantinopoli moritur *Pulcheria*, inter

p.C. u.c. imp.

divos relata, in Gallia occiditur Torismundus, Visigothorum rex, cui frater *Theodoricus* II succedit, Romanis litteris apprime eruditus.

454 1207 30 Cos. Fl. Studius Or., Fl. Aëtius IV (sive is filius erat ter
5 consulis.) Aëtius, cuius unius virtute imperium steterat, ignavo domino nimius, iussu et vero etiam manu Valentiniani *occiditur*.

455 1208 Cos. Imp. Valentin. VIII, Fl. Anthemius.) Haud multo post
6 (Mart. 16.) Romae *Valentinianus* et ipse, auctore *Petronio Maximo*, viro nobili, bis consule et praef. praet. Italiae, cuius domum adulterio polluisset, *interficitur:* cuius morte, quamquam nihil ipse frugi unquam fecerat, dignitas tamen imp. Rom. extincta est, quam generis certe Theodosiani claritate sustinuerat. *MAXIMUS* imperio d. 17 Mart. potitus Eudoxiam, viduam Valentiniani, invitam in matrimonium ducit. Itaque haec Geiserici auxilium clam invocasse fertur. Cuius classis cum Romam appropinquasset, vulgo homines ex urbe fugiunt, sed Maximus cum et ipse fugam pararet, plebis conviciis coopertus a milite occiditur (Iulii 12.). Tribus diebus post *Geisericus Romam intrat et* per 14 dies *diripit*, cum spoliis multisque nobilibus captivis (in quibus est Eudoxia cum filiis virginibus Eudocia et Placidia) Carthaginem redit.

1 Cum nuntius de morte imperatoris in Galliam perlatus esset, *Fl. Maecilius AVITUS*, magister militum per eam provinciam, tum forte Tolosae versans, adhortante et auxilium pollicente rege Theodorico, purpuram sumit (Iulii 10.). Arelate consensu provinciarum Galliae confirmatus Romam proficiscitur.

Hoc ferme tempore *Burgundiones*, antea in Helvetiae et Sabaudiae montibus habitantes, permissu Romanorum sedes in proxima parte Galliae capiunt.

456 1209 2 Romae Cal. Ian. Sidonius Apollinaris, gener Aviti impe-
7 ratoris et h. a. consulis, panegyricum recitat. Vandalorum classis circa Siciliam a *Ricimere* comite (Suevus hic erat genere, sed per matrem Gothorum regem Walliam attingebat) vincitur. In Hispania contra Suevos, qui saepe provinciam Romanam (Carthaginiensem, Tarraconensem) populati essent, iussu Aviti Theodoricus cum exercitu Gothorum et foederatis Burgundionibus proficiscitur: pugna ad amnem Urbicum facta (Oct. 5.) *Suevi vincuntur* et in ultimam Galaeciam compelluntur, Bracara, regum sedes, capitur, Rechiarius ipse interficitur. (Iornand. de reb. Get. c. 44.)

Interim in Italia coniuratio adversus imperatorem, forte in Gallia absentem, opera Ricimeris facta erat: *Avitus* Placentiae captus abdicare cogitur (Oct. 16.), paulo post interimitur.

457 1210 Cos. Fl. Constantino et Rufo in Oriente (Ian. 26.) moritur
1 Marcianus; *LEONEM* I *Thracem* sive *Magnum*, *Aspar*, magister militum, cum se ipsum propter Arianam haeresin populo invisum sentiret, 7. Febr. consentiente senatu, ad summum honorem provehit: cui primo coronam, insigne imperii, patriarcha Constantinopolitanus imposuisse fertur. Occidens diutius sine principe fuit, nam hoc demum

p. C.	u. c.	imp.	
		1	anno exeunte *MAIORIANUS* votis senatus populique Rom. expetitus, per Ricimerem, veterem familiarem suum, ad imperium evehitur: cuius rei etiam Leo auctor fit.
458	1211	2	Cos. Augg. Fl. Leo et Maiorianus, cui Sidonius Apollinaris panegyricum recitat, carm. V.) Maior. compluribus legibus sapienter institutis, de tributorum exactione, de defensoribus civitatum, curae sibi esse statum rei publicae ostendit. Sed id imprimis agit, ut Africam Vandalorum imperio liberet, maria tuta reddat (hoc enim ipso anno in Campaniam escensionem fecerant): saeviente iam hieme in Galliam proficiscitur, Burgundiones coercet, Arelate hibernat.
459	1212	3	Cos. Fl. Ricimer Occ. et Fl. Patricius, Asparis filius, Or.) Visigothi in Gallia, cum post mortem Aviti maiestatem imperii non coluissent, pulsi ab Aegidio et ipso Maioriano ad officium redeunt. Eorum auxiliares in Hisp. contra Suevos merentur, possessione Lusitaniae et Galaeciae nondum depulsos.
460	1213	4	Cos. Magnus et Apollonius.) Maiorianus exercitu collecto in Hispaniam proficiscitur, in Africam transiicere paratus. Sed ea spes irrita cadit, quod Vandali classem Romanam in portu Carthaginiensi (Spartaria) stantem per proditionem aut capiunt, aut delent. Geisericus tamen legatos de pace mittit.
461	1214	5	Cos. Fl. Severinus et Dagalaiphus.) Maiorianus ex Gallia Romam rediens in castris (apud Dertonam) Aug. 2. per Ricimerem patricium, cuius ambitio talem principem ferre non poterat, et dignitate, et quinque diebus post vita privatur: per eundem inconsulto Leone Ravennae imperator factus est 19 Nov. *Libius SEVERUS*, nec virtutibus nec vitiis notabilis, quippe qui totus in illius potestate esset. Itaque in provinciis perpetuam quandam potestatem tenent, in Dalmatia *Marcellinus*, per Gallias *Aegidius*, magistri militum.
462	1215	2/6	Cos. Aug. Leo Thrax II, Fl. Libius Severus.) Vandali per hosce annos piraticam impuniti exercent, et omnes maris oras populantur. Geisericus Eudoxiam quidem et eius minorem filiam Placidiam *Leoni* petenti remittit, sed alteram Eudociam *Hunnerico* filio suo in matrimonium dederat, et bona Valentiniani imperatoris quasi dotem efflagitans (simulque Aëtii, cuius filium Gaudentium itidem captivum abduxerat) speciosam belli causam reperisse sibi videtur. *Theodoricus* Gothus armis regnum augere coepit, fide exolutus necato Maioriano: Narbone potitur.
463	1216	3/7	Cos. Fl. Basilius et Vivianus.) Aurelianum quoque oppugnare conatur Theodoricus, sed pugna superatus ab Aegidio repellitur. Veruntamen *per Hispanias solus fere imperat*, nisi quod cum Suevis bellum gerendum est, qui reparatis viribus, per Galaeciam et Lusitaniam, magno cum detrimento provincialium, dominantur.
464	1217	4/8	Cos. Fl. Rusticus, *Fl. Anicius Olybrius* Or. — hic quidem, cum Placidiam in matrimonium duxisset, aliam quoque causam praedandi Geiserico dederat, quippe qui postularet, ut affinis suus imperator fieret. Inter Gothos et

p. C. u. c. imp.

Snevos in Hispania pax componitur. In Gallia Franci, ambigua fide antea nsi, rege Childerico, deficiunt: Aegidins, qno Romana res steterat, morbo decedit, cuins filins *Syagrius* partem certe paternae potestatis (in Snessionum Remorumqne terris) videtur obtinuisse.

465 1218 5 Cos. Basiliscus et Hermenericus, Asparis filins, nterque Or.)
9 Romae 19 Nov. imperator *Severus* ant morbo, ant frande Ricimeris *perit. Resp. Romana et hoc et seq. anno sine principe*, potestas penes Ricimerem mansit.

466 1219 Theodoricus, Visigothornm rex, qno facinore regnum asse-
10 cutns erat, eodem perit Tolosae per fratrem *Euricum*, qui Lnsitaniam popnlatur.

467 1220 1 *Procopius ANTHEMIUS*, nobilis Graecus, cui Euphemia,
11 Marciani imperatoris filia, nnpserat, a Leone Augustus declaratur et Occidenti praeficitur, petente senatu Romano et Ricimere. Hnic novus imp. simulac Romam medio hoc anno venit, ut fidem hominis ambitiosi alliget, suam ipse filiam in matrimonium dat.

468 1221 2 Cal. Ian. Sidonius Apollinaris carmine panegyrico laudes
12 imperatoris eiusdemqne II consnlis celebrat, et ab eo propterea praefectura nrbis Romae, deinde etiam patriciatu ornatur.

Bellum contra Vandalos diu in ntroque imperio, imprimis a Leone praeparatum, h. a. geritur. Ingens classis mille navium in Siciliam convenerat. Heraclianns comes ab Aegypto Tripolitanam provinciam strenue aggreditur, Marcellinns, qni cum Anthemio in gratiam redierat, Sardiniam Vandalis adimit, *Basiliscus* (Verinae frater, uxoris Leonis) cum maiore classe Hermaenm promontorium tenet, et ipsi Carthagini imminet. Sed cito haec omnia per stultitiam Basilisci pereunt. Geisericus opportunum tempus pretio ac fallaciis nactus classem Romanam igniferis navibus pertnrbat, atque impetu facto ita affligit, ut vix dimidia pars domnm revertatur. Marcellinus, qni solus rem sustinere potuit, in Sicilia interficitur, incertum an auctore Recimere. (Vide Procop. de bello Vandalico, lib. 1, cap. 6.)

469 1222 3 Cos. *Fl. Zeno Isauricus, Fl. Marcianus*, Anthemii filius.)
13 Constantinopoli, cum Leo filios non haberet, et aula et populus factionibns dissidet, dnm imperator *Zenoni Isaurico*, cui a. priore Ariadnam, filiam suam, in matrimonium dederat, barbari contra auxiliares Aspari eiusque filiis favent. His nt satisfiat, Leo minorem filiam Leontiam Patricio, Asp. filio, spondet, eumque simul et Caesarem declarat, et Orienti praeficit, turbante populo, qni *Arianos haereticos* odisset.

In Italia discordia et inimicitiae inter Ricimerem et Antheminm erumpnnt, ille Mediolanum secedit, bellum moliens, sed tum quidem placatur per Epiphaninm, episcopum Ticinensem.

470 1223 4 Cos. Iordane et Severo, cum nulla esset reverentia imperii
14 Romani, *Euricus*, Visigothorum rex, *apertum bellum* cum Anthemio et Romanis *gerere coepit:* quae nrbes in Hispania Tarraconensi et Carthaginiensi etiamtum Rom. imperinm colebant, eas panlatim in potestatem suam redigit,

Google

p. C. u. c. imp.

in Gallia terras Arvernorum et Biturigum (Auvergne et Berry), quae solae trans Ligerim Romano comiti (Paulo) parebant, perpetuo bello exhaurit. Auxilium provincialibus praestant Britanni, veruntamen eorum rex Riothamus h. a. in Biturigibus a Gothis vincitur. Iornand. de reb. Get. c. 45.

471 1224 5/15 Cos. Leo Aug. IV et Anicins Probianns.) Francorum et Burgundionum auxilia cnm Visigothis pugnant, nec tamen eos repellere aut possunt aut volunt: contra ipsi quoque proxima quaeqne in suam dicionem redigere stndent. (Burgundiones Lugdunensem primam et Maximam Sequanorum.)

Constantinopoli Aspar et filiornm eins maximns natn, Ardaburins, iussn imperatoris occidnntur, Patricius saucius evadit, Hermenericus servatnr. Nascitur tameu ex ea re tumultus mercenariornm, duce Theodorico (Triarii filio), Gothorum rege.

472 1225 6/16 Cos. Festo et Marciano Ricimer denno orta discordia, bellum contra Anthemium movet, Romam cum exercitu petit et obsidet, *Anicium OLYBRIUM* Constantinopoli arcessitum imperatorem declarandum curat. (Mart. 23.) Cum per tres ferme menses pugnatum esset, urbs vi capitur ac diripitur, Anthemins (Iulii 11.) interficitur. Sed ne victoribus quidem fortunae fructns diuturnus conceditur, quandoquidem eodem anno exeunte et Ricimer et Olybrius (Oct. 23.) morbo pereunt. A. d. 8 Id. Nov. ingens incendium montis Vesuvii est, cuius cineres Constantinopolim nsqne feruntur.

473 1226 —/17 Mensibus aliquot interiectis (Mart. 5.) *GLYCERIUS*, comes domesticorum, imperator creatur, copiis *Gundobaldi* patricii adiutus (quem eundem Gundibaldum regem Burgundionum tradunt fuisse, Gnndiaco patre mortno, cum tribus fratribus regnantem.)

Constantinopoli imper. Leo, vitae finem appropinquare sentiens, cum Zenonem populo et generis et ingenii causa invisum animadverteret, nepotem snnm ex Ariadna, Zenonis filium, Leonem pnerum Augustum et collegam suum declarat: ad Occidentis imperinm capessendum *Iulium Nepotem*, Marcellini sororis filium, et affinem Verinae Augustae, in Dalmatia versantem, compellit.

474 1227 1 *NEPOS* anno ineunte Ravennam traiectus imperator declaratur: Glycerius Romae captus, detonsis capillis, trans mare relegatur et Salonae episcopus instituitur. Interea Constantinopoli Leo I mense Ian. mortuus erat, cui cum successisset *Leo iunior*, placatis iam civinm animis, nihil antiquius habuit, quam ut Zenonem patrem collegam suum et Augustum renuntiaret.

1 Itaque postquam Leo puer eodem hoc anno exeunte morbo decessit, *ZENO* solus Orienti praeest. (Eius regnnm, et Basilisci defectione et barbarorum populationibus turbidum, his tabulis explicare non est consilii nostri.)

475 1228 2 Nepos hoc auno cum Enrico, Visigothorum rege, pacem per Epiphanium episcopum componit, sed ea condicione, ut Arverni, quamvis fortiter semet ipsi defendissent, in dicione Gothorum essent. Itaque Roma in Galliam mit-

p. C. u. c. imp.

titur *Orestes*, magister militum: sed hic in itinere ab imperatore deficit, Ravennam cum infesto exercitu proficiscitur, Nepotem cito in Dalmatiam redire cogit (August. 28.), (ubi usque ad a. 480 precariam quandam potestatem obtinet,) et paulo post (29. Oct.) ad suum ipse filium, *ROMULUM AUGUSTULUM*, pulcherrimum adolescentem, militum suffragio summam dignitatem defert.

476 1229 3 Cos. Fl. Basiliscus II et Harmatius, uterque Orient.) Barbari foederati, quorum armis misera et afflicta resp. totam se commiserat, Gothi, Heruli, Alani, Scyri, Rugii, Turcilingi, tumultuari incipiunt et agrorum per Italiam tertiam partem postulant. Quibus cum obsequi noluisset Orestes, ipsi ducem sibi creant *Odoacrum* (qui Rugius aut Turcilingus fuisse traditur) et bellum movent. Orestes Ticinum (sive Papiam) confugit, sed urbe vi capta (Aug. 28.) interficitur. Neque Romulus se Ravennae defendere audet, sed abdicata potestate in Lucullanum, Campaniae castellum, relegatur. Odoacer regio nomine, a barbaris militibus (23. Aug.) sibi oblato, utitur quidem inter illos, sed Romanorum id vitae minime aptum ratus, per senatum a Zenone imperatore patriciatum et praefecturam dioecesis Italiae accipit. Itaque quasi latens sub auctoritate imperii Romani omnia suo arbitrio gerit.

Quidquid in Gallia et Hispania imperii Romani ius coluerat, in dicionem barbarorum paulo post transit. Nam Visigothorum regi Eurico, qui idem, Caesaraugusta et Pampelone expugnatis, maiorem partem Hispaniae tenebat, Odoacer, pace composita, *provinciam* cessit: Burgundiones Viennensem et Lugdunensem primam et Maximam Sequanorum occupaverant: quod in medio supererat, anno 486 *Chlodovaeus*, rex Francorum, Syagrio apud municipium Suessionum victo, in suam potestatem redegit. Ipsius Odoacri regnum Italicum non diuturnum fuit; nam anno 489 Ostrogothorum rex, *Theodoricus Amalus*, auctore Zenone imperatore, ex Pannonia profectus in Italiam invasit,
493 1246 Odoacrum quattuor annis post Ravennae captum contra fidem occidit, novumque regnum condidit finibus amplum, discidio veterum et novorum civium debile.

Berolini typis A. W. Schade.

Digitized by Google

Von dem Herausgeber des vorliegenden Werkes sind bei den Verlegern desselben ferner erschienen:

Commentationum epigraphicarum ad antiquitates Romanas pertinentium volumen 1850. gr. 4. cart. 5 Thlr. 10 Sgr.

Inhalt: Fastorum municipalium Campanorum fragmentum restitutum et explicatum. — De Quinquennalibus municipiorum et coloniarum. — De Quattuorviris municipalibus. — De coloniis Romanorum militaribus libri quattuor.

Commentationum epigraphicarum volumen alterum. 1854. gr. 4. geh. 2 Thlr. 20 Sgr.

Inhalt: Titulus Concordiensis Arrii Antonini restitutus et explicatus. — De Syria Romanorum provincia ab Caesare Augusto ad T. Vespasianum. — De Macedoniae Romanorum provinciae praesidibus, qui fuerunt usque ad T. Vespasianum.

Studia Romana sive de selectis antiquitatum Romanarum capitibus commentationes quattuor. 1859. gr. 8. geh. 2 Thlr. 15 Sgr.

Inhalt: De Gallia Romanorum provincia usque ad imperatorem Vespasianum. — De dictatoris Caesaris honoribus. — De Malacitanorum et Salpensanorum legibus municipalibus. — De propagatione civitatis Romanae.

Rutilii Claudii Namatiani de reditu suo libri duo recensuit et illustravit *Aug. Wilh. Zumptius*. 1840. 8. 1 Thlr. 7½ Sgr.

Observationes in Rutilii Claudii Namatiani carmen de reditu suo. 1837. gr. 8. geh. 20 Sgr.

M. Tullii Ciceronis oratio pro L. Murena. Recensuit et explicavit *Aug. Wilh. Zumptius.* 1859. 8. geh. 16 Sgr.

M. Tullii Ciceronis orationes tres de lege agraria. Recensuit et explicavit *Aug. Wilh. Zumptius.* 1861. gr. 8. geh. 25 Sgr.

De Caroli Timothii Zumptii vita et studiis narratio *Aug. Wilh. Zumptii.* Accedunt Caroli Timothei orationes Latinae sex. 1851. (Mit Portrait in Kupferstich.) gr. 8. geh. 1 Thlr. 10 Sgr.

Im v. J. erschien in demselben Verlage:

Aldus Manutius und seine Zeitgenossen in Italien und Deutschland. Im Anhange: Die Familie des Aldus bis zu ihrem Ende. Von Dr. *Julius Schück,* Oberlehrer am Magdalenaeum in Breslau. gr. 8. geh. 1 Thlr.

00570024

Digitized by Google